


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

A. XXIX. Bai
639(1)
/A/1

DEBACQ LIBRARY

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

42209

PETRI BAYRI TAVRINENSIS MEDICI,

De medendis humani corporis malis Enchiridion, vulgò VENI MECVM dictum.

Adiunximus eiusdem Authoris Tractatum DE PESTE.



IN VIRTVTE, ET FORTVNA.

LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium,
Sub scuto Veneto.
1564.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET PRINCIPI OPTIMO, IO. RODOLFO Stoer, Abbati Murbacensi & Ludrensi, Theodorus Zuingger Basiliensis.

S. D.

TRadunt historiæ, Aegyptiorum reges, grauitatis & maiestatis tuendæ gratia, rarò nec nisi personatos in publicum prodire consueuisse, nunc pardi, nunc leonis spolio formidolosos. Mihi verò, Ioan. Rodolfe Antistes clarissime, qui C. T. adire, meique officij debitas rationes exponere conor, illud idem faciendum esset, si aut dignitas nostra ita con-

15

ſeruari poſſet, aut humanitas tua (quam cum ſumma eruditione iunctam, doctiſſimus vir Philippus Becchius, tuæ valetudinis cuſtos, & Io. Oporinus auunculus noſter, admirari & prædicare non deſinunt) hoc admitteret. Verùm cum Diis immortalibus nefas ſit vacuis manibus ſupplicare, amoris & beneuolentiæ ergò mitto ad te Medicinam Petri Bayri Taurinenſis, qui Caroli II. Sabaudiæ ducis, patrum noſtrorum memoria, archiatrus fuit, vir ingenio ſummus, experientia admirandus & tam præclarè de Repub. literaria meritus, vt cum antiquis non modò Arabibus, ſed etiam Græcis conferri poſſit. Abſurda fortaſſe cuipiam dicere videbor: ſed tu, ſi placet, rationem huius audi. Plato in Sophiſta Medicinam & Philoſophiam συζύγους δυνάμεις *eſſe vult, nimirum* καθαρτικὴν *vtrãque: quòd illa quidẽ*

corpus,

corpus, hæc verò animum expiet, & ab omni labe purget. Animus profectò incomparabili prærogatiua corpore potior est, excelsior atque diuinior, ita tamen corpori connexus, vt nihil absque illius ministerio agere, aut imperare queat. Proinde, quod sapientes monent, non tantum animi cura est habenda: sed id multo magis studendum, vt sit mens sana in corpore sano. Quem quidem nodum verè Herculeum illi expresserunt, qui bonum medicum, optimum quoque philosophum esse oportere iudicarunt. Nam quemadmodum animus corpori connectitur, ita quoque Philosophia & Medicina mutuas operas præstant, vt hãc quidem totam φιλοσοφίαν, πρακτικὴν τῶν καθ᾽ ἕκαστα ἀνθρωπίνων σωμάτων, *illam verò aliqua sui parte* θεωρίαν ἰατρικὴν *appellare meritò possis. Philosophiæ tractatio alterius est loci ac*

temporis: de Medicina nunc agamus, quam χρηματιστικήν τινα Plato nominat, quemadmodum & σοφιστικήν, personarũ culpa potius, quàm professionis vitio. Vt enim humano generi diuinitus data est sanitatis conseruandæ & reparandæ gratia, ita quoque auaros homines magna lucri spe accendit, qua occæcati, ad omne vetitum nefas præcipites feruntur. Viri certè ingenui est καὶ ὄντως Philosophi, officij sui rationem diligentem habere, omnia ad ciuium salutem referre, nec honores, nec opes aliquas inde sperare, sed si à grata ciuitate offerantur, ea modestia & hilaritate excipere, vt virtutis causa munera, non propter munera virtutem dilexisse videatur. Verumenimuerò vt in Philosophia olim, sic etiam in medica facultate, ambitio & habendi scelerata cupido, vt ille ait, multos sophi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

stas δοξοσόφους καὶ κενοδόξους Trallianos, Thessalios asinos inuexit, qui nō modò pulcherrimarum artium fines inuerterunt & corruperunt, sed etiam præcepta misere conspurcarunt & deprauarunt. Tres enim fuerunt apud veteres Medicorum sectæ. Empirici sola experientia, Methodici communi maléque suffulta ratione nitebantur: Dogmatici solidæ rationis præcepta secuti, experientia & vsu rerum magistro eadem confirmabant. Empiricos quidem veluti ministros, & vt ita loquar anteambulones suos, Dogmatici ferre possunt, cùm vel ipse Galenus consulat, vt qui Dogmatici esse nequeunt, saltem boni Empirici euadant: Methodici verò vt arrogantissimi, ita quoque stupidissimi, καὶ καθ' ἕξιν ἀγνοοῦντες, meritò à doctis omnibus exagitantur. Illos sua ætate Galen. pro virili impugnauit

& expugnauit: nostro verò seculo
vsque adeo pessimum hoc genus ho-
minum inualuit, vt limitibus suis nō
contenti, ipsam Medicinæ arcem
inuadere non vereantur, dum inusi-
tatis quibusdam & portentosis no-
minibus suam illam ματαιολογίαν
adumbrant, & chymicis artibus fre-
ti in profundum ignorantiæ chaos
incautos adolescētes præcipites agūt.
Veritatis equidem lumen tam splen-
didum & illustre est, vt nullis sophi-
starum tenebris offuscari, nedum
aboleri possit: neque cum illis qui ra-
tione carent, rationibus est agendū.
οὐ γὰρ λόγου δέονται, ἀλλ' αἰσθήσεως καὶ
κολάσεως. Illud potius sedulò conan-
dum, vt quantum in confutandis
horum ineptiis temporis impende-
remus, illud in meliores vsus conuer-
tamus, Aristotelis exemplo, qui sa-
luberrimis philosophiæ præceptis ani-
mos auditorum imbuere, & docere
malnit,

maluit, quàm cum Platone praeceptore contra pertinaces ſui temporis ſphingas depugnare. Etſi enim expiatio initiis prior eſt, nec agrum niſi purgatum prius ſerere liceat, hic tamen in tam præclara & illuſtri facultate, aut nulla expiatione opus eſt, aut ſi quis eò dementiæ venerit, vt præſtigiis Methodicorum acquieſcat, cùm rationis metas exceſſerit, & iam capite quodammodo diminutus ſit, dignus cenſeri amplius non debet, cui humaniores artes à quoquam communicentur. ὁ γὰρ λύκος τρίχα, ἀλλ' οὐ νόον ἀλλάττει. *Quo magis Bayrus noſter laudari debet, qui Methodicorum næniaſ & figmenta contemnens, rationem Dogmaticorum cum Empiricorum experientia coniungere tentauit: maiore conatu an ſucceſſu neſcio. Nam quantum ad methodum pertinet, eſſentiam & naturam morborum quorumlibet,*

*causas, signa, differentias, pro-
gnostica, breuiter & succinctè,
prout necessitas exigere videbatur,
proponit: vniuersales morbos, quos
febres vocant, tractat: particula-
res summa diligentia exequitur,
non eos tantùm, qui ad medicum
physicum spectant, sed etiam qui
chirurgi proprij esse ab imperitis
indicantur. Videbat enim vir in-
geniosissimus, Medicinam vnam
esse, & apud veteres non modò
Græcos, sed etiam Arabas, eosdem
fuisse & physicos & chirurgos &
pharmacopœos: ignauia deinde ho-
minum atque auaritia in varia
veluti membra corpus hoc totum
fuisse dissectum, vt alij medica-
menta corpori interius administra-
rent, eósque morbos, qui obtutum
oculorum effugiunt, curarent, alij
externa mala tractarent:* φαρ-
μακευτικὴν *verò à Medicina om-*

nino

nino separatam, & ad eos homines translatam esse, qui opera sua diligenti dignitatem medici leuiter tueri, negligentia verò & imperitia plurimum obscurare possunt. Quantum igitur præsens tractatio permittebat, methodicè, hoc est diligenti breuitate, & mira perspicuitate omne morborum genus persecutus est, eo ordine, quem tempora illa, quæ distinctionibus & tractatibus ad nauseam vsque redundabant, dictare videbantur. In curatione prolixior est, & multis in locis doctum & attentum lectorem desiderat: quum eadem fermè ratione medicamentorum syluam congesserit, qua etiam Dioscorides Anazarbæus. Nam eiusdem morbi varia & sæpenumero quoque contraria inter se medicamenta describit, propter causarum à quibus affectio pendet diuersitatem, quæ cum non nisi

à peri

à perito medico, & in præceptis generalibus optimè verſato cognoſci poſſit, tantum abeſt, vt vel Bayrum hunc noſtrum, vel Dioſcoridem reprehendere quis debeat, vt hoc ipſo nomine meritò à nobis ſint laudandi, quòd doctis potius quàm imperitis ſcribere voluerint. Hoc idem à Peripateticorum principe factitatũ eſſe videmus, qui artificioſa κρύψει *ignauos à philoſophiæ ſtudio deterrere, ingenuos & generoſos propoſita rei difficultate & pulcritudine magis excitare voluit & animare. Quapropter ſi quis Bayrum vel accuſare vel ſuggillare conabitur, & Dioſcoridem & Ariſtotelem, ipſum quoque, ſi placet, Galenum reprehendat, neceſſe eſt, quorum veſtigia ſecutus, Enchiridiõ hoc medicũ, quod lingua ſua* VENI MECVM *vocat, publicæ vtilitatis gratia conſcripſit, vt ex hoc veluti promptuario ad*

rio ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rio ad omnes morbos ſyluam reme-
diorum ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ habere poſ-
ſemus. Barbarus eſt fateor: ſed bar-
barè loquens, melius intelligetur,
quàm ſi Latinè balbutire cogere-
tur, ab iis præſertim, qui Sauonaro-
lam, Montagnanam, Gatinariam,
& reliquos eiuſdem farinæ ſcripto-
res, legere ſine ſtomacho poſſunt.
Hanc igitur Bayri Medicinam,
antehac typis nuſpiam editam, &
ſublata Diſtinctionum atque Tra-
ctatuum odioſa repetitione viginti-
quatuor libris comprehenſam, ad te
mitto, Io. Rodolfe princeps illuſtriſ-
me, non illius commendandi gratia,
qui commendatione non eget, ſed
mei erga te amoris teſtificandi cau-
ſa. Quem quidem etſi commodius
& euidentius noſtris tabulis, quas
iampridem Pataui in Ariſtotelis
Logicen, Rhetoricen, Ethicē, Phyſi-
cen confecimus: atque iis etiamnum
quas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quas in Galenū meditamur, ostendere poteramus: tamē quod in bello periti Imperatores facere solēt, prima incursio tyronibus committi debuit, subsidiū veteranis. Fac ergo vt quàm amicè & alacriter tibi ista mittimus, tam tu quoq; pro tua erga studiosos omnes humanitate benignè hæc excipias, & quod vnicè optamus, Bayrum hūc nostrū in præclara illa tua bibliotheca, quam Attali & Ptolemæi exemplo magnis sumptibus, maiore posteritatis commodo, maxima tui nominis gloria extruis, locum aliquem obtinere sinas, nósque inter clientes tuos recipere digneris.

Vale Basileæ IIII. Non. Iulij, M. D. LX.

T. C. A.

Theodorus Zuingger Bas. Philos. & Medicus.

CAPITA LIBRORVM.

LIBER I. De affectionibus cutis capitis,& capillorum.

LIBER II De affectibus cerebri internis.

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER III. De affectibus oculorum, De praeseruatione.

De vlc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER IIII De affectibus aurium.

LIBER V De affectibus narium.

LIBER VI De affectibus oris & dentium.

de alco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER VII De affectibus faciei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER XI De stomachi affectibus.

LIBER XII De affectibus hepatis & splenis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER XIII De affectibus ventris & intestinorum.

LIBER

LIBER XIIII. De affectibus renum & vesicæ.

LIBER XV. De affectibus muliebribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER XVIII De affectibus iun-cturarum & musculorum.

LIBER XIX De febribus.

de medio

LIBER XX, De apostematibus & vulneribus.

LIBER XXI De vulneribus.

de extra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER XXII. De luxationibus & fracturis.

LIBER XXIII. De vlceribus.

de

LIBER XXIIII De morbis cutis & extremorum.

de regimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

COROLLARIA quædam medica.

Quæstio, imo Liber de Peste. cap.I.

FINIS.

PETRI BAYRI TAVRINENSIS, PRAXIS MEDICÆ VENI MECVM DICTAE,

LIBER I.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

CREATOR sublimis, cuius gratia scientia omnis incrementũ suscipit & perfectionẽ, dignetur me in semitã rectam sua pietate dirigere, mentemque meam illuminare, vt quę in hoc opusculo ad communem humani generis vtilitatem facere institui, ea perficere valeã. Vidẽs enim laboriosum esse, atq; difficile medico, ad actum practicũ per diuersas ciuitates & oppida proficiscẽti, copiã librorũ continuę secum deferre. (sine quibus tamen esse nõ decet) visum est mihi propterea vtile valde, summariũ eorum, quæ ad actum curatiuum sunt necessaria, facilè acquisibilia, quæ à dignissimis authoribus excerpsi, quæ sic mihi nunc

hi nunc ſeni exiſtenti experta & approbata cognoui, ſub hoc breui compendio collecta redigere. Quod ob eius vtilitatem Veni mecum appellare conſtitui: ad laudem eius qui cuncta creauit: Qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

DE CAPILLORVM CASV IN *genere, de differentiis, & curandi modo.*

CAſus capillorum non vnius eſt generis: nam vel naturaliter capilli defluunt, vt in caluitio ex naturali defectu & exiccatione, vel præter naturam. Et hoc rurſus vel cum vlceribus, vel abſque vlceribus. Vlcera alia longas & cõtinuatas areas habent, cum cruſtis, vt ophiaſis, ſiue thiria vulgò dicta, ſecundum Auicennam: alia rotundas & interceptas areas abſque cruſtis, & alopecia dicitur, in qua minor eſt exulceratio, quàm in ophiaſi, propterea quòd materia minus acris eſt. Caſus abſque vlceribus ſimpliciter Defluuium capillorum dicitur, ſiue Gallicum ſit, veteribus ignotum, ſiue non ſit Gallicum, ex quouis alio vitioſo humore.

In curatione cuiuſlibet prædictorum debet primò locus cum panno aſpero

frica-

fricari propter duas causas. Prima, vt sciatur, si facilis aut difficilis sit curationis: nam si locus fricatus citò rubet, est facilis curæ: si verò tardè, difficilioris est curæ. In facili cum leuioribus est operãdum: in difficili, cum fortioribus. Alia causa est, vt cognoscatur à quo humore dependeat. Nam si color cutis fricatæ tendat ad albedinem, dependet à phlegmate, quod debet purgari cum hieris magnis, & aliis phlegma purgantibus: sin verò fuerit citrinus, purgetur cholera: si niger, melancholia: si rubeus, phlebotometur.

De defluuio capillorum in specie.
Cap. II.

DVplex hîc est intentio. Vna ad præseruandum ne cadant: alia quando ceciderunt, vt renascantur. Præseruare possunt myrtus & grana eius, ladanum, myrobalani emblici, bellirici, & chebuli, myrrha, aloe, gallæ, caules, oleum myrtinum, & mastichinum, vinum stipticum, aqua myrti; planta lini combusta cum semine suo, cum oleo illita. In radice salicis cum oleo est mirabilis proprietas conseruandi & confortandi capillos ne cadant. Cortices nucis combusti, & puluerizati misti cum vino stiptico, & oleo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

myrtino optimi ſunt, præcipuè pro pueris. Radix & folia vlmi: ſambucus combuſtus cum oleo & cera confectus: ladanum cum myrrha & oleo myrtino: aloe cum vino nigro: apes combuſtæ diſſolutæ cum vino nigro & oleo: oleum de ouis, & hepar bouinum combuſtum.

Medicinæ compoſitæ. Coquantur grana iuniperi, ladanum, abſinthium, & capilli veneris, cum vino & oleo myrtino: cocta dimittantur ſimul ſeptem diebus: deinde coquantur ad vini conſumptionem: poſtea colentur cum bona expreſſione, & de colatura vngantur radices capillorũ.

Aliud. R. corticis cannarum aduſtarum, granorum myrti, corticis auellanarum ana vnc.s. abſinthij, gallarum ana drach.ij. puluerizata conficiantur cum oleo myrtino, & ex eis vngantur radices capillorum.

Aliud. R. myrobalanorum emblicorum, foliorum myrti, capillorumveneris, gallarum, ana: coquantur in aqua, donec fiat turbida, poſt ea cum pari quantitate olei myrtini coquantur, donec conſumatur dicta aqua: inde coletur oleum, cui addatur ladani drach. xij. maſtichis drach. vij. coquantur cum vino, donec

impin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

impinguentur, agitando, seu terendo: deinde addatur ramich drach. iij. & fiat linimentum, quo liniantur radices capillorum, & est mirabile.

Oleum optimum præseruans à casu capillorum, & impetiginem penitus prohibens. R. nucum cupressi n°. x. absinthij, ladani ana drach. j. s. trita ligentur in petia rara, & infundantur in oleo myrtino: bulliant parum simul, postea dimittendo omnia simul, vnge ex ipso oleo radices capillorum.

Oleum de ouis non solùm præseruat capillos à casu, sed eos, qui ceciderunt renasci facit.

Ad faciendum autem renasci capillos qui ceciderunt, & ad initium caluitiei, fricetur caput, donec rubeat: deinde liniatur cum adipe anatis & gallinæ per noctem: mox cum pice, nitro, mastiche, & ladano, cum s. q. ol. myrtini. Valet etiã linitio cum succo, vel melle anacardi, aut cum ouis formicarum, cum ol. muscellino. Aut accipe ladani p. j. capillorum veneris p. v. tere cum vino, & vnge, quãdo incipit caluitium ante tempus.

Aliud ad initium caluitiei. R. succi extremitatum myrti, œsypi, succi oliuarum syluestrium, ana drach. ij. s. rosarum rub.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drach. s. absinthij sicci drach. ij. bulliant in lib. s. aceti vsque ad consumptionem medietatis: postea colentur, & in colatura calida infunde ladani purissimi drac. ij. & dimittãtur simul per duos dies, deinde terantur, infundendo super eis modò oleum myrtinum, modò vinum stipticũ, continuè agitando, donec in substantiam melli similem redigantur: deinde misce cum eis ramich drach. ij. capillorum veneris drach. iij. s. vltimò aromatiza cum drach. ij. galliæ muschatæ, & vnge, fricando prius locum cum panno aspero, continuando per tres dies. Deinde laua caput, postea reuertere ad vngendum, vt suprà, donec sanetur. Sunt etiam alia multa ad hoc infrà scripta in capite de Alopecia.

Quando autem à conualescentibus ab ægritudine cadunt capilli, ladanum cum vino & oleo rosato coque ad decẽtem vnguenti spissitudinem, & vnge. Radicem celsi excorticatam cõbure, coque cum oleo rosato, & vnge. Vel: Lauetur caput cum lixiuio in quo coctum sit semen pulicariæ cum lentisco.

Vt in loco combusto oriantur pili vel capilli, terantur folia ficus, & super locũ cruda, aut cocta emplastrentur, vel hyperici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rici pugillos viij. maioranæ p.j. tere cum oleo ad modum mellis, & vnge.

De Alopecia, & Ophiasi, siue Thiria. *Caput* III.

DIctum est suprà, quòd debeat prius fricari locus, vt cognoscatur à quo humore depẽdeat. Eo cognito, antequã topica administres, purgatione opus erit.

Galenus primo localium curauit alopeciam à phlegmate factam, primùm cũ pilulis istis. R. aloes hepatici, diagridij añ. scrup. ij. pulpæ colocynthidos scrup. j. mastichis, bdellij añ vnc. s. cum succo absinthij: fiat massa pro pilulis, de quib. capiat drach. j. vel drac. s. secundum virtutem patientis pro vice, post mediam noctem, bis, vel ter in mense. Deinde dedit hieræ diacolocynthidos drac. iiij. in prima vice, in secunda drach. v. Mox cum vellet administrare localia, adolescens ille à peregrinatione rediens (quæ fuit 20. dierum) sanatus est, cùm vsus fuisset laudabilibus cibis. Hac autẽ ratione multos ab alopecia se curasse testatur, absque localibus adiutoriis, faciendo purgationes suprà scriptas, & ægris vtentibus cibis laudabilibus.

Aliquando tamen vti oportet his, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

particulariter caput purgant, vtpote gargarismatibus, & caput purgiis.

Medicinæ locales ad alopeciam, quæ à pituita pendet. R. alchitran, siue picis liquidæ, euphorbij, rutæ montanæ, baccarum lauri ana scrup. iiij. sulphuris viui, ellebori albi ana scrup. j. s. Terantur terenda, & conficiantur cum oleo laurino, aut oleo antiquo. Vnge locum prius fricando cum cepa scillæ, aut allio, donec rubeus fiat.

Aliud expertum. R. euphorbij, spumæ maris, fimi columbini ana vnc. j. ellebori albi, seminis rutæ montanæ, corticum interiorum castanearum, & auellanarũ, nasturtij, spicæ nardi, cassiæ ligneæ ana scrup. s. amygd. amararum combustarum cum corticibus suis interioribus. scrup. j. confice cũ sapa vini, & ol. raphanino, vel laurino, vel rosaceo, & vnge in sero præfricando, vt suprà. Manè verò lauabis cũ aqua decoctionis fabarum, & bliti albi, continuando donec sanetur.

Epithema bonum ad illud. R. euphorbij, rutæ montanæ, baurach, sinapis, artemisiæ, ana q. s. confice cum succo cepæ scillæ, aut cepæ acutæ, & impone præfricando locum, vt suprà.

Aliud optimum. R. euphorbij, gummi,

rutæ

rutæ agreſtis, olei laurini ana ſcrup.ij. ſulphuris viui, ellebori nigri, vel albi ana ſcrup.j. ceræ vnc.j. ol. de cherua, vel laurini, vel oliuæ, q.s. fiat vnguentum molle, addendo naſturtij & ſpumæ maris aduſtę an. ſcrup.j. Vnge vt ſuprà.

Oleum laurinum miſtum cum cera, & euphorbium cum cera & oleo ſunt ſolennes. Vngues caprarum combuſti diſſoluti cum aceto curant alopecias.

Quando autem alopecia fit ab humore cholerico (quod ex colore citrino cutis poſt fricationem apparente cognoſcitur, vt ſuprà dictum eſt) R. ſpumæ maris, aphronitri, ſeu ſpumæ nitri, amygdalarum amararum combuſtarum, corticum interiorum auellanarum combuſtarum ana cõfice cum aceto, addito adipe anatis, & vnge præfricando locum cum pãno aſpero, & ſpuma maris contrita: hoc enim remouet complexionis malitiam, quæ eſt in cute.

Ante omnem applicationem localiũ, ſi alopecia eſt in capite, oportet radi caput vel membrum in quo eſt cum raſorio, & iterari, maximè quando pili incipiunt naſci exiles, vt lanugines.

Medicamentum faciens renaſci pilos, vbi oportet & ſanans caluitium. R. carnium li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

maciarum, veſparum, apum, & ſanguiſugarum, ſalis aduſti añ.p.æquales. Pone in vaſe vitreo, vel vitreato, habente in fundo parua foramina, ſicut cribrũ, & pone ſub eo aliud vas vitreum, vel vitreatum, quod colligat humiditatem, quæ paulatim per multos dies manabit, & colligatur, reponendo in vaſe vitreo, & ex ea fricetur locus depilatus, vel caluus, fricãdo prius locum cum panno aſpero, & ſpuma maris trita.

Aliud. Coquantur cantharides in oleo, donec diſſoluantur, & oleum ingroſſetur, & vnge cum modica parte ipſius pro vice loca depilata.

Aliud. R. oleum de cheiri vnc. ij.s. ceræ ſcrup.v. ladani ſcrup.viij. euphorbij, gummi, rutæ agreſtis, cantharidum añ. ſcrup.iij. ſeminis citrangulorũ vſtorum, veſparum, vel apum aduſtarum an. ſcrup. ij. ſtyracis liquidæ, myrrhæ ana. ſcrup.ij.s. fiat vnguentum, quo vngatur ſero, præfricando locum vt ſuprà: mane verò abluatur cum aqua decoctionis furfuris, fabarum, & bliti albi. Hoc ſanat caluitium, & facit naſci pilos in alopecia.

Aliud ad idem optimũ. R. cineris abrotani ſcrup.x. ventrium cantharidarum cõbuſtarum, auellanarum combuſtarum

ana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ana ſcrup. ij. ladani puriſſimi ſcrup. iiij. puluerizata cribellentur, & conficiantur cum oleo veteri, aromatizando cum modico galliæ, & vngatur in ſero, vt ſuprà. Mane abluatur vt ſuprà, continuando donec locus reſiccetur, tunc ceſſet per duos dies, deinde iteretur, quoniã ſanat.

Caput leporis combuſtum, confectum cum adipe vrſi, curat alopeciam. Fricatura lapidis cotis facit naſci pilos in alopecia: & cinis ericij cum pice liquida, & cortices cannarum combuſti cum aceto liniti. Radices quoque cyclaminis, & radices aſphodeli, cantharides vſtæ miſtæ cum aceto, mus combuſtus cum adipe vrſino miſtus. Cantharides ablatis alis & capitibus, diſſolutæ cum oleo de been, coctæ in vaſe terreo vitreato, diu cum ſpatula agitando, & cùm fuerint coctæ, ab igne remotæ, aromatizentur cum modico muſco, vel ambra, vngendo vt ſuprà. Stercus muris cum aceto. Frictio cum foliis ficus. Spuma maris trita cum oleo. Rana quæ habet crura longa, combuſta, trita, miſta cum pice liquida. Aſphodelus tritus cum aceto. Cepæ fricatæ cum ſpuma maris. Radices cannæ combuſtæ. Tithymallus tritus, fricatus & vnctus: hæc omnia faciunt naſci pilos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ego multoties expertus sum in alopecia in qua ceciderāt capilli, pili barbæ, & supercilia sanatos fuisse Dei auxilio eos qui sequenti remedio vsi essent, facta prius debita purgatione. Paraui decoctionem ex abrotano, & cum cinere abrotani exiccati prius feci fieri lixiuiū, in eadem decoctione ponendo cinerem prædictum, & præfricaui loca, à quibus pili aut capilli ciciderant, foui cum prædicto lixiuio decenter calido, ablui frequenter, & in modico tempore renati sunt pili.

Ad antiquas alopecias difficilè sanabiles.

R. euphorbij, thapsiæ (loco eius ponatur semē nasturtij, vel ipsum nasturtium, vel semen erucæ) ana scrup. ij. sulphuris viui, ellebori albi vel nigri ana scrup. j. ceræ scrup. vj. olei laurini q. s. fiat vnguētum quo vngantur loca patientia, seu affecta. Sinapi tritum cum aceto sanat tineam & impetiginem horribilem.

Vnguentum optimum ad tineas & omnes scabies malas. R. olei laurini vnc. ij. myrrhæ, ellebori albi an. scrup. j. s. lithargyrij scrup. is ceræ scrup. ij. fiat vnguentum molle, quo vngatur. Exiccat enim, rarificat crustas, & cutim corruptam, omnē virulentiam consumendo.

Commune

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Commune remedium ad omnes cutis totius affectiones, etiam antiquas, ex secretis Galeni.

R. gallarum, ſeminis iuniperi, alchitram, aphronitri, foliorum oliuæ, fellis vaccini, ana ſcrup. j. ſulphuris citrini ſcrup. ij. arſenici rubei, ariſt. ana ſcrup. s. ſalis ammoniaci, rupeæ, fruſtri teſtudinis, fimi columbini veteris, amygdalarum amararum depilatarum, colocynthidis, æris vſti, radicum chelidoniæ minoris, lithargyrij, radicum capparorum, foliorum ficus ſiccorum, radicum cannæ ſiccarum, viridis æris, aluminis, iameni, ſief memitæ, myrrhæ, aloes, thuris, ana ſcrup. s. Trita & cribellata conficiantur cum aceto, & fiat linimentum, quo liniantur loca affecta, facta prius purgatione debita.

De Denigrandis capillis. Cap. IIII.

C*Apillos etiam canos denigrantia.* R. myrobalanorum nigrorum, & emblicorum, gallarum, ana partes x. ladani p. xx. foliorum & granorum myrti ana. p. xxx. pulucrizata & cribellata infundantur in libris trib. olei per tres dies, deinde coquantur, donec inſpiſſentur, & cum eis liniantur radices capillorum.

Soli

Soli myrobalani, bellirici, emblici & Indi triti in oleo, denigrant. Si colocynthis ſyluestris, extractis ſeminibus, impleatur oleo & ſemine iuſquiami nigri integro, & dimittatur per diem & noctẽ in loco calido, & ex oleo vngantur capilli, denigrat eos, tardando canitiem. Grana vuæ aſſatæ in teſta, infuſa in oleo, & ſepulta in fimo per menſem inungantur. *Aliud.* Coque calamenthum (prius per diem & noctem infuſum) & tantum coquatur donec ferrum in eo infuſum nigreſcat: tũc coletur cum bona expreſſione, & iterum coquatur donec inſpiſſetur, in vaſe æneo per tres menſes. Diſſoluatur drach. j. cum dimidia pro vice in aqua calida, & cum ea lauentur capilli, & capillorum radices, hyeme in balneo vel ſtufa, æſtate verò in domo, & faciet nigredinem permanentem. Cortices nucum recentium ſæpe infuſi in oleo cum modico alumine bene tingunt. *Aliud.* R. ſcoriam ferri, & limaturã plumbi, coque in aceto ad conſumptionem medietatis, cola, & vnge. *Aliud.* R. Radices capparorum, & illas coque in lacte aſinæ vſque ad tertiam partem, & vnge, dimittendo per noctem. Hoc enim per totum nigrificat. *Aliud.* Fungos nucis

com

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

combure,& in oleo ſolue,& vnge.

Ebuli ſemen cum oleo, & grana hederæ nigræ cataplaſmata, denigrant. Gallæ in aceto & aqua infuſæ. Melanzana combuſta, oleo miſta, inuncta, & per totam noctem dimiſſa, nigrificat. Folia vitis, ficus nigrę, mori & bryonię coquãtur in aqua pluuiali, & ex ea lauetur caput.

Tinctura permanens. Tragacanthum, chalchanthum, & gallam confice cum aceto nigro forti, fricetur membrum denigrandum in ſole, vngendo cum eo aliquibus vicibus.

Vnctio cum plumbo combuſto, confecto cum ſucco betæ ad mellis conſiſtentiam, nigrificat barbam. Cortex radicis ſalicis conſeruat, & nigrificat cum oleo diſſolutus.

De his quæ capillos dealbant. *Cap.* V.

STercus hirundinis cum felle tauri tere & vnge. Semen enulæ, cortices radicis raphani domeſtici & alumen, tere cum tertia parte glutinis, miſce, & vnge.

Aliud. Flores verbaſci albos combure, & in aceto extingue, & lini, cum eis vnge.

De his quæ faciunt capillos flauos. *Cap.* VI.

ALumen coque in aqua, & cataplasma capillos duobus diebus, postea laua eum aqua, in qua dissoluta sit fex vini combusta, aut folia alkannæ, infunde in succo absinthij, & vnge. Lupinorum amarorum decoctio, vel ipsi lupini triti in aqua dissoluti, flauos faciunt capillos.

Aliud. Rubeam tinctorum, stœchadem citrinam, polytrichum, absinthium, & lupinos pone in aqua, in vase vitreo, aut interius vitreato, per nouem dies, mouendo singulo die bis, & infundatur spongia in ea cum aqua lauentur capilli, & post exiccationem lauentur cum aqua calida, & sapone, & flaui fient.

Aqua, in qua infusi sunt cortices lupinorum, per quatuor dies abluendo ex ea, facit capillos flauos. Spuma salis & myrrha facit capillos flauos & crispos: Indicum autem facit colorem pauonis.

De scissuris capillorum. *Cap.* VII.

SCissuræ capillorum curātur cum mucilagine psyllij, & altheæ, & foliorum salicis, & cæteris humectantibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De his quæ faciunt cadere pilos. Cap. VIII.

VNge cum cerebro veſpertilionis diſſoluto cum lacte mulieris, aut fel tauri permiſce cum gummi hederæ, & vnge. Aut cum ſanguine cerui & aceto, aut fructu vrticę ſylueſtris, linias cum aceto, & frica locum depilandum. Succus omnium ſpecierum tithymalli facit cadere pilos. *Aliud.* R. ſandarachæ drach.ij. calcis viuæ ſcrup.iiij. coque cum aqua, miſcendo diligenter, & cùm cœperit bullire, aſſume & vnge. Huius experientia erit, ſi pluma, vel penna in eo poſita depilabitur. Poſt vnctionem permaneat in balneo, & cùm cœperit ſudare, abſtergatur, & ſi cadant pili, lauetur corpus. *Aliud.* Fructus bryoniæ fricatus remouet pilos, eo enim vtuntur aptantes coria ad remouendum à pellibus pilos. *Aliud.* Pone multos veſpertiliones in bitumine, & dimitte vt putrefiant, & ex eorum humiditate vnge.

Pſilothrum quod remouet pilos, & renaſci non ſinit. R. ſanguinis teſtudinis, ranæ, & veſpertilionis, ouorum formicarum, auri pigmenti rubei, gummi hederę ana. miſce cum aceto, & vnge diſcretè, ne excoriet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Inunctio cum auripigmento, & æquali quantitate de ſucco iuſquiami, radicitus euellit, ita vt nunquam renaſcantur. Puluis ranæ viridis combuſtæ poſitus in balneo facit cadere pilos, & os coloris ſimiliter. Semen hederæ nigræ facit cadere pilos, & renaſci nō ſinit. Idem facit ſolus ſanguis veſpertilionis, vel ranæ viridis. Linimentum ex ladano addatur gummi hederæ. Oua formicarum, auripigmentum & acetum, non ſinit renaſci pilos vngendo ex eo. Succus cucurbitæ, & crocus ferri, & noctilucæ cum oleo miſta, idem operantur.

De remediis eius quem combußit pſilothron. Cap. IX.

Ille quem combuſſit pſilothrum quieſcat, & feſtinetur ipſius ablutio cum oleo roſato. Deinde abluatur in aqua calida primò, mox in frigida Poſtea illinantur lentes excorticatæ, tritæ in aqua roſata & ſantalis, maximè ſi adurat. Quòd ſi fortè fecerit aduſtiones, applicetur vnguentum populeon cum illo de lithargyro, inuicem miſcendo, aut vnguentum album: vel vnguentum de lithargyro nutrito cum albumine oui, & aqua roſata, & epithemetur cum eo.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De ægritudinibus quæ accidunt cuti capitis. *Cap.* X.

FVrfures capitis aliæ ſunt leuiores, aliæ fortiores. Leuiores curãtur cum ſola decoctione foliorũ ſalicis viridium, vngendo poſt ablutionem cum oleo violato, aut cum decoctione bliti albi, lupinorum, & fœnigræci, ſeminum melonis, & altheæ: tamen aqua foliorum ſalicis eſt ſuprema.

Fortiorum furfurum aliæ ſunt ex frigido, aliæ ex calido humore. Quæ ſunt ex frigido, curantur cum felle taurino, vel caprino, & aphronitro, æqualiter tẽperatis, cum oleo irino, & ſucco bliti albi: nocte illinantur: mane verò abluantur cum aqua decoctionis lupinorum & fœnigræci aſſati. *Aliud.* Recip. Œſypi drach. ij. pulpæ colocynthidos drach. iiij. olei de cheiri vnc. s. gummi rutæ agreſtis drach. j. ladani drach. j. miſce, & vngatur hoc modo: Abluatur caput cum decoctione foliorum ſalicis calida, fricando cum ſapone: deinde fricetur caput cum panno aſpero, donec rubeat: poſtea liniatur ex ſuprà ſcripto vnguento manè & ſerò, & lauetur.

Quando autem fiunt à materia calida, ablue caput cum ſola decoctione fœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nigræci,& foliorum ſalicis,& curat ea.

Aliud. R. myrob. citrinorum drach. x.cum aceto & ſucco ſolatri,& bliti albi: fiat linimētum,quo liniatur in ſero, mane abluatur cum decocto furfuris , lupinorum,& myrrhæ,& eſt ſolenne.

Cimolia in aqua infuſa , deinde reſoluta in ſucco bliti albi, ſuper locum liniatur, dimittendo donec exiccetur:deinde abluatur & liniatur cum olibano in vino & oleo diſſoluto : ſequenti die vnge cum ſtaphiſagria in oleo diſſoluta. *Medicinæ ſimplices ad furfures fortiores à cauſa frigida.* fel tauri,aphronitrum, ſulphur,pulpa colocynthidos,fex vini,ſinapi,ſtaphiſagria, nitrum aduſtum , gummi rutæ agreſtis , & ſimilia. Humidi furfures curantur abluendo cum decoctione farinæ lupinorum cum aqua ſalſa,addito aceto, ponendo in colatura puluerem chamæpityos , & ſanat eas quæ ſunt in barba & cute capitis. Similiter ablutio cum aqua portulacæ, & ſucco bliti albi crudo , vel cocto cum melle miſto. Aut miſceatur cimolia cum decoctione fœnigræci, vel cum ſucco cucumeris aſinini , aut cum decoctione radicum eius. Succus expreſſus à ſcilla ſub cineribus cocta , addito pauco oleo,& inunctus.

De

De Psydraciis. Cap. XI.

PSydracia sunt paruæ excrescentiæ factæ in cute capitis, similes vesicis eminentibus in superficie, rubicundæ & asperæ.

Purgetur patiens cum pillulis infrà scriptis. Rec. aloes hepatici vnc.s.trochiscorum alandal, diagridij ana drach. ij. reformentur cum succo caulium, & fiat massa pro pillulis, de quibus dentur secundum patientis tolerantiã.Fiat ablutio cum decoctione hordei, fœnigræci, maluæ, vel cum meliloto, & farina fœnigræci cum vino: Vel cum rad. lilij & libanoto: vel cum vino decoctionis lupinorum, & radicis anchusæ cum oleo. Aut farinam infunde in vino,& applicetur vt cerotum. Aut misce alchannam, cum cerusa,& appone.

Aliud. Amylum, alumen, cerusam, folia rutæ viridia, ana. misce cum aceto & oleo myrti, & vnge:est enim optimũ. *Aliud.* Lithargyrij & cerusæ ana drach. j.s.sulphuris vnc.j. misce cum oleo myrtino, & vnge. Cyclamen vlcera capitis sanat.

De achoribus & fauis. Cap. XII.

AChores est passio veniẽs in cute capitis, perforás eam subtilibus fora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

minibus,per quæ exit ichor viſcoſus.Fauus autem facit foramina maiora continentia humiditatem melleam. Curantur autem ſic: Raſo capite,fomenta bis, aut ter, aut pluries cum aqua calida decoctionis myrti, aut rubi, aut lentis, aut lupinorum amarorum, aut radicis aſparagi.

Quando autem fuerint multi ichores, cataplaſmabis cum decoctione foliorum ſalicis, parietariæ & lentis: deinde cum hoc vnguento. R. Sulphuris, foliorum parietariæ,ana vnc.s.ſaponis Gallici vnc.j. miſce cum ſucco parietariæ,& fac vnguentum.

Ego expertus ſum pluries abluere caput cum decoctione foliorum ſalicis, foliorum parietariæ viridium, bliti albi, & lentium,& poſt ablutionem vngere cum vnguento ſuprà ſcripto, vel fricare cum eo,loco ſaponis,& eſt mirabile.

Aliud. R. Litharg. vnc.ij. foliorum rutæ viridium vnc. j. ſtaphiſagriæ vnc.s. vitreoli drach.ij. cōfice in mortario cum aceto & oleo myrtino, diu agitando, & vnge. Aut fac emplaſtrum ex foliis rubi viridibus, vel radicibus bliti albi,& curat. Similiter apij vſus quod facit flores albos.

Gal.

Gal. primo Localium curauit achores cum charta combusta, que erat lucerna circumdata, dissoluta cum aceto in duobus diebus. Acetum idoneum valde est ad achoras omni tempore, quoniam incidit grossos humores & viscosos mistum cum aliis, solum verò abstergit.

De cura Crustarum in capite puerorum.
Cap. XIII.

OLeum de vitellis ouorum, addito, quando fit, modico myrrhæ, rad. iridis, & ellebori nigri. Similiter ol. de frumento, & ea quæ scripta sunt de achoribus & fauis, si illinantur.

De his quæ interficiunt pediculos & lendes.
Cap. XIIII.

INterficit eos hoc vnguentum. R. Olei communis vnc. iij. ceræ vnc. j. staphisagriæ, argenti viui extincti cum saliua ieiuni añ. drach. iij. fiat vnguentum, quo vngatur loco saponis, quando caput lauatur.

Aliud. R. Sandarachæ, nitri añ. drac. j. staphisagriæ drach. ij. cum aceto & oleo confice & vnge. Elleborus albus, nitrum, staphisagria, oleum de serbin, coniunctim & diuisim valent. Sumach quoque, radix lapathi acuti, & oleum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER II. DE AFFECTIBUS CEREBRI INTERNIS.

De dolore capitis in generali. Cap. 1.

DOlor capitis qui ad radicem oculorum venit, ſignificat cauſam eſſe in cranio. Quando autem dolor eſt extenſiuus, fit à vētoſitate. Cùm dolor eſt mordicatiuus, fit ab humoribus acutis. Quando eſt aggrauatiuus, fit à multitudine humorum. Quando eſt à calore, eſt cum rubore. Fit autem vel à mala complexione ſine materia, vel à ſola materia, vel ab vtroque. Quando fit à mala complexione, ſufficit eam alterare ad oppoſitū. Si fiat à materia, euacuetur. Si ab vtroque, purgetur primò materia, deinde alteretur mala complexio.

Commune regimen in curatione dolorum capitis, eſt paucitas cibi & potus, & multitudo ſomni, præterquam in his quæ fiunt ab effuſione choleræ ad ventriculum. Quando autē fit à materia, aut eſt ſanguinea, aut ab aliis humoribus. Si materia eſt ſanguinea, aut multum ſanguini admiſta, tunc poſt ventris lenitionem (ſi expediat) fiat phlebotomia, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

soda sæpissime curat. Si autem ab humoribus aliis sanguini non admistis, tunc post lenitiuum digeratur humor peccans: post digestionem euacuetur humor, deinde alteretur mala complexio. Dicebat Galenus in tertio Artis medicinalis. Oportet vnamquamque abscindere causam, deinde redire ad eam quæ facta est dyscrasiam. Sunt tamen aliqui casus, in quibus licet alterare malam complexionem ante materiæ purgationem: sicuti quando materia est calida, & dolor intensus, tunc debent applicari alterantia frigida, vt prohibeatur attractio vaporum ad cerebrum, prę terquam in quatuor casibus. Primus in soda calida ex febre, dicente Auicenna: Et sodam quidem calidam in febribus multiplicant vsus epithematum, vapores exire non permittentium. Sedat autem dolorem statim attractio aquæ ros. frigidæ cum modico aceti. Secundus casus est, in soda facta à vaporibus eleuatis à toto, aut ab aliquo membro particulari: tunc enim est fienda diuersio ad opposita. Tertius casus, quando fit soda à multitudine materiæ, quia tunc euacuatio est administranda, quæ eum sedat. Quartus casus, quando fit

ſoda propter multitudinẽ vaporum exiſtentium in capite, eleuatorum aut à toto, aut ab aliqua parte determinata, ſed non amplius communicantium, vt ipſi vapores ſint facti independentes, tunc reſoluentia & particulares purgationes ſanant. Quando autem non ſunt hæc, & dolor non trahit ad ſe curam, materia peccans, poſt debitam digeſtionem eſt purganda, vel euacuanda per phlebotomiam, ſecundum exigentiam, aut per vtrunque, ſi opus erit. Deinde facienda eſt particularis purgatio cerebri, & diuerſiones per ventoſas, fricationes, gargariſmata, caputpurgia, maſticatoria, & conſimilia ſecundum exigentiam. His peractis, alteranda eſt mala complexio.

De Cura ſodæ calidæ. Cap. II.

OBſeruatis vniuerſalibus ſuprà ſcriptis, fiat attractio aquæ roſ. cum modico aceti per nares: & dico, modico, quia ſi multum de eo ponatur, inducit ardorem in naribus. Statim ſedat dolorem.

Trochiſci citò ſedantes dolorem. R. opij, corticum mandragoræ, florum nenufaris, camphuræ an. fiant trochiſci cum ſucco nenufa-

nenufaris, qui exiccentur in ſole, poſtea puluerizentur, & de eis inſuffletur in nares, & ſedatur dolor ſubitò.

Soli etiam flores nenufaris inſufflati idem faciunt. Et olfacere camphuram ſolam. Balauſtia coƈta in vino albo paucifero, aut in aqua ſalſa trita confeƈta cum oleo roſ. & cera alba, & vnƈta, conferunt.

Aliud. Santalorum alborum vnc. s. ſandarachæ drach. ij. confice medietatem pro vice cum albo oui, & pone ſuper frontem & tempora. Confert ſodæ cholericæ, & prohibet deſcenſum rheumatiſmi ad oculos. Acacia cum oleo roſaceo, & cera alba confeƈta, appoſita, iuuat. Cichorea appoſita ſedat dolorem capitis, & æſtuationes à ſole faƈtas. Flores labruſcæ cum oleo roſ. & aceto miſti, fronti applicati, capitis dolorem tollunt. Oleum roſ. & violar. cum modico aceti, agreſtæ & camphuræ, diu agitati in mortario, donec inſpiſſentur, liniendo frontem & tempora, ſedat dolorem, calidum & pulſatiuum efficaciter. Vnguentum album Galeni ſi lauetur pluribus vicibus cum ſucco ſolatri, ſemperuiuæ, endiuiæ, cucurbitæ, & ſucco vuæ acerbæ, liniendo ex eo frontem & tempora, ſuperpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nendo folia ſalicis viridia, ſedat dolo-rem mirabiliter. Embrocetur caput cum decocto violarum, nenufaris, hordei, fo liorum ſalicis, & vitis domeſticæ. Quòd ſi egeas reſolutione, adde chamæmillã. Et ſi ſomnum prouocare cupis, adde capita papaueris albi ſine ſeminibus, & lactucas, & ex hac decoctione embroca caput, & laua pedes & tibias calidè. Succus capreolorum vitis domeſticæ cum oleo roſ. & farina hordei confectus, in emplaſtro applicatus, eſt expertum. Odo retur ſæpe aqua roſacea cum aceto. Caputpurgia fiant ex oleis roſ. violato, nenufarino, cum modico cãphurę, aut cum pauco oleo de ſem. cucurbitæ, aut de ſalice, vel cum lacte mulieris, & ol. violato frigidis.

Caputpurgium ad ſodam & hemicraneam calidam cum dolore cruris. R. opij, & camphuræ ana. fiant formæ ſicut lentes, & ſoluatur vna pro vice cum oleo violato, aut cucurbitę, & ſtilletur in naſum & aurem.

Quando autem ſoda fit ex effuſione choleræ ad ventriculum (cuius ſignum eſt, quia moleſtat magis tempore vacuitatis in ieiuno & dolor eſt pulſatiuus cũ amaritudine oris) cura eſt cibare patientem ante horam aduentus ſodæ cum pa-

ne inſuſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ne infuso in vino granatorum,& rectificare hepar, & confortare ventriculum, ne choleram recipiat,vt dicetur infrà.

De Cura Sodæ frigidæ. *Cap.* III.

POst vniuersales canones supra scriptos, si soda sit frigida & ventosa, vaporetur caput cum milio & sale calefactis, aut ex pulegio, surfure,& chamæmilla, cum semine carui, & similibus. Aut liniatur cum ruta, ol.ros.& mentha, præcipuè aquatica. cocta cum sauic super frontem ligata, iuuat. Est autem sauic, polenta facta cum farina hordei in aqua cocta. Linitio frontis cum sinapi & aceto, tollit sodam frigidam.

Trochisci ad sodam frigidam antiquam. R. Scammoneæ drach.ij. myrrhæ, croci, costi ana. drach. j. fiant trochisci cum vino, pondere pro singulo scrup. iiij. soluatur vnus pro vice cũ vitello oui, & liniatur super frontẽ & tempora. Et si liniatur super partem posteriorẽ cerebri, dissoluti cum aceto, cõferunt ad subeth & lethargum. Et scammonea cum oleo rosacco & aceto cum vitello oui linita, tollit dolorem capitis antiquum.

Ad sodam frigidam chronicam. R. sulphuris, castorei, baccarũ lauri excorticatarũ an. tere cũ butyro, & oleo ros. linias frontem

tem & tẽpora, aut extende ſuper petiam, & applica. Quòd ſi prolongatur, phlebotoma venam frontis & naſi. Similiter in hemicranea, maximè ſi facies ſit calida.

Gal. in ſoda frigida facit linimentum cum euphorbio ſolo, & oleo roſaceo, & de illo tepido parum inſtillat in aurem lateris dolentis.

Ad cephaleam antiquam pro confortando ſtomacho & hepate. ℞ Agarici vnc.ij. pæoniæ, centaurij minoris añ. drach.vj. laccę, ligni aloes añ. drach.viij. eupatorij, aniſi, chamædryos, chamępithyos, ſquinanthi, florum chamæmillæ, maſtichis añ. drach. vij. rhabarbari electi, ſpicæ nardi, añ. drach.ij. turbith drach.iij. trita & cribellata conficiantur cum optimo melle deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, de quo detur drac.j. pro vice per duas horas ante prandium, inuoluendo in nebula madefacta in vino, bibendo ſtatim poſt illud tantum aquæ betonicæ, quantum capit os pro vna vice.

Attractio vaporum aniſorum bullitorum per nares, ſedat ſodam. Et muſcus confert ſodæ antiquæ, quæ eſt ab humoribus frigidis. Sedant dolores capitis antiquos, pnrgationes cum hieris magnis, aut cum Theodoricon, aut pilulis fœtidis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

dis, aut ſimilibus.

Ad cephaleam antiquam, lacrymas & inſomnietatem, Caputpurgium. R. Croci g. vj. ladani g. viij. ellebori albi drach. j. laccæ. g. iiij. camphuræ g. ij. ambræ g. iij. opij g. ij. aggregentur medicinæ ſiccæ cum melle colato, & humidæ cum oleo ſambucino: deinde miſceantur omnia ſimul, & ſoluatur parum de eo pro vice cum lacte mulieris, & trahatur per nares tepidum, aut ex eo vngantur nares interius.

Ad cephaleam antiquam. R. ſucci ſtœchados, eupatorij, acori, ligni aloes añ. drach. iiij. maſtichis drach. vj. agarici electi ad pondus omnium, trita & cribellata conficiantur cum decoctione roſarum & maſtichis, & dentur drach. ij. vel drach. iij. pro vice in mane.

Aliud, curans ſodam antiquam, & hemicraneam, & omnes cerebri paſſiones frigidas, fit cum ſolo ſucco cyclaminis per nares attracto. Similiter & ſuccus hederæ attractus confert, item oleum laurinum, & de cucumere aſinino ſimiliter.

Pilulæ ad omnes frigitas capitis paßiones, ſodam, epilepſiam, vertiginem, hemicraneam, & huiuſmodi. R. aloes hepatici, bdellij. pulpæ colocynthidis, diagridij, cort. ellebori nigri añ. drach. j. euphorbij, nitri añ.

drach

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drach. s. confice cum ſucco caulium, & fiat maſſa pro pilulis, de quibus dentur tres pro vice, poſt primum ſomnum, bis vel ter in menſe, vel ſecundum exigentiam. Pilulæ elephanginæ mundificant cerebrum & inſtrumenta ſenſuum ab humoribus craſſis & putridis.

Ad ſodam antiquam & hemicraneam. R. piperis albi, croci ana. drac. ij. euphorbij drac. j. fimi columbini ſylueſtris drac. j. s. trita cum aceto liniantur ſuper frontem & tempora. Galanga naribus impoſita cõfortat cerebrum. Abluatur caput cum lixiuio, in quo bullita ſit chamęmilla, fricetur caput poſt illud cum mentha aquatica: purgat caput à phlegmate, & ſoluit oppilationem capitis ex craſſo humore.

Linimentum expertum ad antiquos capitis dolores. R. Coſti, myrrhæ, caſtorei, ſpicæ, altheæ ana. ſcrup. j. confice cum oleo roſaceo, & liniatur ſuper frontem. Quòd ſi adſit inſomnietas, adde opij ſcrup. s.

Piper cum paſſulis & ſtaphiſagria maſticatum mane, & ante cœnam, purgat caput à pituita, & ſedat dolorem, factis debitis purgationibus.

Ad dolores capitis cauſatos à frigidis & craßis humoribus. R. ſerpylli, ſiſimbrij, laureolæ, pulegij, nepitę ana. coque & fomẽ

ta. Si

ta. Si verò non ſint humores ſuperfluè craſſi, ſed mediocriter, fomenta cũ oleo in quo ſit coctũ anethũ, & radices cucumeris aſinini, aut ex puro oleo antiquo.

Caputpurgium conferens in ſoda frigida, tortura oris, & oppilatione colatorij, & defectu olfactus. Infundatur nigella die ac nocte in aceto, deinde teratur prius ſiccata, & eius puluis inſuffletur in naribus ſubtiliſſimè pulverizatus & paſſatus, trahatur p nares.

Ad ſodam frigidam antiquã, hemieraneam, dolorem auris ex frigiditate. R. Caſtorei, euphorbij, opij, ſtyracis liquidæ, foliorum rutæ, ſinapis, marrubij, calamenthi ana. fac trochiſcos pondere drach. j. pro ſingulo: diſſoluatur vnus pro vice cum oleo nardino, vel coſtino, cum modico aceto, & liniatur ſuper frontem & tempora.

Ad omnes paſſiones frigidas cerebri. R. caſtorei, conditi, cyclaminis, pulpæ colocynthidis, aphronitri, euphorbij, fellis vaccini ſicci, ellebori albi ana. fiat ſief, ex quibus fiunt caputpurgia cum ſucco auriculæ muris, aut ſampſuchi.

Fiunt etiã gargariſmata quæ à cerebro trahũt, & cõſtant oxymelle, ſinapi, radicibus iridis, radicib. capparorũ, pyrethro, pipere, & ſimilib. Aut cũ oxymelle ſcillitico, aqua decoctiõis hyſſopi hortulanę,

origa-

origani, epithymi, frequenter gargarizando. Fiunt & ſuffumigia & odoramenta.

Emplaſtrum ex gummi Arabico, euphorbio, croco, & myrrha añ. curat hemicraneam frigidam, fronti & temporibus applicatum. Succus pentaphylli per nares attractus curat ſodam frigidam.

In ſoda frigida cum materia, & ſine, conuenit bibere vinum, & comedere allium, ſiue materia ſit phlegmatica, ſiue melancholica, teſte Auicen. prima tertij, cap. de Cura ſodæ frigidæ, &c. Linitio cũ ruta, oleo roſaceo & aceto, aut cum ſtyrace liquida, & aceto, & oleo roſaceo, aut cum caſtoreo, oleo roſaceo & aceto, aut cum ſtercore caprino, oleo roſaceo & aceto, liniendo ſuper frontem & tempora, curat ſodam frigidam. Raſo capite linitio cum euphorbio, ruta ſylueſtri, cicuta & ſinapi añ. drach. ij. boracis rubei drach. j. cum ſucco maioranæ & cera, tollit ſodam antiquam fixam.

Si autem appareat caliditas, expletis vniuerſalibus, incidantur arteriæ poſt aures.

Trochiſci cerebrum confortantes, tollentes omne rheuma, quod olfactum, aut aliquem aliorum ſenſum perturbat. ℞. Salis gemmæ, ſalis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſalis nitri combuſti, ſpumæ maris, aphro nitri albi, ſeu baurach albi, ellebori albi ſtaphiſagriæ, ſinapis, tartari combuſti an. partem vnam ſulphuris, ſumach, roſarum rub. alchannæ, ſquinanthi, praſsij, gummi Arabici, caryophyllorum, ligni aloes, olibani, aluminis, folij, nucis muſcatæ, ſpicæ ana partem mediam, ſaponis communis partes quatuor. Liquefiat ſapo in aceto feruenti, & cum eo incorporentur reliqua, & fiant trochiſci pondere ſinguli drac. ij. qui exiccentur in vmbra, & diſſoluatur vnus pro vice in lixiuio, in quo bullierint folia ſenæ, & flores chamæmillæ, addendo parum vini albi, & fricetur caput ex eo, ſicut fit cum ſapone.

De cura Hemicraneæ calidæ. Cap. IIII.

CVra eius eſt ſicut cura ſodæ calidæ, circa vniuerſalia, quæ ibi reperies. Adminiſtrari debent diuerſiones cum fricationibus & ligaturis, ſicut dictum eſt in ſoda calida. Eſt etiam trahenda aqua roſ. cum modico aceti per nares frigida. Et applicetur hoc linimentum ſuper frõtem & tempora. ℞. Succi agreſtæ & myrti an. vnc. j. fæcis atramenti vnc. ij. aluminis iameni, croci an. ſcrup. iiij. trita conficiantur cũ aceto, & liniatur vt ſuprà. Cõfert etiam applicatio olei roſ. cum aceto,

inuicem mistorum. Quandoque confert phlebotomia venæ frontis & nasi.

Cùm verò hemicranea fit propter nocumentum existens in tunicis cerebri, tunc dolor est in radicibus oculorum: quando verò nocumentum est in pericranio, non venit dolor ad radices oculorum. Cognoscuntur aliæ species doloris, sumptis signis à qualitate doloris, à colore, &c. Cõsule caput de Soda calida.

Si verò fiat propter choleræ effusionem ad ventriculum, tunc debet cibari ante horam paroxysmi cum pane infuso in vino granatorum, & comedere granata conuenit, tempore verò paroxysmi prouocandus est vomitus.

De cura Hemicraneæ frigidæ.

Caput V.

PEractis vniuersalibus, vt in cura sodę frigidæ dictum est, tunc fiat linimentum istud. R. succi rutæ agrestis, succi asphodelorum ana vnc. iij. castorei, euphorbij, pyrethri ana drac. vj. piperis, sinapis, staphisagriæ, calamenthi ana drach. iiij. croci drac. iij. fiãt ex eis trochisci. Et cùm necessitas vrget, dissoluatur vnus in aceto forti, & liniatur locus dolens, & stringatur cum ligatura, & hoc vtendum est quando alia nõ cõtulerint, quia est forte.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad hemicraneam frigidã antiquam. R. piperis albi, croci ana drach.ij. euphorbij drach.j. fimi columbini syluestris, encaustri ana scrup.ij. trita liniantur cum aceto super frontem & tempora lateris dolẽtis.

Aliud. R. baccarum lauri excorticatarum, fol. rutę ana. pug. j. sinapis p.s. trita confice cum aqua betonicæ, & applicetur capiti post exitum à balneo. Quòd si locus ampuletur, rumpantur ampulæ, & curentur cum vnguento de cerusa crudo. Capiatur ol. lil. alb. violati ana vnc.ij. vini vncię iij. ceræ vncia j.s. bulliant ad vini consumptionem, deinde colentur, & fit vnguentum mirabile. Linitio cum atramento scriptorum est optima. Emplastri sinapismi descripti à Mesue, de mente Democriti, capiatur lib.j. ol. scillæ, drach.ij. costi, radicum capparis, euphorbij ana drach.j.s. aggregentur cum aceto, aut vino odorifero, & emplastrentur super locum dolentem. Lauetur caput cum lixiuio facto ex cinere radicis caulis, rad. vrticæ, & vitis albæ domesticæ: fiant clysteria & caputpurgia, masticatoria & gargarismata, & fricetur caput, & prouocetur sternutatio cũ elleboro albo, cyclamine, & pulpa colocynthidis, & cum aliis quæ fiunt in soda frigida.

De phrenesi. *Cap.* VI.

QVando phrenesis pendet à sanguine, phlebotometur primò cephalica, deinde vena frontis: & si aliqua retinetur euacuatio, sicut hæmorrhoidum & menstruorum, vt suprà prouocetur: si à cholera causetur, purgetur decoctione fructuum, vel cum syrupo rosaceo solutiuo & manna, & diaprunis s. aut cassia fistula cum electuario de succo rosarum, vel diaprunis solutiuo, aut infusione rhabarbari & similibus choleram purgantibus. Super frontem autem apponatur oxyrhodinum, id est, aqua ros. cum aceto, aut oleo rosaceo cum aceto & albumine oui, & aqua rosac. similiter, inuicem conquassando. In processu adde aquam betonicæ. Olfaciat decoctionem papaueris albi, & fiant clysteria, & fricationes, & ligaturæ, & ponantur extremitates in aqua calida ante fricationes & ligaturas. Pone sanguisugas in naribus, fiant sternutatoria & gargarismata. Applicanda sunt supra frontem ea quæ sunt dicta in cura sodæ calidæ. Vtendum est subtili diæta, & vino granatorum cum aqua & similibus. Fricandæ sunt volæ manuum, & plantæ pedum cum aceto & sale. Si sunt vigiliæ intensæ, embrocetur

caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

caput ex decocto violarum ſiccarum, cort.papaueris albi,hordei excorticati, ſeminum lactucæ, & rad. mandragoræ an.

De Lethargo. Cap. VII.

DIffert lethargus & catalepſis,ſeu cõgelatio,quia lethargus fit ab humore frigido & humido, & in eo remanent oculi clauſi, Eſt etiam cum lethargo ſubeth, & ſubethicatus, eſt ſine ſenſu & motu,eius tamen anhelitus eſt ſaluus, & in hoc differt ab apoplexia. Catalepſis autem fit ab humoribus frigidis & ſiccis, & in ea oculi remanent aperti. Quapropter in eorum curatione laborandum eſt cum clyſteriis fortiter attrahentibus, contra illud quod debetur in phreneſi. Subtrahenda quoque eſt materia cũ vomitu,& cum ſolutione ventris.Diuertẽda cum fricationibus & ligaturis doloroſis, incipiendo fricare nucham, deinde ſpatulas, deſcendendo ad extremitates. Applicentur ventoſæ inter vtraſque ſpatulas, & prouocentur euacuationes conſuetæ,ſi retineantur,ſicut hæmorrhoides & menſtrua. Adhibeatur regimen debitum,collocãdo ęgrum in camera lucida, in qua fit ſtrepitus & tumultus loquentiũ,vt nõ profundetur in ſomno.Deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſuccurratur accidentib. ſubeth cum eis quæ ſcripta ſunt infrà in capite proprio, & ſubueniatur obliuioni, quia obliuiſcũtur vrinare & bibere, & aliorum, quæ ſunt neceſſaria, ſicut egerendi, loquendi, & huiuſmodi. Eſt etiam ſuccurrendum ſodæ, quam non ſentiunt. Raſo capite patientis applicetur balſamita decocta in aceto, addito ol. roſ. & conuenit etiam in phreneſi. Clyſteria ſunt præſtantiſſima. Thymus, origanum & pulegium coquãtur in aceto, & ſub naribus ponantur. Rutam ac balſamitam ſimiliter impone in naribus: fiant ſternutatoria & gargariſmata, quæ fiunt in ſoda frigida. Acetū ſcilliticum cõquaſſatum cum oleo irino, in quo ſit caſtoreum, confert lethargo ad euigilandum & ſi addantur capilli hominis combuſti, ſunt vltimi. Capilli hominis combuſti triti cum aceto donec fiant ſicut vnguentum, naribus impoſiti, ſunt medicamentum mirabile ad lethargum & ſubeth, quod eſt accidens eius: excitant enim citò à ſomno profundo, & quandoque miſcetur cum eis caſtoreum. Quando lethargia ſit diuturna, Galen. dat quatuor, aut quinque grana caſtorei cum oxymelite. Dantur etiam theriaca, mithridatum, diamuſcus, & conſimilia.

Datur

Datur etiã coſtus. Aloe autẽ nõ debet da ri in lethargia, quia facit augere ſubeth.

De Apoſtematibus quæ fiunt extra craneum ex percuſſione, aut vulne re, in quibus ſoda cauſatur.

Caput VIII.

QVando facta eſt percuſſio aut vulnus ſuper caput, fieri debet phlebotomia diuerſiua, & ventris ſolutio ſecundum exigentiam, quia prohibent fieri apoſtemata. Quando autem incipit apoſtema, fiat hoc emplaſtrum. ℞. roſ. balauſtiorum, lentium, emblicorũ, ſumach, corticum granatorum ana trita & cocta in aqua exprimantur ab aqua tota, & applicentur. Itẽ myrtillorũ, myrrhæ, thuris, tamariſci añ. coque in aceto & applica.

Quando autem ex vulnere cauſatur ſoda, hoc vnguentum ſanat. ℞. aloes, acaciæ, myrtillorum, ſanguinis draconis añ. irrorentur cum aceto, deinde exiccentur, & puluerizata conficiantur cũ oleo roſ. & cera, & fit vnguentũ quod applicatur.

De Subeth & ſomno profundo.

Caput IX.

QVando ſubeth fit à frigore extrinſeco, cura eius fit cũ theriaca, aut mithridato, aut diamuſco. Embrocetur caput

cum aqua decoctionis castorei, pyrethri, & ruta, & vngatur caput cum oleo de been, & de spica nardi cũ castoreo, scilla: & oleo muscellino, aut costino, cum castoreo. Similiter fiant emplastra cum castoreo, scilla & musco.

Quando autem fit à dominio sanguinis, cura est phlebotomia cephalicæ, & saphenæ, & applicatio ventosarum inter vtrasque spatulas: & fiãt clysteria temperata, & subtilietur diæta. Si autem fiat ab humiditate sine materia, curatur cum castoreo, flore squinanthi, costo, nuce cupressi, sauina, euphorbio, pyrethro: & detur cibi sicci, & non embrocetur caput.

Si verò sit à materia phlegmatica, post clystere prouocetur vomitus, quia vt plurimum fit ex phlegmate, quod est in stomacho: & administrentur digestiua, & incisiua phlegmatis, deinde purgetur cũ hieralogodion, vel aliquo aliorum, quæ phlegma adducunt.

Quando autem subeth fit in febribus in principio paroxysmorum, fiant fricationes, & ligentur extremitates, prouocetur sternutatio & odoretur acetum forte, & vngatur caput cum aceto plurimo & agresta, cum pauco oleo rosaceo, & succo granati stiptici. Si autem fiat propter

ꝑter potum narcoticorum, ſicut opij, mā-
dragoræ, iuſquiami, vel cõſimilis, curetur
cum eis quæ illorum remouent nocumē
tum, de quibus infra dicetur. Quando
autem fit à vaporibus, qui eleuantur ab
aliquo membro, cura illud membrum,
deinde applica ſuper frontem ea quæ re-
primunt vapores, ne aſcendant ad cere-
brum, ſicut oxyrhodinum, aut parū olei
roſacei cum aceto plurimo, ne oleum
dormire faciat: deinde applicentur cum
eis reſolutiua, ſicut eſt aqua betonicæ, &
huiuſmodi. Et applicentur naribus iſta
quæ excitant, & vigilare faciunt, ſicut ca-
pilli hominis combuſti, liniti cum aceto,
& alia de quibus dictum eſt in capite de
Lethargo.

De vigilijs & Sahara Cap. x.

SI fiant à materia, curentur ſicut ſoda,
eam purgando, facta debita digeſtio-
ne. Si autem à mala complexione ſine
materia, curentur cū alterantibus ad op-
poſitum, & detur diacodyon, vel ſyrup. de
papauere, aut emulſio ſeminum papaue-
ris hora dormitionis: nec fiat tranſitus
ad alia narcotica, niſi vrgente neceſſitate.
Fiant embrocæ capiti, & lotiones tibia-
rium cum decoctione capitum papaueris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

albi, cum florib. violarum, folijs salicis, & vitis albæ domesticæ. Confert inungere nares interius cum oleo nenufarino: frontem quoque & tempora, & volas manuum, & plantas pedum, & pulsus brachiorum cum vnguento populeonis. Fiant caput purgia cum oleo violato & lacte mulieris. Confert olfacere spongiã somniferam descriptã à Nicol. in Antid. Balsamita pulverizata aspersa supra caput prouocat somnum suauem.

Suffumigium prouocans somnum in sahara.
R. Rosarum, violarum, foliorum salicis ana. vnc. j. santalorum vnc. s. florum nenufar. vnc. iij. cort. papaueris drac. vij. ponantur in ampulla vitrea cum aqua rosacea, & bulliant ad consumptionem tertiæ partis, orificio obturato, deinde orificio aperto trahat odores.

De defectu memoriæ & aliorum sensuum. Cap. XI.

DEfectus, seu diminutio memoriæ, & etiã aliorum sensuum, significat frigiditatem: permutatio autem caliditatẽ. Aut enim diminutio memoriæ fit ab humiditate, tunc patiens dormit, & exit multa humiditas per nares & palatum, & sentitur capitis grauedo. Aut fit à

siccita

ſiccitate ſuperflua (quia licet memoria ſicco moderato perficiatur: ſuperflua tamen ſiccitas minuit, aut deſtruit ipſam) quia omnis immoderata dyſcraſia deiicit actum propriæ virtutis, & tunc ſunt ſigna oppoſita prædictis. Et in eius curatione vtendum eſt humectantibus, ſicut quando fit ab humiditate ſuperflua, curanda eſt cum exiccantibus. Quando autem medio modo ſe habet, tunc temperatis vtendum eſt. Quam verò fit ab humiditate ſuperflua, adminiſtrandæ ſunt primò vniuerſales euacuationes, ſicut dictum eſt de ſoda frigida, deinde purgari debet cerebrum particulariter, cum ſuprà dictis in eodem capite de Soda & lethargo.

Electuarium quando memoria eſt diminuta, ratione ſuperfluæ humiditatis. ℞. mellis chebulorum lib.j.piperis longi drach. iij. ſ. olibani maſculi vnc. j. puluerizatis puluerizandis fiat electuarium in forma opiatæ, aromatizetur cum drach. iij.galliæ muſchatæ,& drach. ſ. muſci. Capiantur ex eo omni mane drac.ij.vel circa: eſt enim optimum, memoriã reparans. Cõfectio anacardina eſt optima, dãdo drac. ſ. vel ſcrup.ij.pro vice, & gingiber cõditum ſumptum mane confert memoriæ.

Dixit

Dixit Iudæus: Dare triginta diebus continuis de Theodoricon dauic vnum, est res mirabilis pro memoria: dauic autem est pondus octo granorum hordei. Comestio sinapis, & vngere cerebrum posterius ex sinapi & castoreo, & gargarizare gargarismata attrahentia, confert ad memoriam.

Puluis tabir ad memoriam. R. Thuris masculi drach. xxx. piperis drach. decem. fiat puluis, detur omni die aureus vnus in mane per quadraginta dies.

Electuarium ad memoriam. R. Thuris drach. xxxxx. piperis mellis, anacardi ana drach. x. acori, cyperi, myrobalanorum Indorum ana drach. x. mellis ad duplum omnium. detur drach. j. in mane. Olibanum cum pipere est efficacissimum, similiter & acorus conditus.

Linimentum. R. Olei sambucini vnc. j. olei de ben vnc. ij. euphorbij drach. j. castorei drach. s. ceræ q. s. fiat linimentum. vngatur posterior pars capitis calido: cōfert enim pro bonitate memoriæ.

Fricare dentes cum radicibus nucis omnibus quinq; diebus semel, clarificat intellectũ, & omnes sensus acuit, & in eis facit augmentũ. Cyperus & mora rubi similiter assumpta. Lapis amethystus gesta

tus

tus, bonũ confert intellectum, & vigilem facit, & malas reprimit cogitationes. Ruffus ait, quòd cùm accidit obliuio corpori ſano, prognoſticatur futuram epilepſiam.

De his quæ præſeruent ab ebrietate, & quæ ebrios curant, & quæ citò inebriant. Cap. XII.

COmedere quinque aut ſex amygdalas in ieiuno præſeruat. Hedera coronatus non inebriatur. Ruta, amygdalæ amaræ excorticatę, & ſemen caulium, abſinthium, ſal napticus, ammios, pulmo ouis comeſtus, & lapis amethyſtus geſtatus, omnia hæc ab ebrietate præſeruant. Puluis hirundinum combuſtarum in æternum non ſinit inebriari.

Syrupus tardans ebrietatem. R. Succi caulium alborum, ſucci granatorum auſterorum ana vnc. ij. aceti vnc. j. bulliant ſimul aliquibus bullitionibus, & detur vnc. j. antequam bibatur vinum.

Detur ebrio aqua & acetum, aut lac acetoſum, vel cibus ex lacte & farina hordei cum aceto. Lactucæ remouent ebrietatem, & odor caphuræ, & ſantalorum. Super caput ponantur repercuſſiua, ſicut oleum roſaceum cum aceto.

Qui autem vult citò inebriari ſine no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cumento, infundatur in vino vsneæ, aut ligni aloes Indi, aut coquantur cort. mãdragoræ, donec rubeat decoctio, & lymphetur vinum ex ea.

De melancholia & mania.

Cap. XIII.

SI melancholia sit sanguinea, phlebotoma primò de vena nigra, deinde ex basilica, in mania vero è contra, & post istas de saphenis, & si ahhuc oportet, fac de vena quæ currit ad pollicem pedis. Si videris in ea plenitudinem, maximè in retentione menstruorum, vel hæmorrhoidum, & si pręmissæ non contulerint, fiant de vena frontis. In omnibus autem fiat phlebotomia lati orificij, quia sanguis melancholicus est crassus, aduertendo tamen semper ad virtutem, si tolerare possit, sine euidenti nocumento. Ponantur sanguisugæ in naribus, & prouocetur sanguis de naribus cum eis, quæ suo loco dicentur. Confert enim in omni permistione rationis secundum Gal. 3. de Locis affect. cap. 7.

Quum totum corpus melancholicum habet sanguinem, initium à phlebotomia docemur facere. Si autem sanguinis repletio esset in solo capite, fac de cephalica eius partis quæ grauior est. Si fuerit

a bund

abundantia sanguinis propter oppilationem, quæ est in hepate, fiat de saluatella dextra: & si in splene, fac de sinistra: & si in vtroque, fac nunc de vna, nunc autem de alia. Apertio varicum quando sunt plenæ, & venarum pedum, quando etiam plenæ sunt, confert: & prouocatio menstruorum & hæmorrhoidum, si retinentur. Quando autem melancholia fit ab humore adusto post digestionem purgetur, & non semel, nec subitò, nec laboriosè, sed paulatim cum eis quæ mediocritatem non excedunt, & non sit solutiuum spoliatum à lenitiuo & humectante, hoc enim operationem beatificat. Dentur etiam clysteria primò leuia, deinde fortiora, & si communicet stomachus, prouocetur vomitus. Sit omne studium in lætificando infirmum, tam in cibo & potu, quàm in auditu rerum delectabilium, & pollicitationibus eorum quæ desiderat, & aspectu ludorum distrahentium, & huiusmodi.

Syrupus conferens maniæ & melancholiæ ex adustione choleræ citrinæ. R. Succi buglossæ, succi borag. ana libr. ij. succi pomorũ dulcium redolentiũ lib. iij. folliculorum senę vnc. iiij. croci drac. ij. sacch. finissimi libr. iij. infundatur sena in succis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

per diem & noctem post contritionem ipsius, deinde ebulliant vna aut duabus ebullitionibus: deinde cum saccharo fiat syrupus secundum artem. Crocus autem confricetur in panno in eius decoctione. Dosis eius est vnc.ij. vel vnc. iij. cum aqua bugl.aut fumiterræ, aut vtriusque, aut aqua lactis.

Alius syrupus ex Gal. Submergatur lib.j. folliculorum senæ in cado vno musti albi, & dimittatur per sex menses, & detur de eo omni mane vnc.j.s.aut vnc. ij. cum aqua buglossæ: mundificat enim cerebrum, & clarificat sensus, & generat gaudium, & cõfert patientibus maniam & melancholiam mirabiliter.

Aliud. R. Myrobalanorum Indorum, chebulorum, emblicorum, & bellíricorum, ana partes æquales, epithymi partes duas, hieræ picræ partem mediã: trita & cribellata conficiantur cum melle emblicorum, aut chebulorum. Dosis eius est drach.ij.aut drach.iij. omni mane, facit reiuuenescere, & generat gaudium, & euacuat paulatim, & est hiera de epithymo.

Rhasis 1. Cont. facit hãc decoctionem cum aqua, qua multos se sanasse testatur. R. passularum vnc.iij. senæ, epith. myrob.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ind.ana vnc.ij.elleb.nig.drach. vj. menthast.alb.sem.cicutę,rad.vitis alb.anabulæ (& est species tithym.) basiliconis ana drach.x.aquæ lib.x.confusis confundendis fiat decoctio secundum artem ad cõsumptionem duarum partiũ, postea coletur,& dentur de ea vnc.iij.vel circa pro vice in aurora.

Electuarium lætificans descriptione filij Zachariæ, descriptum à Mesue in cap. de Melancholia, est optimum. Electuarium Rasis, vbi suprà ad melancholiam. R. epithymi,polypodij ana drach.v.lapidis Armeni abluti secundũ artẽ, cort. myrobalanorũ belliricorum & emblicorũ,hyssopi,ellebori nigri ana drac.iij.chebulorũ drach.vij.agarici,stœchados ana drac.x.salis Indi,pulpæ colocynthidis ana drach. iiij.turbith drach.xx.trita & cribellata conficiantur cum melle, vel oxymelle, & detur de eo secundũ patientis virtutem. Isaac dixit: Quando quis cogitat præter solitũ,bibat syrupũ acetosum cũ epithymo. Buglossa in vino posita facit lætitiã. Fiunt in casu isto embrocationes supra caput cum humectãtibus,& leuiter calefaciẽtibus, aut infrigidantib. sicut cum decoctione pedum castrati iuuenis,& capitũ hœdorum quinquies in die, aliquãdo cum lacte, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

oleo lactucæ, & oleo chamæmillæ, aliquando cum decoctione capitum papaueris, chamæmillæ, seminum lactucæ ana. & facit eos dormire.

Melancholici debent euitare etiam vrinam prouocantia, quia per ea educitur subtile, & remanet crassum.

Quando autem melancholia fit à sple ne, vel myrach, signa sunt eructatio acetosa, abundantia sputi humidi, ardor sub hypochõdriis, rugitus vna hora post comestionem, & aliquando dolor in ventre, qui non quiescit, donec cibus à stomacho descendat. Quando exercitatur, euomit cibum in eadem quãtitate, quam sumpsit, simul etiam phlegma acetosum cõgelans dentes & humores acutos cum aliis speciebus phlegmatis. Iungitur etiam egestio phlegmatica, & inflammatio in myrach, & quiescit dolor post vomitum. Quando à splene, est multitudo appetitus, propter effusionem melancholiæ ad stomachum, pauca digestio, multitudo rugitus lateris sinistri, inflammatio splenis, & repletio vehemens. In myrachia est grauitas in myrach, & eius attractio ad superiora, nausea inseparabilis, malitia materiæ, dolor in stomacho, & inter vtrasque spatulas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

In cura myrachiæ debet infrigidari hepar, & purgari humor melancholicus cum laxatiuis per inferiora. Resoluatur ventositas, & si sentitur acetositas in stomacho, prouocetur vomitus ante cibum, & dentur cibaria dulcia & pinguia, & iteretur purgatio humoris melancholici. Attendendum est spleni & myrach, vt post ipsorum mundificationem ab humoribus corruptis, qui sunt in eis, prohibeatur ascensus vaporum ad cerebrũ, propriè cum ventosis & emplastris rubificantibus, vel cauteriis, super regione splenis & myrach, & cũ clysteriis & prouocatione hæmorrhoidum, vel menstruorum, si retineantur præter consuetum, & phlebotomia saphenæ, & venæ pollicis pedis. Deinde confortare oportet splenem, & myrach, stomachum & cerebrum. Myrachia purgatur cum aloe, epithymo, & succo absinthij. Rhasis vbi suprà dicit: Qui potest sustinere potum vini, nõ eget alia medicina. Emplastrum ex sinapi supra ventrem est magni iuuamenti in myrachia, & eradicat dolores ab inflationibus.

Ad inquietudinem, cogitationẽ, cum tremore cordis, & interpolata mentis ablatione in muliere alba, constricta carnis quadragenaria.

R.Buglossæ exiccatæ, foliorum citri, rosarum rub. fol. ocimi, capillorum veneris, caryophyllorum ana vnc.j. granorum pomorum acetosorum drach. iij. mandragoræ, tortellarum de seni, setæ crudæ minutissimè incisæ, lapidis lazuli contriti & abluti secundum artem, nucis muschatæ, zedoariæ, been albi & rubei, doronici, spodij, santalorum alborum & rubeorum, margaritarum, coralorum rub: berberis, mastichis, xyloaloes boni & crudi, thuris masculi ana scrup.j. gr.vj.s. aquæ fontis libr. iiij. s. trita coquantur, donec consumantur duæ partes, postea colentur, confricando, & manibus comprimendo, & colaturæ addantur, vini albi optimi odoris, mellis puri optimè despumati ana libr. iij. & iterum coquantur lento igne sine fumo & flamma, vsque ad formam debitam syrupi bene cocti, & bibantur quatuor septimanis omni mane vnc.ij. vel circa, aromatizãdo cum drach.j. boni musci.

Ad cogitationem, tristitiam, debilitatem, & angustiam, maximè in delitioso & debili corpore. R. Seminis ocimi, buglossæ siccæ, foliorum menthæ siccorum, lapidis lazuli triti & abluti secundum artem, serici combustæ ana drach.v. mastichis, spicæ

cæ nardi, myro bal. Indorum, epithymi, cinnamomi electi, thuris masculi, zedoriæ, doronici, been albi & rubri, folij, caryophyllorum, cardamomi, vsneæ, castorei, liquiritiæ excorticatæ, croci, seminis iusquiami albi, mandragoræ, seminis lactucæ, ligni aloes boni, pæoniæ, rhabarbari electi, sem. harmel, nucis muscatæ, siliquæ, darsi sanguinis, seminis agni casti, sem. coriandri præparati ana drach. ij. s. limaturæ argenti drach. ij. limaturæ auri, caphuræ ana drach. s. rosarum rubearum, spodij ana drach. iij. s. musci scrup. ij. trita & cribellata liniantur cum drach. ij. olei balsami, & drach. s. olei rosacei, & adiungatur eis tantum sacchari triti & cribellati quantũ sunt omnes medicinæ, & conficiatur totum cum miua, & reponatur in vase interius vitreato per sex menses, & post illud tempus sit eius vsus quãtitas auellanę omni die in mane duabus aut tribus horis ante cibum.

Ad inquietudinem, secum locutionem & syluestritatem quasi desperatam. R. karabæ, anisi, diagridij, corali combusti, xyloaloes puri, sem. coriandri præparati sicci, margaritarum, foliorum rosarum, spodij, mastichis ana drach. iij. myrobal. Indorum, chebulorum & citrinorũ ana

drach.x.turbith albi & gummosi drach.j.
s.agarici albi drach.viij.zedoariæ,doro-
nici drach. ij. sacch. finissimi ad pondus
omnium. Triturentur omnia, & debitè
misceantur, & de hoc puluere dentur
drach.v.pro vice cum aqua buglossę die
bus multis in mane. Cibi eius sint cibi
alterati cũ aqua rosacea, vel cum syrupo
de myrto, vel syrupo de rosis recentibus.

Ad anxietatem, humectationem, ileon, colicam, epilepsiam & melancholiam, pro filio regis, inquit Gal. R. Corticum myrobalanorum chebulorum, emblicorum, & belliricorum ana. vnc.iij. contundantur grosso modo, & coquantur in lib.x.aquę, donec cõsumantur tres quartęc:oletur & proiiciatur dicta colatura paulatim supra dictos myrobalanos positos in vase exposito vento Septentrionali, & superaspergatur, donec imbibatur ab eis dicta aqua, & post exiccationem puluerizentur subtilissimè, & cribellentur, & liniatur cum oleo amygdalarum dulcium recenti, deinde addantur turbith gũmosi drac. xxx. bdellij, ligni aloes, seminis ameos, granorum iuniperi, cinnamomi, asari, fumiterræ, radicis pæoniæ ana. drach. iiij. trita & cribellata conficiantur cum melle origanali despumato: dosis est omni

die

die drach.ij.cum aqua menthæ.

Ad cogitationem & timorem in viro regio septuagenario. R. Diatrionpipereon, sem.pæoniæ, galangæ, gingiberis, spicæ Indæ & Romanæ, leuistici, cinnamomi maioris odoriferi, cort. citri siccorũ ana. vnc.j.been albi & rubei, zedoariæ, doronici, ameos, liquiritiæ, margaritarum, karabæ, coraliorum, lapidis lazuli abluti secundum artem, sandarachæ, croci, nucis muschatæ, aristolochiæ longæ, seminis apij, portulacæ & coriandri, setæ crudæ minutissimè incisæ ana. vnc. j. s. macis, santal. rubeorum, galliæ muscatæ, muschi ana. drach. ij. trita & cribellata cõficiantur cum melle despumato, prius linita cum vnc. ij ol. amygdalarum dulcium recentis: dosis eius est omni mane drach. ij. & est magna medicina ad præmissa.

Ad tristes & timidos. R. rad.aristolochiæ rotundæ, caryophyllorum, ligni aleos ana.drach.iiij. trita & cribellata conficiantur cum syrupo facto ex melle, & aqua maioranæ inuicem coctis, & dentur drach.iij.pro vice.

Ad eos qui de nocte loquuntur. Dentur drach. ij. abrotani dissoluti cum aceto eunti dormitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Lapis chryſolithus geſtatus fugat ſtultitiam, & inducit ſapientiam. Lapis berillus confert ad bonum faciendum intellectum, & reprimit malas cogitationes geſtatus. Lapis chelidonius dextro brachio alligatus, in panno mundo inuolutus, ſanat lunaticos, & inſanos, & languidos, & facit amabiles, iocundos & idoneos, ille ſcilicet qui eſt rufus. Niger autem chelidonius geſtatus optimum finem imponit ad omnes iras regum, & dominorum, & omnibus placidum reddit. Lapis chalcedonius geſtatus valet contra phantaſticas illuſiones ex melancholia, & virtutem corporis conſeruat. Lapis ex ebeno, quo aurifabri limpidant aurum, geſtatus & potatus, amentes ſanat. Enula comeſta aufert triſtitiam & iram.

De Vertigine & ſcotomia. *Cap.* XIIII.

SI fiat à materia ſanguinea, phlebotometur primò baſilica, aut media, deinde cephalica, poſtremò vena non pulſatilis poſt aurem, vel ambæ. Plurimi verò ſanant phlebotomando arterias quæ ſunt poſt aures ex tertio de Locis affectis, cap. 8. tenendo eas apertas. Videndum etiam, ſi aliqua conſuetarum euacuationum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

uationum retineatur, ſicut hæmorrhoidum, aut menſtruorum, vt prouocetur. Reprimentia humida ſuper caput ponantur, ſicut ol. roſ. cum aceto, ſeu aqua roſ. & acetum cum albo oui inuicem conquaſſatis.

Si fiat à cholera, curetur ſicut ſoda cholerica. Si fiat à phlegmate, cum hiera, cocchiis, & infuſionibus. Si à ſtomacho, curetur vomitu cum oxymelite & pipere, aut cum raphano, aut cum ſinapi. Conferũt hieralogodion, & hiera Archigenis, vel Theodoricon & hiera Gal. Quando autem fit à cholera & phlegmate, R. hieræ picræ drach. x. agarici, epithymi ana. drac. iiij. myrobalanorum chebulorum, emblicorum, Indorum, & bellíricorum, ſtœchados ana. drach. iij. trita & cribellata conficiantur cum oxymelite. Doſis eius eſt drach. ij. aut drach. iij. cum aqua betonicæ aut alia virtualiter calida.

Si fiat à phlegmate & melãcholia, purgetur cũ his quæ ipſos humores purgãt.

Si à vaporibus fœtidis, curetur cum contrariis redolentibus: fiant clyſteria & diuerſiones cum fricationibus & ligaturis doloroſis, & cum ventoſis diuertentibus ſcarificatis, vel non, ſecundum exigentiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De Incubo. Cap. XV.

INcubus est, vt sentiat patiens rem ponderosam super eum comprimẽtem, & quasi suffocãtem in somno, & prohibentem ipsum clamare. Quando perseuerat, perducit ad epilepsiam, aut paralysim, aut apoplexiam.

Cura eius fit per phlebotomiam & solutionem ventris.

Pilulæ meliores omni alia re. R. Diagridij drach. iiij. ellebori nigri drach. ij. nitri, euphorbij ana. drac. s. bdellij, aloes hepaticæ ana. drac. j. confice cum syr. de stœchade, detur pueris scrup. j. prouectis verò scrup. ij. vel drach. j. vel circa. Conuenit etiam hiera Ruffi. Auicenna. R. euphorbij drach. j. scammoneæ scrup. j. pulpæ colocynthidis quartam partem vnius drac. seminis anisi g. xij. fac pilulas cum syr. de stœchade vt suprà.

De Epilepsia. Cap. XVI.

EPilepsia accidit vel à cerebro, vel à stomacho, à matrice, à vermibus, vel ab aliquo vapore malo ascendente ad cerebrum, eleuato ab aliquo membro determinato.

Signa epilepsiæ à cerebro sunt, grauitas capitis, vertigo, & oculorum obscuritas, & tumor, aurium tinnitus, & in motu

linguæ

linguę grauitas, croceitas faciei, & loquelæ impedimentũ, timor & pauor. Signa eius quæ fit à stomacho, sonitus, iectigatio & morsura in stomacho cum abominatione, & aliquando euomunt quando esuriunt, & in fine paroxysmi aliquando emittũt sperma inuoluntariè, aut fæces, & clamant antequam cadant. Quando prouenit à matrice, sunt signa passionũ matricis, ex retentione menstruorũ, &c. Si fiat à vermibus sunt signa vermiũ. Cũ fit à vapore eleuato ab aliquo particulari mẽbro ad cerebrũ, sẽtitur manifestè motus vaporis in eo mẽbro à quo eleuatur.

Si vis experiri an aliquis sit epilepticus, pone myrrhã puluerizatam naribus eius, & suffumigetur cornu caprino, & cadet statim. Aut suffumigetur ex pice. Comestio hepatis hirci, & olfacere ipsum, statim facit cadere. Vide pariter vtrum venæ quæ sunt sub lingua sunt virides.

Summa curationis est prohibere ascẽsum vaporum ad cerebrum, & reddere ipsum immune à superfluitatibus, & rectificare membra mandantia, & mundificare primo totum, deinde particulariter cerebrum, secundum quod dictum est suprà in cap. vniuersali de Soda, & cum aliis quæ infrà dicentur.

Cura

Cura autem eius quæ fit à stomacho, est purgare stomachum cum aloe & hiera:& prouocare vomitum,& ponere ventosas sub hypochōdriis, & rectificare,& confortare stomachum. Si fiat à matrice, curentur passiones matricis. Si à vermibus, curatione vermium, quæ omnia suo loco dicentur.

Illa autem quæ fit à vapore determinatæ partis, cura est, purgare sæpe cum cocchiis:& super membrum à quo vapor eleuatur, ponatur emplastrum de sinapi, pipere, euphorbio, & melle anacardi: dimittatur, donec locus vesicetur, deinde curentur vesicationes. Aut fiat ruptoriū, quod applicetur super illa parte membri, à quo vapor eleuatur,& teneatur orificium apertum longo tempore,& quando sentitur vapor in membro mittente moueri, debet statim ligari membrum in parte superiori, tunc prohibetur paroxysmus. Rhasis authoritate Theodosij facit hoc vnguentum. R. Ceræ drach. vij. thapsiæ drach. ij. castorei drac. iij. euphorbij drach. j. ol. q. s. fiat vnguentum, quo calido vnguatur membrum mittens, vel ipsum caput, si ægritudo sit in eo.

In epilepsia debet primo materia digeri, deinde purgari. Digestio fit cum

oxymelle,

oxymelle, vel aceto ſcillitico, ſyrupo de hyſſopo, decoctione hyſſopi, tam hortulanæ quàm montanæ, acori, ſtœchados, origani, ſyr. de ſtœchade, & cõſimilibus. In ſanguine verò euacuatio fit per phlebotomiam ſaphenæ, & prouocationem hæmorrhoidum vel menſtruorum, ſi retineantur. Si autem materia non ſit ſanguinea, purgetur cum hieris magnis, & cum enematibus & ſuppoſitoriis, & aliis, de quibus infrà: prius tamen ordinando regimen victus in ſex rebus non naturalibus. Fiant gargariſmata, ſternutatoria, maſticatoria, frictiones, ligaturæ extremitatum, ventoſationes, appoſitiones emplaſtrorum rubificantium propriè ſuper membra mandantia.

Medicamentum quod ſanat omnem ſpeciem epilepſiæ. ℞. Seſeleos, ſtœchados, pyrethri ana. drach. x. agarici albi drach. v. anethi, carui, aſſæ fœtidæ, ariſtol. rot. ana. drach. j.s. trita & cribellata conficiantur cũ melle optimè deſpumato. fiat electuarium in forma opiatæ, de quo detur omni mane quantitas auellanæ pro vice, ante cibum per duas horas, inuoluendo in hoſtia vel nebula madefacta in vino.

Aliud nobiliſſimum ad epilepſiam & paralyſim, laxat humores viſcidos, quo vſus eſt

Galenus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Galenus in lib. Experimentorum, & est ex medicinis gereon nimis bona. R. Agarici albi, absinthij, colocynthidis ana. drac. j. anisi, mastichis, ligni aloes ana. drach. ij. acori, ammoniaci, serapini, assæ fœtidæ, rad. lilij cœlestis ana. drach. j. s. trita & cribellata conficiantur cum syr. facto ex decoctione vtriusque aristolochiæ melle & anisi s. q. inuicem debitè coctis, fiat electuariũ in for. opiatæ. Dosis est vt suprà.

Medicamentum aduenæ Aegyptiaci ad epilepsiam expertißimum ad anhelosos & tussientes. R. hyssopi, ireos, myrrhæ, piperis nigri & longi, nasturtij, cardamomi, carui ana. drac. ij. spicæ nardi, costi, ameos, ana. drach. j. trita & cribellata conficiantur cum syrupo facto ex melle & decoctione squinanthi inuicem mistis, fiat electuarium in forma opiatæ. Eius dosis est drach. ij. vel iij. & est vltimum.

Aliud valde bonum. R. pyrethri, costi, stœchados ana. drach. x. agarici albi drac. vj. carui, seminis anethi, assæ fœtidæ, aristol. rot. ana. drach. ij. s. succi scillæ, mellis puri ana. vnc. xiiij. coquatur mel & succus ad succi cõsumptionem, deinde adde reliqua trita & cribellata, & fiat electuarium. Eius dosis est vt supra per tres horas ante prandium.

Valet

Valet milui puluis combusti in olla, aut eius hepar combustum in potu. Succus maluæ campestris potus cõfert. Coagulum leporis oleo humectatum, & in pilulas redactum, sumatur vna pilula solum. Pyrethrum pulverizatum cum melle conditum, omni die sumptum in xj. diebus curat. Vngulæ equorum combustæ bibitæ sanant epilepticos. Decoctio granorum balsami & squinanthi bibita, sanat epilepsiam, & eum qui habet humores crassos. Hepar muris assatum in defectu lunæ occisi exhibeatur. Fimus ciconiæ cum aqua potus, curat epilepticum. Vrtica cum vino pota confert. Hepar asini, & cerebrum leporis à ieiuno comestum. Oxymel sciliticum, & theriaca. Sanguis nemoreæ testudinis bibitus, & folia pentaphylli 30 diebus accepta, omni mane vnum, sanat. Puluis ex castoreo, opopanaco, antimonio, & sanguine draconis datus, absque dubio sanat epilepticum etiam ex longo tempore, statim pòst bibendo parum aquæ hyssopi. Solum antimonium cum castoreo idem facit: datur puluis in hostia madefacta in vino. Puluis cranei humani exhibitus sanat epilepsiam, maris masculum, fœminæ fœminam. Viscum quercinum porta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tum & etiam bibitum præſeruat & curat. Radix bryoniæ trita, & circa collum ligã ta, tollit epilepſiam, & ſpaſmum ſanat. Similiter cinis talpæ in olla combuſtæ potus, & cingulum de corio lupi portatum prçſeruat. Ariſtolochia rot. euphorbium, caſtoreum, ſulphur viuum, coque cum petroleo, vel oleo muſcellino, vel de caſtoreo, & inunge ſpinam dorſi à collo inferius. Sumere ſingulo die drach. iij. vngulæ aſini combuſtæ puluerizatæ in potu cum vino, curat epilepticum. Peoniæ tam rad. quàm ſemen ſiue portata ſiue bibita, magna eſt medicina, & datur cum aqua mellis aut hyſſopi. Comeſta etiam cõuenit, item in gargariſmatibus, in caputpurgiis, in naribus quoque inſufflando, & continuè odorando eius puluerem. In gargariſmo ponitur cum oxymelle. Et vt vno verbo dicam, omnibus modis adminiſtrata optimum eſt medicamentum, & mirabile. Semen ſumptum cum melle roſaceo ſingulis diebus exhibitum ſanat. Cornu cerui ſimiliter datum ſanat. Lapis Chelidonius rufus brachio ſiniſtro appenſus & geſtatus, præſeruat ab epilepſia, & ſanat. Lapis hoc modo accipitur. Capiatur primus pullus hirundinis in augmento lunç in nido, &

ſcindatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſcindatur eius venter, & duo inuenientur lapides, vnus rufus & alius niger, aut diuerſorum colorum. Ligetur rufus in panno mundo, aut in corio vituli, aut cerui, & appendatur brachio ſiniſtro, curat, & eſt expertum. Corallus collo appenſus à proprietate præſeruat. Pyrethrũ collo appẽſum, aut naribus inſufflatum, ſanat epilepticum. Callitrichi ſuccum infunde in nares. Nigellam & puluerem ireos cum pauco oleo antiquo diſſolue, vel ſucco betæ albæ, & vnge nares inferius. Gal. in Experimentis teſtatur ſe curaſſe epilepticos decoctione hyſſopi, aſari, & vtriuſque ariſtolochiæ. Raſis primo Continentis, dat cochleare pyrethri ſubtiliſſimè triti cum cohleari mellis, xj vicibus, interpolatis vicibus.

Sternutatorium optimum excitans epilepticum. R. Euphorbij, pulpæ colocynthidis, ſtœchados ana fiat puluis ſubtiliſſimus, dequo parum in naribus inſuffletur. Succus cyclaminis per nares attractus optimum eſt caputpurgium. Odor galbani citò facit euadere à paroxyſmo: Odor etiam rutæ. Gummi rutæ agreſtis (cuius loco pone tithymallum) cum aceto & farina hordei miſce, & frica nares. Fumus blactæ byzantiæ excitat à paro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

xyſmo epilepticum. Sinapi tritum & naribus inſufflatum facit ſternutare, & excitat epilepticum. Suffumigium ex aſſa fœtida excitat à paroxyſmo, & aſſumpta pr§ ſeruat.

Maſticatorium optimum. R. pyrethri drac. j. ſinapis drac. j. s. ſtaphiſagriæ drac. ij. ſalis ammoniaci drac. s. miſceantur cũ partibus conuenientibus maſtichis & ceræ, & fiant formę ſimiles fabis aut auellanæ, & teneatur vna in ore leuiter maſticando, & continuè expuendo ſaliuam mane quando ſurgit à lecto. Facit enim ſputum mirabiliter fluere, & cerebrum mundificat.

Pueris epilepticis detur ſyr. acetoſus, deinde purgẽtur leuiter, poſtea exhibeatur omni die ſcilla hoc modo præparata. Incidatur ſcilla viridis in fruſta, ponatur cum melle in vaſe, obturato orificio cum argilla, exponatur ſoli per quadraginta dies, mouendo omni tertio die, & non tangatur ab aere Septentrionali, ſed ad Meridiem exponatur. Deinde coquatur, & coletur. De hac colatura detur paruum cochleare pueris, adultis verò magnum omni die: liberat in quadraginta diebus. Vſus filipendulæ valet multum. Succus fœnigræci agreſtis datus in cochleari, li-

ber

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

berat pueros ab epilepsia, & expellit vermes. Bullita etiam herba ipsa in patella cum oleo de semine lini, super vmbilicum ligata, vermes expellit, & curat epilepticum causa vermium.

Epilepsia, quæ dicitur mater puerorũ, est spasmus cum febre acuta, arida & sicca, in qua vrina apparet alba. Cura est vt balneetur in aqua decenter calida, embrocetur eorum caput cum lacte, & ponatur in naribus eorum oleum violarum amygdalarum, & cucurbitæ, & lac mulieris fœmellam lactantis, & non debet dimitti pars anterior capitis sine oleo violaceo, & lacte. Emplastretur collũ & spõdyli eius ex bismalua, oleo violato & farina seminis lini calefecta posita desuper. Quando infrigidatur emplastrum, renouetur: aut remoueatur, & eius loco inungatur locus oleo tepido, reiterando ibidem emplastrum calefactum. Quòd si exiccetur, irroretur cum aqua decoctionis maluarum. Dentur nutrici & puero ea, quæ dantur in febribus acutis. Flores violarum bibiti cum aqua, & aqua destillationis vel decoctionis florum violarũ bibita conferunt à proprietate epilepsiæ puerorum, & propiè illi, quæ dicitur mater puerorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De Apoplexia Cap. XVII.

CVra apoplexiæ proxima est curationi epilepsiæ: verum opus est festinare. Si sit à sanguine, phlebotomia ambarũ cephalicarum cõuenit: fricationes quoq; fortes per vniuersum corpus, trahendo ad inferiora: ligaturæ etiam dolorosæ, sæpius solutæ & repetitæ. Conueniunt clysteria fortia, & omni studio laborandum est materiã ad inferiora diuertere.

Si autem à phlegmate fiat, curetur sicut soda & epilepsia phlegmatica, cum sternutatoriis, caput purgiis, & reliquis. Emplastretur principium spinalis medullæ, hoc emplastro: R. Sinapis, castorei, sagapeni, euphorbij ana. fac emplastrum cum vino albo. Hæc etiam conueniunt in potu, excepto vino. Fricentur volæ manuum cum sulphure dissoluto in oleo calido, & aspergatur super caput oleum rosaceum, in quo coctum sit pyrethrum. Odoret castoreum, opopanacũ, & galbanum. Prouocetur vomitus cum penna oleo inuncta, gutturi immissa.

Si apoplecticus spumat multum, non sanatur. Qui moriuntur ex hac ægritudine, non debent nisi post triduum sepeliri, neque alij qui suffocantur subito: sicut accidit in præfocatione matricis, & simili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

similibus. In talibus enim calor ille paucus, qui omnino videtur extinctus, potest euentari & manuteneri per aerem, qui per solas cutis porositates attrahitur, nullo anhelitu percepto, vt dicit Gale. 6 de Locis affect. de præfocatione matricis. Aliqui ponunt cottum carminatum super os & nares, ad videndum si aliquis sit motus anhelitus. Alij ponunt cyathum aqua plenum super stomachum, respiciendo si moueatur. Etiam nullo motu apparente, potest patiens viuere, sicut iam dictum est: sicut accidit animalibus accubantibus in cauernis tempore hyemis, vt vrsi, & mures montani, qui degunt tres menses sine cibo, veluti mortui: adueniente postea vere reuiuiscunt. Cur verò tales non debeant ante triduum sepeliri, triplex est causa. Prima est, quia si aliquid insit vitæ, quod virtute humorum debeat manifestari, cum humor qui tardius cæteris mouetur, sicut humor melancholicus, in triduo moueatur, sequetur quòd intra triduum manifestabitur: & hæc est ratio medicinalis. Secunda ratio astrologorum, quia luna velocius mota in tribus diebus potest peruenire ad aspectum sextilem, qui est aspectus latentis amicitiæ. Tunc si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aliquid insit vitæ, quod ratione astrorum debeat manifestari intra illud tempus apparebit. Tertia ratio naturalis est: quia intra illud tempus facilè cognosci poterit ex coloris mutatione, aut fœtore &c. Fuerunt plerunque tam viri quàm mulieres, qui sepulti viui in sepulchris reperti sunt, aut sedentes, facie lacerata cum vnguibus, & euulsis capillis. Bonum est igitur eos tenere per triduum, antequàm sepeliantur.

De Paralysi, *Cap.* XVIII.

TAm Paralysis, quàm aliæ neruorum ægritudines, aut sunt à mala temperie nuda, cuius cura est alteratio pura ad oppositum: Aut ab intemperie cum materia. Primò tunc materia est euacuāda, deinde intemperies corrigenda, tandem ea sunt administranda, quæ neruos roborant aut confortant. Aut fiunt à solutione continui, à percussione scilicet, aut vulnere, aut casu, de quibus suo loco.

Signum quando fit ab humiditate, est, quia accidit subito. Cùm fit à siccitate, accidit paulatim. Commune regimen in curatione paralysis, torturæ oris, spasmi, & tremoris, est, vt omne regimen sit ad nucham, vbi est neruorum mortuorum

origo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

origo. Post concoctionem purgetur materia cum hieralogodion, hiera diacolocynthidos, hiera Hermetis, pilulis fœtidis, cocchiis & huiusmodi. Animaduertendum, quòd non est properandum ad fortia, nisi post quartum diem in debili paralysi, in forti verò post xiiij. interea perseuerandum in digestiuis, & clysteriis vsque ad illud tempus. Melior medicina, quæ possit accommodari paralyticis, est labor cum motu, & multiplicatio ambulationis & frictionum in ieiuno, & omnino fames est toleranda, quia mundificat pituitam, exiccando humiditatem superfluam. Conuenit etiam vomitus. Facta iam vniuersali purgatione, vt dictum est, deueniendum est successiuè ad alia. Per os, theriaca, mithridatum, confectio de musco dulcis & amara, confectio anacardina: item gargarismata, masticatoria, caputpurgia, sternutatoria, de quibus in cap. de Epilepsia dictũ est, & infrà dicetur.

Quando est paralysis in aliqua corporis parte, & partes faciei sunt sanæ, signũ est quòd nocumentum est in principio spinalis medullæ. Cùm verò partes faciei sunt lęsæ, signum est quòd nocumentum est in cerebro. Vnaquæque cellula cerebri in duas partes diuisa est, & pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pterea pro decubitu etiam humoris in hanc vel illam partem, facies diuersimodè afficitur.

Pilulæ de opopanaco sunt vltimæ ad ægritudinem neruorum: nam exiccant humiditatem crassam ac viscidam, & mucilaginosam: optimæ itaque sunt paralysi, torturæ, spasmo cynico, doloribus iuncturarum, dorsi & genuum. Quarum hæc est descriptio. R. Aloes hepatici, trochiscorum alhandal scrup.iiij. opopanacis, serapini, ammoniaci, bdellij, hermodactylorum ana drac.j.harmel, succi cucumeris asinini ana drach. ʂ. piperis, macropiperis, zingiberis, thapsiæ, myrobalanorum, citrinorum, emblicorum, & belliricorum, myrrhæ, croci, euphorbij, castorei, ana g.xj. diagrydij scrup. j. agarici albi drac.s. turbith drach.j.s. infundãtur gummi in aqua caulium & porrorũ, & cum eis misceantur aliæ medicinæ, & fiat massa pro pilulis, de quibus detur drach.j.pro vice, aut secundum tolerantiam patientis, per interualla.

Alias facit Mesue æquiualentes, & paratu faciliores. R. Serapini, bdellij, ammoniaci, opopanacis, castorei, harmel ana drac.ij. trochiscorum alhandal drach.iij. fiat massa cum succo porri, de quibus detur vt suprà.

Ad mol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad mollificationem corporis, inchoationem paralysis, stuporem, frigus, morsum canis rabidi, antiquum capitis dolorem, aurium, renum, & stomachi, & ad alia multa, & est in secretis Galen. R. euphorbij, croci, cassiæ ligneæ, opij, cinnamomi, acaciæ, costi amari, spicæ, gummi Arabici, seminis vrticæ, granorum ricini, bdellij, olibani, sumach, ellebori nigri, sulphuris citrini, styracis calamitæ, piperis albi ana drach. vj. rosarum rub. siccarum, pyrethri, artanitæ, setæ crudæ, seminis apij. ana drach. iiij. seminis ozimi fluuialis, seminis leuistici ana. drach. ij. medullæ carthami, zingiberis ana drac. iiij. trita & cribellata infundantur in vino antiquo tribus diebus, donec fiant sicut mel, deinde fundatur super ea mel grossum despumatũ, & misceantur, & super eis fundatur olei amygdal. dulc. recentis vnc. j. ponantur super ignem leuem, bulliant duabus bullitionibus leuibus, imponantur in vase vitreato, dimittantur sex mensibus: quãto enim magis antiquatur, tanto melius est medicamentum, cuius dosis est drac. j. in mane.

Rhasis primo Continentis ponit hoc electuarium, quod est optimum. R. Acori drach. l. zingib. drac. xxv. piperis, pyrethri ana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drac.xv.castorei drac.x.assę fœtidæ, opo. pan. ana drac.vij.s.mellis despumati duplum ponderis omnium: fiat electuariũ, de quo detur singulo mane drac.j.

Aliud ad multam ventositatem, humectationem, & frigiditatem. R. trium piperum, cinnamomi, zingib. seminis fœniculi, asari, anisi, mastichis ana ℥ unc.s. carpobalsami, xylobalsami, spicæ nardi, amomi, cort. cassiæ ligneæ ana. drac.iij. cardamomi minoris, seminis apij, croci, ameos caryophyllorum, costi, nucis musc. ana drac.ij. trita & cribellata conficiantur cũ melle optimo despumato, cuius dosis est drac.ij. cum aqua menthæ decocto anisi & mastiche. Sit cibus tenuis.

Conueniunt in paralysi semen abrotani, betonica condita, acorus conditus, & radix agrimoniæ. Sandaracha confert fluxibilitati neruorum à frigiditate, humiditate, & repletione. Chamæpitys in vino cocta, bibita, & cataplasmata, confert. Semen nasturtij in vino coctum, positum in sacculo, applicatum origini neruorum calidum, confert.

Siler montanum confert omnibus ægritudinibus phlegmaticis. Emplastrum cũ nitro confert in paralysi, quæ facit declinare caput ad posteriora, & torsionibus

neruo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

neruorum. Oleũ costinũ, vulpin. de narcisso, de lilio, & radicis lilij de piperibus, conferunt paralysi, spasmo & torturæ.

Vnguentum ad paralysim. R. olei costini, de piperibus, ana vnc. j. s. pyrethri, euphorbij, piperis salis, ammoniaci ana drach. j. ceræ q. s. fiat vnguentum, quo vngantur nucha & vertebræ colli calido, diu fricãdo, post vaporatorium scriptum in fine cap. seq.

Animaduertito quòd supra pedibus aut manibus paralyzatis non sunt medicamenta apponenda, sed super origine neruorum aliis deseruientium, teste Galeno, primo de Locis affect, cap. 6.

Comedere columbos syluestres, est medicina propria ad relaxationem omnium mẽbrorũ, & illius qui trahit post se crura, & ad priuationẽ sensus & motus, & ad tremorem & amissionem loquelæ.

Quando paralysis fit à siccitate & caliditate detur aqua hordei, endiuiæ & lactucæ. Cibus sit ex carnibus gallinarum & piscium petrosorum paruorum, & huiusmodi. Potus sit vinum aqueum non vetustum. Nulla fiat euacuatio, ne siccitas augeatur. Rhasis primo Cont. testatur vidisse paralyticum ex caliditate, siccitate, & ieiunio, qui ex assumptione

hieræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hieræ magnum nocumentum incurrit, & fuit curatus ex balneo, rebus humidis, oleíque vnctione. Si fiat paralysis ex vulnere, aut percussione, curetur vulnus aut percussio, deinde applicentur ea, quæ dicta sunt de cura paralysis phlegmaticę. Verùm quando fit à vulnere, non recipit curationem.

De Tortura oris. *Cap.* XIX.

DVplex est tortura, vna fit à spasmo, alia à mollificatione, & paralysi. Quæ fit à spasmo, contrahit latus vnum oris superius, est cum dolore, oculus lateris contracti est minor, quando patiẽs bibit, non cadit potus per latus oris depressum. Potest autẽ esse ex spasmo sicco vel humido, vt dicetur in cap. seq. & cura eius est cura spasmi. Illa verò quæ est à mollificatione, & paralysi, est sine dolore, & nulla apparet contractio alterius lateris, & quando patiens bibit cadit potus per latus depressum, neq; sentitur. Huius cura est cura paralysis, excepto quòd nõ sunt administrãda caput purgia, nec masticatoria ante purgationẽ. Fiat ergo purgatio, sicut in paralysi, deinde fiãt caputpurgia masticatoria, & gargarismata: quia hęc vera est curatio. Sunt etiã applicanda

medica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

medicamenta rubificantia primò ſpondylis ceruicis, deinde ad mandibulam & partes faciei: adminiſtranda quoque linimenta, embrocationes, ablutiones, vaporationes, & calefacientia, de quibus infrà. Retentio aſſidua nucis muſcatæ in ore, aut eius maſticatio: acori ſimiliter bonam habent proprietatem. Fricetur pars inferior mandibulæ reſolutæ cum confectione anacardina, aut theriaca, aut mithridato, detur diamuſcum, fricentur gingiuæ cum ſale & nuce muſchata. Fricetur radix linguæ cum ſale ammoniaco, zingibere, & cæpis, vt ex ea currat ſaliua. Conueniunt & acetum & oxymel ſcilliticum. Aliquãdo fiunt cauteria poſt aurem lateris læſi, & applicantur ventoſæ ſuper ceruicem, & cauteria in ſpondylis ceruicis ab vtroque latere, duo aut tria hinc & inde.

Maſticatorium quod valet à tota ſubſtantia. ℞. Nucis muſcatæ, pyrethri, acori recentis, thuris ana partes æquales, confice cum paſſulis, & fiant maſticatoria auellanis ſimilia, quæ ligẽtur in paruis petiis mundis & albis, & teneat vnum pro vice in ore, quando ſurgit à lecto leuiter maſticando, & continuò expuendo ſaliuam tenendo dictum maſticatorium in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

parte oris læſa, fricandóque cum digitis poſt maſticationẽ partes interiores mandibulæ læſæ. Liniatur nux muſcata cum anacardino, & teneatur in parte oris læſa bis in die. Maſticatorium ex pipere, pyrethro, zingibere, acoro recenti, ſtaphiſagria, & nuce muſcata cum paſſulis miſtis eſt optimum.

Caputpurgium mirabile. R. caſtorei, pulpæ colocynthidis, piperis albi, ellebori albi ana. fac paſtam cum aqua ſampſuchi, & diſſoluatur parum de ea cum aqua ſampſuchi, vel auriculæ muris ſucco, & trahatur per nares, aut ex eo vngãtur interius nares. *Aliud.* Fel perdicis, aut gruis immiſſum naribus, ſanat celeriter, aut miſtum cum ſucco cyclaminis per nares attractum. *Gargariſma bonum.* R. ſinapis, ſtaphiſagriæ, zingiberis, piperis, macropiperis ana. coque in aqua cũ hiera, & gargarizetur. Item decoctio origani, aut hyſſopi, aut acetum ſcilliticum cum aliqua ex hieris magnis, vel cũ decoctione origani & hyſſopi. Item fiunt gargariſmata ex ſale ammoniaco, pipere, zingibere, pyrethro, ſinapi, ſtaphiſagria, origano, ſampſucho, hyſſopo, vel ex ipſorum decoctiónibus, vel ex ipſis tritis poſitis in aqua calida.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Patientes torturã ſunt ponendi à principio in camera obſcura, vt non videant lucem, neque tangantur à vento.

Vſus acori conditi cum zingibere & melle in quantitate nucis muſcatæ manè & ſerô, eſt medicina mirabilis. Semen etiam iuniperi cum melle conditũ datum vt ſuprà eſt optimum. Vnctio mandibulę læſæ ex ſinapi & aceto eſt mirabilis.

Vaporatorium ad torturam, paralyſim & ſpaſmum ad vaporandum nucham, mãdibulas, collum, ſpondylos, ceruicẽ, tempora, & frontem, mirabile. R. ſaluiæ, calamenthi, foliorum lactucæ aſini, haſcæ, ſtœchadis, pyrethri, foliorum lauri, ſinapis, chamęmillæ, meliloti, ſampſuchi, origani, ana coquantur in aqua, & cum eis expreſſis inuolutis in petia, aut cum ſpongia infuſa in decoctione calida fortiter expreſſa, vaporentur loca prædicta, poſtea abluatur cum aqua ſinapis decocti cum aceto.

De ſpaſmo. *Cap.* XX.

SPaſmus quandoq; fit ab humiditate, & fit ſubitò: quandoq; à ſiccitate, & fit paulatim: aliquando à punctura vel vulnere: quandoq; ex acutiſſimis chylis exiſtentibus in ſtomacho, & vomitus ipſum

curat

curat, ex tertio de Locis affect. cap. 7.

Cùm fit ab humiditate, tunc purgatio seu euacuatio est administranda, vt dictum est in paralysi, & conueniunt vaporationes scriptæ in fine præcedentis capitis, & calefactoria cum sale origini neruorum applicata. Similiter quando fit à frigiditate.

Multi sunt medici, qui cùm spasmus est ex humiditate & frigiditate, laborant in prouocatione febris, vt consumat materiam facientem spasmum. Verùm etsi Hippocr. dicat melius esse febrem superuenire spasmo, quàm è conuerso, nõ tamen iubet febrem esse prouocandam. Tutius ergo est laborare in curatione spasmi humidi cum medicamentis eius causam auferentibus, quàm febrem prouocare.

Si spasmus sit in toto corpore, nõ existente neq; alienatione, nec stupore, causa est in medulla spinali, quæ est in collo ex primo de Symp. causis, cap. 8.

Ad spasmum humidum, torturam & inclinationem. R. calamenthi zedoariæ, cinnamomi, caryophyllorum, rosarum, ana drach. j. s. santalorũ, xyloaloes ana drach. j. musci drac. s. trita & cribellata liniantur cum oleo amygdal. dulciũ recenti, & cõ-

ficiant

ficiantur cum optimo melle despumato, & fiat electuarium, de quo detur scrup. j. aut drach. ſ. mane cũ syrupo de calamentho. Conuenit etiam pueris, & sanat eos in hebdomada, expertum enim est.

Syrupus de calamentho iuuatiuus in spasmo, qui accidit pueris, decrepitis, mediisque, hydropicis, asthmaticis, anhelitui, destillationi, ægritudinibus phlegmaticis & melancholicis, & est gloriosus præ omnibus aliis in hoc mundo, éstque Galen. R. Calamenthi fluuialis, calamenthi montani, rad. liquiritiæ, radicis squinanthi, radicis endiuiæ, scariolæ & lilij cælestis, polij montani, centaurij ana drach. iij. confusa coquantur in lib. xx. aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, postea digitis fricata cum bona expressione colentur: deinde R. spicæ Indæ & Romanæ, rhabarb. electi, croci, mastichis, squinanthi, caryophyllorum electorum, nucis muscatæ, cyperi, cubebarum ana aureum j. trita ligentur in petia rara præparata ad modum bursæ, ligamento mollificato, & coquãtur in ligatura prædicta cum medietate eius de rob, & coquantur vsquequo inspissetur vt syrupus bene coctus. Coletur, & seruetur in vase vitreo, vel interius vitreato decenter clauso, & administretur ad omnia supra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſcripta. Humaim filius Iſaac, inquit: Iſtud eſt quod inuenimus ex libro religioſorum, & eſt glorioſioris benedictionis quàm alij libri eius, & iuuamenti, & eſt finis libri ſecretorum Galeni

Vnguentum bonum ad ſpaſmum humidum. ℞. Fœnigræci, coſti, olei ſeſamini, pinguedinis caudæ caſtrati, adipis anſeris, medullæ cruris bouis, vel vaccæ, vel cerui, adipis cerui ana. cum s.q. olei narcißini, & ceræ, & fiat vnguentum, quo vngatur vt ſuprà. Caſtoreum ſumptum cum aqua mellis, curat ſpaſmum humidum, & vnctum ſimiliter: nulla enim eſt medicina, quæ penetret ad loca, ad quæ penetrat caſtoreum. Debet autem diſſolui cum oleo veteri. Pariter electuarium ex granis iuniperi, aſſa fœtida, acoro, zingibere, & melle, optimum eſt. Olea coſtinum, vulpinum, de piperibus, de euphorbio, nardinum, & de granis viridibus, optima ſunt.

Odoramentum & caputpurgium conferens ſpaſmo & torturæ. ℞. caſtorei, doronici, been albi, & rubei, ellebori albi, opopanacis odoriferi, ſpicæ, ſpumæ nitri ana. terantur & cribellentur, & aromatizentur cum muſco, & inſufletur parum pro vice in naribus, vt prouocetur ſternutatio

tio, & est valde bonum.

Ad spasmum humidum, confortationem membrorum, & ad viuificandum mortificationem eorum, & vniuersaliter ad omnes cerebri frigidas paßiones. R. Succi stœchados, trium piperũ, squinanthi, carui ana drac. ij. castorei, asari, scillæ assatæ ana drach. j. radicis ireos, mastichis, seminis apij ana drach. s. acori, scordij. ana drach. j. s. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, eius dosis est drach. ij. cum aqua betonicæ, mane.

Vnguentum optimum ad spasmum humidũ. R. ceræ citrinæ drac. ij. olei irini, costini, de been, de cinnamomo ana vnc. iij. hyssopi humidæ, styracis liquidæ ana vnc. j. adipis vulpis vnc. iij. fiat vnguẽtum, quo calido vngantur membra spasmata, & origines ipsorum neruorum, & nucha.

Aliud Serapionis optimum. R. olei de cinnamomo, aut olei antiqui libram, ceræ vnc. ij. euphorbij boni & recentis vnc. j. fiat vnguentum, quo vngatur vt suprà.

Conuenit etiam caro ericij exiccata, data cum oxymelle. Serapinum etiam confert spasmo, stupori & paralysi, & custodit corpus à frigore. Vide librum quartũ Aphor. 21. vbi loquitur, quomodo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quandoq; liceat curare ſpaſmum. Quando ſpaſmus fit à ſiccitate, ſicut poſt febres ardentes, aut poſt magnas euacuationes paruam curam recipit. Verùm quia talis ſiccitas latitudinem habet, non inconuenit tantam eſſe ſiccitatem, vt ſpaſmum generet, & non ſemper tantam vt interficiat. Ideo Hippocr. dicit Mortale. Galenus verò exponens, inquit, id eſſe verum vt plurimum. Quapropter adminiſtrandum eſt regimen humectans, ſicut balneum aquæ dulcis, aut lactis, aut decoctionis ordei, violarum, capitum & pedum agnorum, hœdorũ, & arietum pinguium, & ex his fiant clyſteria, quæ ſunt valde vtilia. Sorbitiones humidæ pingues conueniunt. Sint cibi eorum aqua carnis; lac recenter mulctum, oleum amygdal. dulcium recens cum ſaccharo, & omne regimen lenitiuum vtile eſt eis. Nullum tamen remedium vtilius eſt, quàm embrocatio partis poſterioris capitis, nuchæ, & colli, cum oleo violaceo decenter calido, ſicut ego feci, dum eſſem in ſeruitiis Illuſtriſſimi Domini mei, Domini Caroli ſecundi, Sabaudiæ Ducis, in illuſtriſſimo Ludouico principe Pedemonti, prælibati Illuſtriſs. ducis filio, qui dum eſſet in cunabulis, paſſus eſt

eryſipe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

eryſipelas in tota tibia cum bubone in coxa, & febre intenſa valde, à quibus cùm conualuiſſet, incurrit ſtatim in ſpaſmum à ſiccitate cauſatum cum cõtinuis, maximíſque clamoribus, torquendo caput ad poſteriora, & nullo modo poterat ſugere lac. Ego igitur perfudi nucham & totam partem capitis poſteriorem, & collum cum oleo violato decenter calido, permittendo cadere oleum ab alto, manu exprimente petiam in eo infuſam, per ſpatium quartæ partis vnius horæ, & ſic embrocando dormire cœpit. Mox pannis decenter calidis abſterſi caput leuiter fricando, & eum dormire permiſi: qui poſt tres aut quatuor horas per ſe excitatus, ſugit lac abſque vlla difficultate. Redeuntibus eiſdem ſymptomatibus ſemel aut bis, eodemmet remedio iterato, cum gratia Dei ſanus factus eſt.

Quando autem fit ex vulnere aut punctura, aut fit quia adeò magna copia ſanguinis exiuit, & tunc eſt de inanitione: aut fit, quia vulnus eſt in aliquo membrorum principalium, ſicut cerebri, vel hepatis, aut in aliquo membro neruoſo, aut quia vulnus apoſtematur, & ab apoſtemate communicatur nocumẽtum cerebro, mediantibus neruis proximis, a-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Postemati, (accidit enim spasmus membris apostematis, aut apostemati vicinis.) Super ipsum apostema ponēda sunt subtilia vina humectantia, calefacientia, & dissoluentia. Vngantur ergo membra spasmata hoc vnguento. ℞. Styracis liquidæ, euphorbij, castorei ana. confice cum oleo de lilio & cera, & calidè vnge. Adeps caudæ castrati ligata calida supra membrum spasmatum ex vulnere apostemato, tenendo desuper, donec fœteat, & reiteretur. Aut pistetur ren cū sua pinguedine, & ligetur vt suprà. Prouocentur sternutationes.

Cùm verò spasmus fit propter multam sanguinis effusionem, tunc curatur vt spasmus de siccitate.

Duobus etiam modis spasmus oritur ex elleboro. Vnus propter superfluam purgationem ex inanitione, & debet medicari sicut spasmus, qui fit à siccitate, sicut etiam quando fit à magna sanguinis effusione in vulnere. Alius propter humores malos attractos ad stomachū ex elleboro, mordicātes os stomachi, ex qua mordicatione causatur spasmus, ratione communicantiæ oris ventriculi cum cerebro, neruis mediantibus, qui ad illud deueniunt. Hic spasmus curatur vomitu.

Quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quando autem Hipp. dixit, Spaſmus ex elleboro, mortale intelligendum eſt vt plurimum, quemadmodum etiam ſuperius expoſitum eſt à Galeno.

De Palpitatione, ſiue de Saltuoſa membrorum indiſpoſitione. Cap. XXI.

HIc morbus fit à vẽtoſitate craſſa inflatiua. Quòd ſi habeat materiam illam generantem, primò euacuetur: deinde fiant euaporationes, & fomententur partes, vnde oriuntur nerui, mouentes membra ſaltantia cum decoctione calamenthi, matricariæ, origani, rutæ, & ſimilibus, aut cum ſucco rutæ calido. Aut emplaſtrentur loca prædicta emplaſtro de calamentho calido. Ego vidi in eo bonam experientiam.

Vnguentum optimum ad illud.

R. Caſtorei, pyrethri, euphorbij, piperis, ſulphuris ana drach. j. olei ſambucini, irini, de ſtyrace ana q.s. cum s.q. ceræ: fiat vnguentum, quo calido vngantur loca prædicta. Conferunt etiam olea calida, ſicut laurinum, de piperibus, coſtinũ, irinum, de ſtyrace, &c. Item caſtoreum efficax eſt medicamentum, aut intra ſumptum, aut extra linitum. Exhibere drach. j. ſtœchados cũ aqua mellis per aliquot dies, curat ſaltum. Conuenit etiam cura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tremoris, item euphorbium, pyrethrum, ſulphur, piper, aqua ſulphurea & ſalſa.

De Tremore. Cap. XXII.

TRemor fit, quando æquatur potentia regitiuæ virtutis, & grauitas corporis ad inferiora trahens. Eius cura eſt, vt fiat purgatio vniuerſalis, ſicut in paralyſi. Conferunt fricationes reſoluentes, & confert ſepeliri in arena calida, aut cinere calido, aut fimo decenter calido: & omnino eſt cauendum à frigidis & humidis. Ancilla Santonici curata fuit à tremore pedis ex retentione menſtruorum cum repletione ſanguinis menſtrui poſt partum per phlebotomiã ſaphenarum, teſte Gal. in lib. de Tremore, rigore, & cõuulſione cap. 8. Dixit Philaretus: Cum accidit tremor ſine manifeſta cauſa, phlebotometur patiens, & purgetur & fricentur membra eius tremẽtia forti fricatione, & intromittatur in balneum ſulphuris, & ſi accidit tremor fortis, prouocetur vomitus cum elleboro, & continuetur balneum ſulphuris donec alleuietur. Quòd ſi accidat ex multa frigiditate, curetur cum calefacientibus: vt dare patienti drach. j. pyrethri in ieiuno. Confert etiam dare aur. j. centaurij minor. cum aqua betonicæ ſeptem diebus, & curatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quòd si accidat tremor conualescenti, detur cerebrum leporis assum. Hieralogodion est medicina bona in tremore & saltu.

Pilulæ ad tremorem.

R. assæ fœtidæ, castorei, pulpæ colocynthidis, centaurij minor. ana. vnc. s. fiant pilulæ, & fit dosis vna. Conferunt etiam pilulæ ex aloe & castoreo æqualiter, & vinum decoctionis rad. bismaluæ mirabiliter iuuat.

Aliæ pilulæ mirabiles ad tremorem.

R. Castorei, pyrethri, cassię ligneę ana. drach. iij. serapini, pulpæ colocynthidis ana. drach. iiij. hieræ picræ, drach. v. fiat massa pilularum, quarũ dosis est drach. j. vel scrup. iiij. secundum tolerantiam.

Confectio ad tremorem experta.

R. myrobal. nigrorum drac. xxx. sauinæ drach. x. olibani drach. viiij. cyperi, costi, calami aromatici ana. drach. v. trita & cribellata conficiantur cum passulis, siue vinaceis, & fiant formæ similes nuci muscatæ, & capiatur ex his vna singulo mane, & sanat. Vsus cinnamomi habet mirabilem proprietatem ad tremorẽ. Confectio anacardina est mirabilis, dando drac. s. vel drac. j. pro vice in aurora cum aqua rorismarini. Detur autem de illa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quam describit Rhasis 9.ad Almãsorem. Item drach.j.stœchados cum syr.melino tollit tremorem capitis, si per aliquot dies continuetur in aurora. Item pilulæ cocchiæ sunt conuenientes, si exhibeantur scrup.iiij.aut drach.j.pro vice post primum somnum, reformando cum syrupo de stœchados omnibus decem diebus vel circa. Decoctio artemisię bibita confert. Comedere capita leporũ assata confert tremori membrorum. Similiter comestio columbarum syluestrium valet à proprietate. Conuenit etiam vngere nucham, & spondylos colli cum oleo artemisiæ misto cum oleo rosaceo parum. Conferunt & olea de semine cannabis, de handacocha (& est trifolium maius) inungendo partes prædictas eo calido. Confert etiam emplastrum de trifolio applicatum calidum bis in die.

De Stupore. *Cap.* XXIII.

STupor curatur sicut cætera prædicta. Qui verò fit à vulnere aut percussione non curatur. Si fiat à repletione sanguinea, quæ sit in toto, phlebotometur primò basilica, deinde cephalica, mox vena inseruiẽs membro stupefacto. Quòd si repletio sanguinaria sit tãtum in membro

bro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bro ſtupido, ſufficit phlebotomia venæ illius membri. Cum autem ſtupor ſit ab humore frigido & crudo, curetur ſicut paralyſis ab eadem cauſa proueniens. Pilulæ cocchię mundificant huiuſmodi materias, & fœtidæ malam complexionem permutant. Hiera Ruffi conuenit valde.

Vnguentum ad ſtuporem. R. Galbani diſſoluti in aceto, myrrhæ, caſtorei, ana. drach. s. olei liliorũ ceræ q. s. fiat vnguentum, quo calido vnguantur membra ſtupida, & origo neruorum membri ſtupidi.

Quòd ſi membrũ non poſſit moueri, nulla læſione in ſenſu percepta. R. nucis cupreſſi, myrrhæ, ſeminis iuniperi, acori, cort. rad. capparorum, ana. coquantur in vino, & applicentur origini neruorum ad illud membrum venientium.

Potiſſima cura in principio ſtuporis eſt motus aſſiduus membrorum patiẽtium, ſanat enim magis quàm alia res. Cerebrum leporis aſſum in tremore optimũ eſt. Frictio cum pyrethro & oleo antiquo calidis plurimum confert in ſtupore.

Emplaſtrum curans ſtuporem. R. pyrethri, baccarum lauri, ſtaphiſagriæ, euphorbij, ſampſuchi, boracis, ſeminis ſinapis, piperis caſtorei, ana. confice cum ſucco cucumeris aſinini, & fiat empla-

ſtrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſtr um,quod calidum applicetur vt ſuprà.

Cõfert etiam vngere cum oleo coſtino calido. Recurras ad cap. de Paralyſi, vbi multa idonea pro ſtupore reperies. Intrare balneum ex oleo calido confert ei, qui habet ſtuporem in aliquo membro,aut tremorem,aut ſaltum, aut defectũ motus & ſenſus , poſſunt enim in eo poni herbæ conuenientes.Oleum per ſe calefacit,infrigidat,exiccat, & humectat corpora hominum.Gal.teſte 2.de Simplicib.Semen coſti hortẽſis in enæmate impoſitum neruos calefacit. Illa quæ cauſant ſtuporẽ,ſunt naturalis debilitas neruorum,potus multus aquæ frigidę,multus ſomnus,maximè ſuper repletione,& coitus multus ſuper repletione,& intrare balneum ſtatim poſt cibum. Quando ſtupor fit per membri compreſſionem, cura eius eſt extenſio,exercitatio , & fricatio illius membri.

LIBER TERTIVS DE *morbis oculorum.*

De Conſeruatione ſanitatis oculorum.

QVI cupit ſanitatem oculorum cuſtodire,caueat ab aëris inæqualitate , igne, fumo, vento,

coitu

coitu immoderato, labore plurimo, fletu superfluo, ebrietate, somno superfluo, maximè in die, propriè super cibo, & à vigiliis immoderatis. Caueat etiam à cibis generantibus vapores turbidos, sicut sunt caules, porri, cæpę, allia, acria omnia salsa, fabæ, lentes, omnia pinguia, siue ex carne sint, siue ex oleo, omnia ad digerendum difficilia, & omnia vaporosa.

Medicinæ quæ cõseruant, aliquæ sunt abstersiuæ, mediocriter temperatæ, sicut sunt fœniculum, & collyrium ex eo, succus memitæ, & herba euphragia à proprietate. Aliquæ sunt quæ alterando custodiunt sanitatem oculi, vt calefaciendo, refrigerando, humectando, vel exiccando. Aliæ custodiunt sanitatem leniendo asperitatem, aliæ aliis modis, de quibus infrà dicetur.

Collyrium Democriti, quod oculum clarificat in visu, & eius sanitatem conseruat. R. succi fœniculi depurati lib. s. bulliat parum in vase æneo, & permittatur vt faciat residentiam, deinde adde mellis puri vnc. ij. & iterum bulliant lento igne cum x. aut xij. scutis boni auri, deinde coletur, & reponatur in ampulla vitrea obturato orificio, & soli exponatur, permutando de vase in vas, abiiciendo semper residentiam,

dentiam,& ex eo ponatur in oculis. Aliqui addunt fellis galli drach. ij.

Aliud conseruans sanitatem oculorum. R. tutiæ Alexandrinæ præparatæ, antimonij præparati, lapidis hæmatitis, ossis sepiæ marinæ abluti, æris vsti, corticum æris, aloes, folij, croci, ana partem vnam: piperis, macropiperis, salis ammoniaci, ana partem s. margaritarum, myrobal. chebulorum, spumæ maris, climiæ aureæ, sacchari, musci, caphuræ ana quartam partem vnius. trita subtilissimè & cribellata fricentur in marmore diebus aliquot, donec fiant sicut atomi. Hoc enim est vltimum.

Oculi cornicis collo appensi, oculos conseruant, & infirmos curant. Radix corrigiolæ seu polygoni, vel centumnodiæ, decrescente luna exusta, collo appensa, oculos sanos conseruat, & non sinit eos inflammari, seu infirmari.

Capiantur folia rutæ, rosarum, fœniculi, euphragiæ chelidoniæ ana destillentur simul. De hac aqua ponatur parum pro vice in oculis: est enim collyrium optimum pro abstersione oculorum, pro conseruatione & cōfortatione visus, fitque tempore veris.

Conferunt etiam mane longæ pectinationes

nationes capitis, & frictiones: diuertunt enim vapores visum perturbantes. Confert aspectus rerum viridium, cœlestium, aspicere speculum clarum, mane replere cauitatem manus aqua frigida, & aperire oculum in ea, & comedere aues de rapina. Nux muscata, trita cum melle, mane comesta, visus sanitatem custodit. Chebuli conditi idem faciunt.

DE CVRATIONE OCVLORVM.

De Ophthalmia. Cap. I.

Ophthalmia duplex est, vera & non vera, quæ conturbatio dicitur. Vera ophthalmia est apostema in pupilla sequens coniunctiuam. In curatione vtriusque, ordinato debito victus regimine in sex rebus nõ naturalibus, factaque debita euacuatione per phlebotomiam primò de cephalica opposita, deinde de cephalica eiusdẽ lateris, debita quoque solutione ventris respiciente humorem peccantẽ, administratis itidem frictionibus, vẽtosis & aliis diuersionibus, quibus diuertitur rheuma, ne fluat ad oculum, mox ad topica veniendum. Itaque in

princi-

principio ponatur in oculum aqua rosacea, lac mulieris fœmellam lactantis, & album oui recentis, conquassatum & colatum. Super frontem ponantur folia endiuiæ viridis contusa cum albo oui, & modico aceti. Aut ponantur super frontem & tempora duæ partes santalorum, & vna sarcocollę cum albo oui recentis. Hæc enim prohibent descensum rheumatis ad oculum. Pariter cortex melonis sicci, & amylum, & crocus.

In ophthalmia calida applicetur super oculum emplastrũ factum ex foliis endiuiæ contusis cum modico oleo rosaceo, & farina ordei per pannum sericum cribellata, cum ouo recenti simul mistis. Item infunde cottum carminatum in lacte mulieris cum albo oui, & liga super oculum per totam noctem.

Gal. 13. Meth. super ophthalmias incipientes ponit emplastrum ex cotoneis coctis cum vino & farina ordei, aut cum foliis papaueris albi, corticibus granatorum, & farina ordei, cum decoctione florum meliloti. Iubet primò apponi reprimentia, vt suprà, deinde eis addit resoluentia: nempe decoctionem chamæmeli, meliloti, seminis fœnigræci prius abluti cum aqua ferè calida, & bene mundati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ab omni ſorde: eſt enim (inquit) omnium præſtantiſſimum pharmacum.

Vnguentum optimum, prohibens deſcenſum lacrymarũ, & rheumatis ad oculum. R. Tutię Alexãdrinæ præparatæ vnc.s. amyli drac. vij. lanæ œſypi combuſtæ, coralliorum rub. lapidis hæmatitis ana drach.j. axungiæ porci maſculi recentis ſine ſale liquefactæ & colatæ q. s. fiat vnguentum in mortario longa agitatione, & ex eo frigido vngatur frons, tempora & palpebræ, oculis clauſis. eſt enim optimum.

Aliud. R. Olei myrtini vnc. ij. ſucci rutę, ſucci extremitatum molliorum rubi ana drac.x. bulliant ad conſumptionem ſuccorum. Deinde adde oleo prædicto hyacinthi, ſapphiri, æris vſti ana ſcrup.j. antimonij præparati drac.j. tutię Alexandrinæ drac. ij.s. cum modico ceræ: fiat vnguentum molle, quo vngatur vt ſuprà, & eſt ſolenne.

Thus & farina ordei, cũ albo oui fronti & temporibus applicata idem faciunt.

Quando dolor eſt fortis, vide an materia, quæ fluit ad oculos, fluat per venas frõtis aut tẽporũ, & phlebotoma eas (poſt prædictas phlebotomias) ſcilicet venas pulſatiles, quæ ſunt in frõte & tẽporibus.

Cùm dolor eſt valde intenſus, R. Sc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

men fœnigræci ablutum in aqua calida, & mundatum ab omni ſorde, ſemen quoque papaueris albi: coque in aqua roſacea, coletur, & colaturæ infrigidatæ addatur album oui recentis tandiu conquaſſatum, donec totum ſit in ſpumam redactum: mox colatũ, omnia ſimul miſceantur, & pone de eis in oculis frigidis.

Notandum, quòd quando adminiſtrantur narcotica in dolore intenſo & graui, ſemper debet admiſceri aut muſcus, aut chamæmelum, aut melilotum, aut fœnugræcum, anethũ aut ſimilia.

Multo & acuto humore ad oculos fluente, Galenus docet fouere oculos ſpongia infuſa in aqua calida, ad mitigandum dolorem: & ſi ſtatim dolor reuertatur, factis diuerſionibus, ingrediatur patiens balneum, & ſanabitur ſtatim. In hoc enim caſu collyria infrigidantia cauſant dolorem. Semper tamen intellige, quòd corpus non ſit repletum.

Oleum roſaceum cum vitello oui elixato, admiſto pauco croco, ſedat pulſationem oculi. Lacryma, quam facit ouum recens, quando coquitur, oculo iniecta, acutum dolorem ſedat. Flores chamæmeli, aut meliloti, aut vtriuſque cocti cũ ol. vuæ, curant dolorem factum ab apoſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

postemate ophthalmico, ponendo super oculum, factis prius diuersionibus (quod in omnibus semper ante localia est intelligendum) & euacuationibus necessariis. Vmbella cicutæ viridis cum semine suo pista, de expresso succo & in sole exiccato si ponatur in collyrio, sedat dolorem. Caro melonis super oculum emplastrata, curat apostema oculi calidum. Idem facit emplastratio casei recentis sine sale. Emplastrum cum solis foliis violarum, aut addito sauich idem facit. Nulla est melior medicina, quã pulegium desiccatum in vmbra in collyrio positum, subtilissimè puluerizatum, elapso morbi principio.

Ad Ophthalmiam, dolores, apostemata, inflationes, vesiccas vueæ, & alias multas oculorum passiones factis vniuersalibus omnibus, & est ex secretis Gale. R. cerusæ de plumbo, amyli ana partes ij.s. opij, croci, sarcocollæ, ana quartam partem. Teratur cerusa, cribelletur cum orali, iniiciatur super ipsam aquæ dulcis q. s. teratur in mortario diebus decem, in hora quieta à vento, & in loco, in quo non sit puluis. Mox infundatur gummi Arabici pars vna, in aqua dulci, in vase mundo, donec dissoluatur sicut aqua, & coletur cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

panno lini ſuper medicinam in marmore, deinde teratur cũ ea. Cùm ergo facta eſt medicina ſicut paſta, proiiciantur ſuper eam reliqui pulueres ſubtiliſſimè puluerizati,& cribellati, & terantur cum ea donec inſpiſſentur,& fiat ſief quod exiccetur in vmbra in loco tecto, & cooperiatur cum panno ſubtili à puluere. Cùm opus fuerit, ſoluatur parum de eis cum lacte mulieris, & aqua roſacea,& ſtilletur in oculis. Eſt enim optimum medicamentum ad prædicta. Folia rubi ſuper oculum impoſita & cataplaſmata, tumorem oculi ſoluunt. Sarcocolla cum amylo & ſaccharo tollit lippitudines oculorum. Idem facit ſuccus ſatyrij: ſpuma maris ſupra alias res.

In ophthalmia chronica ſine aliqua corporis plenitudine, apparentibus venis magnis, ſanguine craſſo repletis in oculis,& ipſis oculis quaſi exiccatis, curatio fit per balneum, & potum vini lymphati.

Quando autem eſt ophthalmia ſicca, in qua ſunt oculi ſicci, macri & rubei, cura eſt vt impleatur vas aqua calida, & inclinetur facies patientis ſuper ipſam aquã calidam, vt vapor ad oculos vadat. Et cùm infrigidatur, iterum calefiat, & iterum inclinetur facies ſuper illo vapore

donec

donec facies inflammetur. Tunc mulgeatur lac in oculis,& detur vinum purũ ad bibendum, & facit illum dormire longo ſomno. Applicetur ſuper oculos ſarcocolla cum oleo roſaceo, & ſucco portulacæ. Iſte eſt caſus de quo intellexit Hipp.6.Aphoriſ.31.vbi dicit: Dolores oculorum meri potio ſoluit,&c. Nam aliqui oculorum dolores curantur potu vini. Alij balneo & potu vini lymphati. Alij ſola appoſitione localium, alij ſola phlebotomia,aut pharmaco, de quibus omnibus vide Galen.in Aphoriſmo prædicto,vbi hæc omnia declarat.

De Vngula oculi. *Cap.* 11.

DIcitur vngula,quando cornea tunica aliquando in ſuperficie, aliquãdo in profundo fit ſuppuroſa, & aſſimilatur paruæ vngulæ,vnde vngula appellatur.

Ad moderatas,& illas quæ ſunt in ſuperficie confert melicratum, ſuccus fœnigræci,collyrium de olibano, quod ſic fit: Tere olibanum,& aquam calidam ſuperaſperge, & ſic per horam dimitte, & collyrizetur cum ipſa aqua.

Ad eas quæ ſunt fortiores. ℞. aloes, myrrhæ, croci ana partem vnam, vini albi partes tres,mellis puri partes ſex. linias primò crocũ cũ pauco vino, deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aloem & myrrham, postea infunde super ea mel, & repone in vase vitreo, & vtere bis in die. Expurgat enim & incarnat. Valet similiter lac tithymalli. Ego verò sæpissime expertus sum alumen combustū subtilissimè puluerizatum cum cautela super vngulam applicatum.

De Albugine, nebulis, panno, tela, maculis, & caligine oculorum. Cap. III.

OMnia prædicta curantur infrascriptis remediis. R. vitrioli Rom. drac. iij. aluminis rochæ drac. j. pone hæc subtilissimè puluerizata & cribellata in albumine oui recentis cocti duri, extracto prius vitello, & stringatur in panno lineo bene mundo, digitis frangendo albumē, & fortiter comprimendo. Exprimatur aqua quæ intus est, quæ erit viridis aqua exiens, valet enim mirabiliter ad omnia prædicta. Si attamen tum misceatur cum albo oui recentis, & tandiu conquassentur, donec in spumam conuertantur, & superposita papyro inclinetur vas, & permittatur paulatim destillari, ipsa colatura in oculum posita, omnem oculorum caliginem tollit.

Alumen combustum subtilissimè puluerizatum cum cautela super albugine oculi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

oculi positum eam tollit. Idem facit sal ammoniacum. Succus dragonteæ . & os sepiæ cum melle mista , tollunt albugines, vngendo oculum clausum ad extra. Idem facit stercus lacertæ impositum collyrio.

Succus granatorũ in vase terreo cooperto cum panno , soli exponatur donec inspissetur vt mel, deinde misceatur tantundem mellis, & reseruetur , quia inueteratum est melius, ex quo vngatur eũdo dormitum. Succus fœniculi cum melle mistus vetustissimas detergit caligines oculorum. Maculas pupillæ ex percussione factas tollit emplastrum cum foliis, vel floribus salicum.

Aliud expertum à Galeno ad caliginem oculorum. R. spumæ maris , quæ natat super aquam, stercoris lacertæ, sacchari albissimi, massacumiæ, baurach añ. p. æquales, terantur & cribellentur , & sumatur ex chelidonia vnc. j. coquatur in libr. j. aquæ ad consumptionem medietatis, postea coletur , & imbibantur pulueres suprascripti in hac aqua in marmore, continuando eius attritionem in sole diebus aliquot, donec consumatur aqua, deinde fiat puluis subtilissimus. hoc enim est vltimum, & secretum magnum.

Muſcus abſtergit albuginem ſubtilem, & deſiccat eius humiditatem. Emplaſtrum ex lacte ficuum & melle, abſtergit maculam oculi craſſam, & valet contra obſcuritatem viſus, & deſcenſum aquæ in oculum, quæ fit ab humorib. craſſis. Succus cyclaminis miſtus cum melle tinctus, ex oculis caligines detergit, & ſuffuſiones. Succus etiam fœniculi deſiccatus in ſole, & ſuccus morſus gallinæ depuratus, & cinis limaciæ combuſtæ oculo impoſitus, tollit maculas oculorum in tribus diebus. Cinnamomum detergit caliginem & obſcuritatem viſus & lacca cum vino in oculo poſita maculas tollit, & ſuccus agrimoniæ nebulas tollit. Limatura ligni ebeni in aqua fœniculi infuſa, aufert id quod eſt coram pupilla impediens viſum, & remouet vlcera antiqua oculorum ex humoribus fouentib. eos antiquo curſu. Similiter valet ſi teratur, & in vino coquatur, & iterum cocta teratur. Vngere oculos clauſos cũ ſucco dragonteæ tollit nebulas & caligines oculorum. Idem facit ſuccus betonicæ, maximè ſi cum vino miſceatur. Lapis pyrites & crudus & coctus (dictus caproſea) abſtergit caligines. Sarcocolla miſta cum aqua roſata, & in ſole exiccata tollit

macu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

maculas oculorum,& visum clarificat. Si puer habeat albuginem, mater eius aut nutrix masticet ammoniacum ieiuna, & sufflet in oculum pueri. Succus portulacę oculo immissus telam tollit. Debent maculæ prius maturari cum oleo de auellanis tritis, coctis cum aqua, & expressis, colligendo oleum super aquam.

De Vlceribus oculorum. *Caput* IIII.

VLcera quæ fiunt in oculis, aut sunt in profundo,& vocantur albugines, aut sunt in superficie, & nominantur nephelæ. De prioribus in præced. cap. dictũ est. Nephela curatur succo portulacæ immisso, aut succo centaurij minoris cum melle. Lapis hæmatites fricatus super cotem cum albo oui, & aqua fœnigræci, curat vlcera,& asperitatem, cum apostemate calido oculi. Ipse etiam lapis cum cinere magnorum ostracorum omnium subtilissimè puluerizatorum, curat vlcera & foueas corneæ superaspersus. Succus foliorum oliuæ syluestris in oculis impositus curat vlcera & eminentias & fluxum humiditatum antiquũ ad oculum. Diuturna curat æs vstum cum aqua rosacea per modum collyrij. Phlebotomia venę frontis iuuat ambos oculos. Phlebotomia verò angulorum dextri dextrum,

& ſiniſtri ſiniſtrum iuuat ad omnes ægritudines oculorum antiquas, ſicut ſebel, ſcabiem, ſilach, & rubiginem, &c.

De Hypopys. Caput v.

HYpopyum eſt liuor qui fit ſub oculo. Curatur à principio quãdo fit à percuſſione, & apparet ſanguis in oculo hoc modo. Funde in oculo ſanguinem columbi iuuenis, ſicut exit à venis quę ſunt ſub alis, eas phlebotomando, aut extrahe pennas de alis, & exprime partem illam quam extraxiſti ab alis, & infunde liquorem qui exit in oculũ, & appone deſuper album oui, & intus ſimiliter. Quando verò prolongatur, liga extremitates hyſſopi ſiccæ in petiam, & infunde in aquã feruentem, & fomenta oculum. Extrahit enim ſanguinem in panno. Aut fomenta cum decoctione fœnigræci & meliloti: deinde ℞. roſarum rub. drach. iiij. croci drac. ij. acaciæ drac. j. opij, ſpicę Indicæ añ. ſcrup. j. gummi Arabici drac. iij. s. miſce cum aqua pluuiali, & vnge hypopyum. Nux rancida trita diligenter appoſita, ſtãte patiente ſupino per tres horas, curat hypopyum. Oſſa ſepię ſubtiliſſimè trita, & cum aceto miſta inunge. Aut tere ſinapi, & appone cũ cerato ſuper oculum clauſum, vel ſub eo vbi eſt liuor. Aut tere rad.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cucumeris asinini, misce cum melle & appone. Cyminum inter dentes retẽtum, termasticatum, sufflãdo in oculum, tollit liuorem, qui fit sub oculo, ex percussione. Similiter saliua eius qui cyminum masticauit. Faba etiam excorticata emplastrata cum vino, oculũ percussum sanat.

De Peliomatibus vel sanguine mortuo.
Caput VI.

HYssopum tritam liga in panno, & infunde in aqua calida, & fomenta pelioma. Aut farinam ireos cũ melle misce, & appone. Aut cyminum cum lacte mulieris mistum, aut saliuam eius qui masticauit cyminũ appone. Origanũ & semen erucæ, tere cum felle vaccino, & appone.

Cùm verò sanguis non amplius fluit, cyminum tritum cum vitello oui superimpone, sæpe iterando: aut puluerem cymini cum caphura confectum. Puluis cymini cum cera ad ignem mistus, tollit omnem liuorem securè. Pulmo castrati calidus appositus, sanguinem mortuum citò tollit.

De Pterygiis vel Sebel. *Cap.* VII.

DIcitur Pterygium, neruosa eminentia superinnatę mẽbranæ, incipiens ab angulo oculi, & procedens vsque ad corneã. Cùm verò superaugetur, cooperit pu-

rit pu

rit pupillam. Magna & diuturna per chirurgiam remouentur. Recentia verò, & in magnitudine moderata iuuant æs vstum, vel vitriolum cum adipe porci. Aut R. vitrioli drach. j. gummi Arabici drach. s. miſce cum vino, & vnge.

Aliud. R. Flores labruſcæ cum melle, ſuper carbones coque & vnge. Succus tithymalli, ſuccus rad. bryoniæ vſti, pterygia, glaucomata, & caligines detergũt, & rad. ipſa bryoniæ cocta & comeſta iuuat.

Rhaſis in 2. Cont. ad Sebel. R. aluminis, balauſtiarum, ſucci barbæ hircinæ, ſalis gemmæ, ſucci agreſtæ ana. deſiccentur, & fiat ſief cũ gummi Arabico, & collyrizetur cum eis, quia nullum inferũt dolorẽ.

De his quæ oculos glaucos mulierum faciunt nigros. Cap. VIII.

FLos hyoſcyami in vmbra ſiccatus, teratur cum vino auſtero, & vngantur oculi. Aut exprimatur ſuccus mali granati dulcis cum floribus & ſucco hyoſcyami, & ſtilletur in oculis: vel ſuccus ſolatri. Teſtæ auellanarum ſubtiliſſimè tritæ & impaſtatæ cum aqua, collyrizatę, oculos denigrant.

Ad Alinthiſar, egreſſum Vueæ, & Pupillæ dilatationem. Cap. IX.

ILla quę fit à natiuitate, nõ recipit curationem.

tionem. Quæ verò fit à ſiccitate, difficulter. Quãdo egreditur vuea ſine nocumẽto in viſu, fit à mollificatione muſculorũ retinentium neruum opticum. Si autem ſit cum nocumẽto viſus, mollificatio eſt in ipſo neruo optico.

In illa quæ fit à ſiccitate, conſtituatur bonum regimen in ſex rebus nõ naturalibus, & applicẽtur humectantia. Illa verò quæ fit ab humiditate, curatur phlebotomia cephalica primò, deinde venarũ lacrymalium & temporũ, fiãt purgationes debitæ, diuerſiones cum fricationibus, ventoſis, prouocatione hæmorrhoidum, aut menſtruorum ſi retineantur, aut alterius euacuationis conſuetæ. Debet adhiberi tolerantia famis, abſtinendum à vino, & ſeruandum debitum regimen. Sal gemmæ eſt melior medicina quæ poſſit inueniri ad dilatationem pupillæ ab humiditate. Dilatatio pupillæ, quomodocunq; contracta, ſemper nocet viſui, & fit ab humiditate, aut multitudine albuginei, aut à ſiccitate vueæ. Collyrium ex ſucco chelidoniæ & melle cõfert: aut ponere frequẽter in oculo aquã roſaceã, aut ſyrupũ roſaceum, aut fel perdicis cũ ſucco fœniculi, & parum ſalis ammoniaci. Confert etiam collyrium factum ex ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pitibus hirundinum combuſtis.

Cùm verò fit à percuſſione, à principio ſunt applicanda repercutientia, deinde apponatur emplaſtrum ex farina fabarum excorticatarum, & farina hordei, cum aqua foliorum ſalicis, aut ſuccoſitate quæ eſt inter lignum & corticem ſalicis. Emplaſtrum factum ex malis granatis, coctis in vino dulci, piſtatis, & ſuperpoſitis eſt magni iuuamenti, & mitigat dolorem. Similiter album oui cum oleo roſaceo cum cotto imponatur oculo. Sanguis columborum iuuenum, & humiditas quæ exprimitur à pennis, recenter extractis, ab ala pulli prædicti, & ſtatim immiſſa in oculum.

Emplaſtrum optimum. R. farinæ fabarum vnc.ij. thuris, acaciæ, roſarũ rub. ana vnc.s. cum albo oui fiat emplaſtrũ. Reprimit enim eminentiá pupillæ oculi. Folia rubi emplaſtrata, & fief ex ſucco eorum cum oſſibus dactylorũ cõbuſtis, & ſpica.

De conſtrictione pupillæ. Cap. x.

CONſtrictio pupillæ naturalis nõ nocet viſui. Quæ verò accidẽtaliter fit, aut ex tempore, nocet viſui. Hæc autem oritur ex ſiccitate aut paucitate humoris albuginei, item ex humiditate vueæ.

Quæ fit à paucitate aut ſiccitate humoris

moris albuginei, curatur cum humectãtibus. Confert igitur aqua tepida dulcis, vt oculi in ea aperiantur. Ponatur in oculos albumen oui & lac: embrocetur caput cum humectantibus decoctis in aqua, ſicut floribus violarum, & conſimilium. Immittatur naribus oleum de nenuphare, & de cucurbitis dulcibus.

Cùm verò fit ab humiditate vueæ. ℞ floris æris ammoniaci ana part. vnam & tertiam, aloes part. quinque, muſci medietatem vnius partis, fiat ex his collyriũ cum aqua roſacea. Conferunt etiam collyria quæ dicentur in cap. de Debilitate viſus, & de imaginibus oculorum.

De inuerſione & craßitie palpebrarum. Cap. XI.

AD inuerſionem palpebrarum cum craſſa carnoſitate, ſolenne experimentum & expertũ remedium: R. butyri recentis vnc. ij. coquantur in aceto cõtinuè deſpumãdo, & colatum permittatur, vt faciat reſidentiã. Qua facta, abiiciatur acetũ, & butyrum coquatur in vino albo paucifero, deſpumãdo vt ſuprà, vt faciat reſidentiã. Qua facta, abiiciatur vinũ album, & infundatur butyrũ in aqua roſacea, addendo tutiæ Alexandrinæ præparatæ in aqua roſacea drach. ij. antimonij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

præparati , marchesitæ præparatæ ana scrup.j.sacchari candidi,aloes hepatici ana scrup.s.fiat vnguentum, de quo extẽdatur q.s.supra vna petia subtili facta secundum formam palpebræ inuersæ, & incrassatæ, desuper applicando, ac omni die bis renouando.

Aliud. R. calcis extinctæ drach. iij. coperosæ drac.j.axungiæ porcinæ recentis q.s.fiat vnguentum,de quo applicetur vt suprà. Sola tutia Alexãdrina cum aloe & albo oui recentis conquassato & colato confecta, superapposita, curat. Gutta ammoniaci cum melle mista, attenuat grossitiem palpebrarum. Viride æris cõbustum vnà cum melle confectum,curat asperitatem & crassitiem palpebrarũ. Lapis hæmatites fricatus cum aqua super cotem confert. Colcotar tritum coctum cum melle,curat grossitiem asperitatem, & callositatem palpebrarum . Idem facit vitriolum tritum cum melle.

De pruritu palpebrarum, *Cap.* XII.

REmouetur pruritus palpebrarũ fricando eas cum foliis ficus.Idem remouet asperitatem & scabiem . Succus cæpæ exiccatus cum thure mistus remouet pruritum,qui fit à phlegmate salso in palpebris & oculis.Flos æris primò com

bustus

bustus, deinde squama æris combusta remouet pruritum palpebrarum.

De ordeolo. Cap. XIII.

IN curatione ordeoli conuenit fomentum cum aqua decoctionis ordei, vel cum cera alba calefacta cum corporibus muscarum, ablatis capitibus & alis, cum modico oleo sesamino. Nulla est melior res ad delendum ordeolum, quàm serapinum calefactum extensum super subtilissimo corio impositum, & dimissum. Ammoniacum cum medietate boracis confert. Formicæ etiam decapitatæ mistæ cum cera. Medulla ossium vituli cum oleo sesamino, & cera applicata, curat ordeolum, & palpebras induratas. Folia asphodelorum in vino cocta, & fæx vini cocta cum vino & croco confert. Nasturtium cum aqua salsa coctum & appositum curat ordeolum maturum. Idem facit vitriolum cum melle vel cera impastatum.

De pediculis palpebrarum. Cap. XIIII.

FRicentur aut epithementur palpebræ cum aqua maris, vel aqua salsa, aut sulfurea: aut ex aceto scillitico cum alumine & aloe, liniendo ex eis pilos palpebrarum: aut cum aceto scillitico & baurach.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De rubedine palpebrarum chronica cum scabie, dolore, lacrymis, & inflammatione, experimentum solenne. Cap. XV.

Recip. tutiæ Alexandrinæ bonæ vnc. iiij. ablue eam septies in aqua frigida, postea puluerizetur, & scindatur pomum citonium magnum, & bene maturum in quatuor partes, & inter singulum interuallum pone vnc. j. de ipsa tutia, & stringe citoniũ in pasta cum stupis madefactis decenter ligando. Postea pone pomum in furno, donec sit bene coctũ. Sequenti die remoue tutiam à citonio, & ablue septies vt suprà, & fac sic vsque ad septem citonia. Et quum extraxeris eam de septimo citonio, infunde eam in aceto albo, deinde exiccetur & puluerizetur subtilissimè, & infundatur in aqua rosacea per tres dies & noctes in vase mundissimo & cooperto, ipsam sæpe agitando & mouendo: deinde permitte eam exiccari, & iterum puluerizetur super marmore, donec fiat sicut atomi, & seruabis eam in vase bene mundo. Modus administrandi hunc puluerem est, vt habeas stylum argenteum maioris lõgitudinis quàm sit digitus medius, aliqualiter minoris crassitiei quàm stylus chirurg

rurgicorum, qui fricetur fortiter cum pãno finiſſimo, & ſtatim poſt fricationem ponatur in ipſum puluerem, reuoluendo ſtylum in eo, & aperto oculo ponatur pars ſtyli propinquior manui tenenti ex transuerſo in oculo, & clauſo ſtylo inter palpebras trahat artifex ſtylũ verſus partem ſylueſtrem oculi, vt puluis qui adhęrebat ſtylo, remaneat in ipſis clauſis palpebris, & reiteretur ter aut quater in die. Eſt enim mirabile ad præmiſſa.

De curatione lacrymarum fluentium ad oculos. Cap. XVI.

COmburantur oſſa myrobalanorum nigrorum & emblicorum, & gallæ terantur cum eis, & cribrentur per pannũ ſericum, & ponantur in aqua roſacea, & ex ea ſtilletur in oculis. Aut pone myrobalanos citrinos per tres dies in aqua roſacea, deinde cola, & in colatura infundatur antimonium pulverizatũ, prius tamẽ per tres dies ablutũ, deinde iterum cola, & exiccetur, & fiat puluis ſubtiliſſimus, & ponatur cum aqua roſacea vt ſuprà.

Attrahere ſuccum foliorum oliuarum per nares, ſiſtit lacrymas. Folia populi viridia cocta in aceto ſuper frontem poſita, ſiſtunt fluxum humorum ad oculos. Impaſtetur vnus myrobalanus chebulus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& ponatur ſuper tegula ignita, donec paſta rubeat, & cortex ipſius ſine paſta pulueriżetur ſubtiliſſimè cum ſcrup.s. croci, & ponatur in collyrio cum aqua roſacea, vel prunellorum ſylueſtrium. Thus linitum cum albo oui ſuper fronte poſitum ſiſtit lacrymas. Fumus qui eleuatur à ligno pini dum comburitur, collectus, & in oculis poſitus, ſiſtit lacrymas. Humiditas quæ exit à limaciis, quando viuæ perforantur cum ſtylo ferreo, miſta cum olibano in ſpiſſitudine ſicut mel, conuenit: ſi ex eo liniatur frons & tempora, coercet humores, ne ad oculos fluant. Pſylium tritum in aqua roſacea infuſum, donec inſpiſſetur, fronti & temporibus applicatum, & ſuper oculos, lacrymas ſiſtit. Lignum ebenum confricatum infuſum in aqua roſacea, donec diſſoluatur, colatum, colatura in oculos immiſſa, ſiſtit lacrymas ad oculos defluentes, & aufert quod eſt coram pupilla impediens viſum, & confert vlceribus oculorum, & abſcindit antiquum curſum humorum ad eos. Comburitur etiam lignum ipſum in vaſe paruo crudo, donec vertatur in cinerem, & lauetur cinis, ſicut lauatur plumbum, & ſubtiliſſimè poſt exiccationem pulueriżetur, & de eo ſicut eſt, aut

in col

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in collyrio, ponatur in oculum. Aqua fra gorum optima eſt.

Collyrium ſingulare ad ſiſtendum lacrymas.

R. myrrhæ drach. s. lapidis hæmatitis vel ſanguinalis confricati ſuper cotem drachm. j. myrobalanorum citrinorum ſcrup. j. ſucci extremitatum molliorum ru bi, ſucci extremitatum arboris roſarum ana. vnc. ij. puluerizatis ſubtiliſſimè pul-uerizandis, ligentur in parua petia rara & bene munda, & infundantur in ſuccis prædictis, & ponantur in ampulla vitrea ſtricti orificij decenter obturati, & bul-liant in vaſe aqua pleno ad conſumptio-nem medietatis, deinde colentur, & de colatura frigida ponatur in oculis gutta vna pro vice bis vel ter in die, liniendo frontem & tempora in ſero cum ſucco roſarum. Flores labruſcæ combuſti in collyrio poſiti ſunt optimi. Pannus lineus infuſus in mucilagine pſyllij ponatur ſu-per oculis lacrymoſis, & ſanabuntur. Si grauentur oculi ſanguine, aut lacrymis calidis, impone ſuccum extremitatum rubi cum albo oui, & cum cotto carmi-nato in eis infuſo, ſuperligetur, & ſana-buntur. Succus morſus gallinæ cum ſuc-co extremitatum rubi & albo oui, tollit lacrymas, albugines, & ſanguinem in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

oculo immiſſum. Chryſocolla ſeu borax in collyrio poſitus, lacrymas compeſcit. Idem facit crocus circa oculos linitus. Ablutio oculorum ex decoctione ſerpylli, betonicæ, & rad. fœniculi ſiccarũ, exiccat lacrymas. Aqua in qua infuſum fuerit pſyllium vna nocte, interius vel exterius appoſita, citò lacrymas cũ ardore & pruritu compeſcit, ſiccat, & ſanat. Vua acerba cremata in olla rudi pulucrizata & cribellata per pannum ſubtilem, oculo impoſita, ruborem & lacrymas tollit. Etiam pompholyx lota in collyrio poſita, ſimiliter curat: eſt enim ſicca & leuiſſima medicina.

De inflatione palpebrarum antiqua.

Cap. XVII.

AD inflationem palpebrarum inueteratã. R. mellis puri, aloes hepatici ana vnc. j. myrrhæ vnc. s. croci drach. j. nucis cupreſſi, gallarum quercus ana drach. ij. cymini drach. j. s. contuſis contundendis coquantur in lib. ij. aquæ ad conſumptionem medietatis, & in ea decenter calida infundatur parua ſpongia noua prius abluta & exiccata, quæ expreſſa, & in ſubtili petia inuoluta, ligetur ſuper inflationẽ palpebrarũ, & ſuper oculum clauſum in ſero, quãdo itur dormitum.

tum. Hoc medicamentum composui pro vna nobili muliere Taurini sexagenaria, quæ habebat palpebras, tam superiores quàm inferiores deformiter inflatas, sicut est inflatio hydropicorum, iam multis annis elapsis, & hoc remedio fuit breui tempore sanitati restituta, nullo inflationis vestigio relicto. In aliis etiã idem probaui, semper tamen decenti facta purgatione.

De casu pilorum Palpebrarum. Cap. XVIII.

LApis lazuli subtilissimè tritus & ablutus facit nasci pilos in palpebris applicatus. Spica nardi, & fumus qui eleuatur à ligno pini, quando comburitur, & fumus olibani, & fumus myrrhę, terebinthinæ, & styracis, collecti & applicati, faciunt nasci pilos in palpebris. Sed fumus styracis est fortior. Fumus picis & kitram sunt optimi, quando cum duritie palpebrarum cadunt pili, & cum rubedine & pruritu.

De curatione pilorum Palpebrarum, quando nascuntur distorti. Cap. XIX.

TAngere radices pilorũ cum viscositate carnis limaciarum cum stylo vel acu, rectificat eos decenter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De rectificatione superciliorum pilosorum. *Cap.* XX.

ORiganum combure, tere & appone, prius pilis superfluis auulsis.

Aliud. Lacertam viridem coque in oleo, & inunge. Aut laureolæ radicem misce cum sanguine ranæ, & inunge euulsis pilis.

De curatione casus superciliorum. *Cap.* XXI.

REc. ossium dactylorum combustorum drach. iij. spicæ nardi drach. ij. tere & vtere, fricando supercilia. Valet etiam spica sola.

Aliud. R. antimonij assi, piperis ana drach. j. spicæ drach. iij. tere & vtere vt suprà. Lapis lazuli tritus & ablutus, postea tritus & fricatus, facit nasci pilos superciliorum & palpebrarum.

Ad casum superciliorum & barbæ. R. Hyoscyami drac. ij. stercoris muris drac. j. polytrichi drach. ij. olei irini q. s. tere & misce cum oleo, & præfomentando vnge.

Aliud. Auellanas combure & commisce cum adipe vrsi & capræ, & vnge. Aut cum spolio serpẽtis, misto cum oleo vel adipe vt suprà. Aut cum nigella in aqua dissoluta, quæ est mirabilis proprietatis in superciliis. Aut cum nigella combusta, & adipe hœdi. Conuenit etiã linitio cum

oleo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

oleo frictionis plumbi. Vrantur duæ nuces eo modo quo possunt vri, & terãtur: deinde R. ossium dactylorum vstorum aur. vnum, piperis g. xv. confice cum oleo rosaceo, & vnge. Vnguentum ex adipe vrsi, oleo, & hepate asini combusto, facit renasci pilos superciliorum. Vide quæ scripta sunt in cap. de Alopecia.

De gesse palpebrarum. *Cap.* XXII.

GEsse est impotentia aperiendi palpebras, quando sunt clausę, & eas claudendi, quando sunt apertæ.

Factis debitis purgationibus, vaporentur cum decoctione fœnigræci & seminis lini, & pone eorum mucilagines in oculis, & super eos pone album oui conquassatum cum oleo rosaceo.

De visus debilitate ex descensu aquæ in oculos, suffusionibus & cataractis. *Cap.* XXIII.

QVãdo visus deficit, & oculus in sua dispositione consistit, siquidem nocumentum est in aliis sensibus, morbus est in cerebro. Si non est, nocumentum erit in neruis opticis. Cuius signum est, quia compresso oculo sano, pupilla infirmi non dilatatur. Quod si nocumentum sit in ambobus, compressa pupilla vnius oculi clausum cum digito, pupil-

la alterius non dilatatur, propter oppilationem neruorum, quæ prohibet spiritū visiuum transire à cerebro ad oculum.

Electuarium singulare & expertum ad debilitatem visus, & ad principum descensus aquæ in oculos. R. sem. fœniculi, chamædryos ana. drach. vj. rad. chelidoniæ vnc. j. euphragiæ drach. vij. sileris montani drach. v. sem. apij, petroselini, iuniperi, saxifragiæ ana. drach. j. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, de quo detur quantitas auellanæ pro vice ante somnum, factis debitis purgationibus.

Aliud quod dicitur Colocynthidis, laxat humores aquosos, phlegma & melancholiam, cui non est simile in acuendo visu. R. colocynthidis præparatæ, scillæ assatæ, asari, triumpiperum ana. aur. vij. spicæ rom. sem. apij, anisi, & fœniculi, carpobalsami, eupatorij, croci ana. aur. ij. chamædryos, chamæpityos, aristol. rotundæ, gentianæ ana drach. vj. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ. Reponatur in vase vitreato, & sepeliatur in ordeo per sex menses. Eius dosis est à drac. ij. ad drach. iij. manè.

Aliud

Aliud mirabilis operationis, ad principium descensus aquæ in oculum, expertum, & velocis operationis. R. spicæ nardi drach. x. cinnamomi electi drach. viij. agarici albi drach. ix. mastichis ad pondus omnium. Trita & cribellata conficiantur cum melle optimè despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ. Eius dosis est drach. ij. omni die, & est mirabile.

Aliud ad descensum aquæ in oculum, vertiginem, ischyaticam, squinantiam, morsum canis rabidi, & ad omnes ægritudines phlegmaticas & melancholicas. R. epithymi aur. x. scammoneæ, prassij, stœchados, myrrhæ, ellebori nigri ana. aur. iiij. scillæ assatæ, euphorbij, aloes, gentianæ, croci, petroselini, ammoniaci, opopanacis ana. aur. j. polij montani, cinnamomi, spicæ, serapini, florum squinanthi, calamenthi fluuialis, aristol. longæ ana. aur. ij. resolutis gũmis in vino boni odoris, terantur reliqua, & cribellentur, & omnia cum melle conficiantur optimè despumato, fiatque electuarium in forma opiatæ, quod reponatur in vase vitreato, & seruetur, donec fermentetur, cuius dosis sit à drach. j. vsque ad drach. iij. pro vice.

Hiera ex inuentione Mesue valet ad obscuritatem visus, & crassam ventositatem

tē capitis,ſtomachi,& totius corporis,& ad educendū ſuperfluitates vtriuſq; cholerę & phlegmatis. Doſis eſt vnius aurei.

Raſis electuarium primo Cont. R. zingib. acori, hierę picrę ana vnc.s. aſſę fœtidę vnc.ij. trita impaſtētur cum ſucco fœniculi & melle inuicē coctis cum aqua decoctionis ſeminis fœniculi donec debitā formam ſyrupi recipiat. Detur de eo omni die magnitudo auellanę pro vice, manè per horas tres ante cibum. Valet ad principium cataractę, dilatationem pupillę,& viſus obſcuritatem.

Vinum decoctionis tormentillę quotidie bibitum ſine alio potu,& herba cocta ſuper oculum nocte emplaſtrata, in ſpatio trium mēſium viſum reſtituit. Fel lupi, & fel leporis, cum ſucco marrubij, delent maculas & cataractam. Pinguedo piſcis fluuialis cum melle diſſoluta & col lyrizata, acuit viſum. Serapinum etiam cum ſucco rutę optimum eſt. Fructus arboris populi cum melle in collyrio poſitus. Rubea tinctorum acuit viſum, & diſſoluit ſuperfluitates coagulatas in oculis, & gummi ceraſorum abſtergit viſus obſcuritatem. Idem facit ſuccus cucumeris aſinini,& meliſſę. Succus fœniculi cum quarta parte mellis bulliat ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mellis ſpiſſitudinem, & ponatur parum pro vice in oculis.

Collyrium acuens viſum & oculi ſanitatem cuſtodiens. R. ſucci fœniculi vnc. vj. ſucci rutæ vnc. iij. mellis puri & electi vnc. ij. ponantur in ampulla vitrea ſtricti orificij & obturati, & ſuſpendatur in ſole per tres menſes, & abiecta fæce ponatur parum in oculis pro vice.

Fel teſtudinis nemoreę cum melle miſtum ſuper leuem ignem ſine fumo bullitum, caliginem tollit, & cataractas venturas prohibet. Idem facit theriaca cum melle miſta. Adeps vrſinus cum æquali pondere cedriæ, melle optimo, & oleo veteri miſtus curat ſuffuſiones oculorum, caligines, & obtuſiones. Succus cyclaminis cum melle miſtus vnctus, detegit ſuffuſiones. Succus meliſſæ cum pauco opopanacis, & folia ſcabioſæ applicata, & ſuccus praſſij cum melle, ſuffuſiones detegunt.

Ad deſcenſum aquæ in oculum, & obſcuritatem viſus R. ſerapini drach. j. ſacchari albi drach. ij. diſſolue cum vnc. j. ſucci chelidoniæ, & ſtilletur parum pro vice in oculum cum lacte mulieris. Succus radicis aſari, & ſuccus marrubij exiccatus cum melle adminiſtrati, acuunt viſum.

Gummi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Gummi oliuarum agreſtium abſtergit ſordes oculi, confert obſcuritati viſus, delet vlcera, albugines, cicatrices corneæ, & telam. Vſus rutæ, euphragiæ, ſatureiæ, cum raphano, cinnamomo, zingibere, & nuce muſcata, origano, meliſſa & pipere in cibariis, vſusque granorum ſerpentariæ, & fœniculi confert ad acuendum viſum. Spargere ſuper caput puluerem roris marini, & dimittere per tres dies, deinde abluere caput, conuenit oculis, quos infeſtant humiditates. Puluis ſubtiliſſimus ex eo cum melle confectus, conuenit aquæ deſcendenti in oculum. Item fel turdi, & ſuccus qui reperitur inter corticem & lignum ſalicis tempore veris, quando ſalices florent, in oculis poſitus, non habet ſibi ſimilem ad omnem viſus obſcuritatem, & omnem pupillæ perturbationẽ, exiccat enim abſque vlla mordicatione.

Raſis ſecundo Continentis dicit: Dixit Scheer: Cum paſſus ſum debilitatem viſus, compoſui hoc collyrium pro acuitate viſus mei, & profuit valde. Compreſſi granatum, & extraxi ſuccum, quem feci bullire ad medium ſuper ignem: deinde addidi mellis deſpumati, quantum dimidia pars ſucci cocti, & iterum feci bulli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

re, vſque ad perfectam miſtionem, & po
ſui ad ſolem per viginti dies, poſtea ex
eo collyrizaui, & viſus meus effectus eſt
valde acutus.

Aliud. ℞. ſucci granatorum aceto-
ſorum, ſuc. fœniculi, fellis vaccini, mellis
ana deſpumentur ad ignem, colentur, &
imponantur in oculis.

Panis ordeaceus ſicut de furno extra-
hitur, ſcindatur per medium, ſparge ſu-
per ipſum puluerem carui, & calidum te-
ne ante oculos intuendo in eum: clarifi-
cat viſum mirabiliter. Caputpurgium ex
ſucco cyclaminis valet ad debilitatem vi
ſus, & deſcenſum aquæ in oculos. Fiat e-
tiam collyrium cum felle galli cum aqua
fœniculi infuſo croco: aut cum pipere,
aniſo, & pulegio ſylueſtri. Quando acci-
dit debilitas viſus conualeſcentibus, cu-
ra eſt vt patiens inclinet ſe ſuper aquam
calidam, recipiens eius vaporem oculis
apertis, & ambulet per loca viridia her-
barum & arborum ex Oribaſio. Raſis 2.
Cont. in conualeſcente, qui omnino vi-
ſum amiſerat, non immutatis oculis, em
brocauit caput cum oleo violaceo, & ex
eo inſtillauit in oculis, & eſt ei reſtitutus
viſus. Cum verò debilitas viſus eſt pro-
pter oppilationem neruorum optico-

rum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

opticorum, conficiatur basilicon cum ære combusto, chalcantho, viridi æris, pipere, zingibere, & spica, mistis cum succo fœniculi, addatur parum caphuræ, & applicetur super oculum.

Animaduertendum, quòd his nõ vtimur tempore multum calido, nec capite multum repleto. Post istorũ vsum ponendum est lac in oculis, & calefaciendi oculi cum spongia in aqua decenter calida infusa, vt dolor & punctio mitigentur.

De Imaginibus quæ apparent ante oculos. *Cap.* XXIIII.

QVando imagines proueniunt à vitio stomachi, sunt æquales in ambobus oculis. Venæ enim & arteriæ quæ sunt in secũdo panniculo cerebri, descendũt simul cum neruis opticis ad oculos, & portant fumum à stomacho ad cerebrum ascendentem ad oculos, qui est sicut fumus olei in lucerna, & causat imagines: vt dicit Gal. 4. de Locis affect. cap. 1. Quando autem fiunt à descensu aquæ in oculum, & indicant cataractam, non sunt æquales in ambobus oculis. Quando verò fiunt propter siccitatem & consumptionem, apparent sicut cimices & pili coram oculis, & oculus apparet minor & siccior. Aliquando fiunt ab acuitate sen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

te ſenſus, aliquando ex craſſitate diuiſionis humoris cryſtallini.

Collyrium ad imagines oculorum. R. fellis piſcis ſabor, id eſt, lucij, fellis piſcis ſturionis fluuialis recentis ana vnc. s. aquarum fœniculi, chelidoniæ, maioranæ ana vnc. j. antimonij præparati ſubtiliſſimè puluerizati ſcrup. j. ligni aloes, ſeminis rutæ, margaritarum ana ſcrup. s. vini maluatici vnc. j. puluerizentur ſubtiliſſimè puluerizanda, & ſimul ponantur in vaſe vitreo obturato orificio cum argilla, & exponantur ſoli per viginti dies. De eo actu frigido ponatur in oculum bis in die, manè ſcilicet & ſero, tenendo ſtatim poſt oculum clauſum per tertiam partem horæ vel circa.

Aliud. R. ſucci fœniculi, rutæ, roriſmarini depuratorum añ. vnc. j. ligni aloes ſcrup. j. ſalis gemmæ ſcrup. s. puluerizatis ſubtiliſſimè puluerizandis, miſceantur & collyrizentur cum eo.

Aliud. R. Cinnamomi electi vnc. j. piperis longi vnc. j. s. piperis albi vnc. s. croci drac. ij. zingiberis electi, cardamomi maioris añ. drac. j. s. euphragię drac. ij. fiat puluis, de quo ponatur parum pro vice ſuper commiſſura coronali, quando vadit dormitũ: mane verò per frictionẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

capitis leuẽ & pectinationẽ abstergatur.

Odoret sæpe rutam, & comedat de ea, & de euphragia in cibis suis. Liquor qui è salicibus tempore veris, quando emittunt flores, inciso cortice, emanat, aut posito ramo super ignem, ex loco inciso profluit, immissus oculis mirificè prodest.

De Nyctalope. *Caput* XXV.

NYctalops est, quando quis nõ videt post solis occasum. Assa hepar hirci, & vnge oculum liquore, qui ab ipso fluit: iuuat enim duodecies vnctus. Aut ponatur hepar hirci super carbones, postea incidatur in multas incisiones, aspergendo sale ammoniaco, & colligatur humiditas ab illo exiens, & de ea ponatur in oculos. Aut fiat collyrium ex vnciis iiij. succi fœniculi depurati & decocti, fellis hirci, mellis ana vnc. j. Vsus euphragiæ, fœniculi, betarum albarum, nucis muscatæ, myrobalanorum chebulorum conditorum, & similium est vtilis. Spodium quantitate lentis dissolutum cum oleo violaceo, naribus instillatum, curat eum, qui non videt stellas neque lunam in nocte. Rasis 2. Cont. refert de Abibabimasser, qui hac medicina vsus, ea nocte vidit lunam & stellas melius solito, & tertia die visum recuperauit.

De Al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De Algaras, siue de fistula in angulo lacrymali. Cap. XXVI.

AEgilops appellatur, antequam rumpatur. Ægilops auena est, cuius farina cum florib. labruscæ cataplasmata à principio, quãdo apparere incipit, sanat. Similiter memite cum succo parietariæ & croco mistus, appositus, & frequenter mutatus, curat.

Aliud. Conchulas cum ostracis tere cum myrrha & aloe, & impone. Rizum in cataplasmate applicatum est optimum. Cataplasma ex parietaria, portulaca cum olibano simul masticata à ieiuno & apposita conuenit.

Aliud, quo non solùm incipientes, sed etiam disruptas cum mala temperie circundante, in modico tempore curatas vidi, foramine etiam ad os perueniente, vnà cum inflatione.

R. Mellis puri, aloes hepatici, ana vnc. ij. myrrhæ vnc. j. croci drac. s. aquæ lib. ij. coquantur lento igne ad consumptionẽ medietatis, & in ea decoctione actũ calida infundatur parua spongia noua, quę expressa & in subtili petia bene munda inuoluta, ligetur desuper, & videbis mirabilem effectum, sicut ego sæpe expertus sum.

Fumus picis collectus & applicatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bonum facit marginem oculi. Succus plantaginis cum cotto imbibitus ſuperligatus ſanat. Quando verò ſunt diſrupti ægilopes,& foramen penetrat ad os:Raſis 2.Cont.facit vnguẽtum ex oleo,vino, & lithargyro, coctis ad perfectam coctionem, ponendo vnc. iij. lythargyrij, auripigmenti vnc.j. mouendo cum ſpatula ne aduratur. Valet ad fiſtulam oculi, diſſoluens omnem duritiem, putredinẽ, & inflationem. Quando apparet eminẽtia, ligare pilam deſuper per tres dies, eſt cura ſufficiens, inquit Oribaſius. Quando eſt apoſtema in lacrymali, applica ſerapinum cum aceto diſſolutum. Chamæmelum cataplaſmatum curat apoſtema in lacrymali ſparſum à principio.

Inquit Raſis, quòd quando hæc apoſtemata ſunt aperta, curantur cum nuce rancida & enula. Cùm verò penetrant,& orificium eſt apertum, & penetrat, fiat hoc vnguentum: R.gũmi Arabici drac.j. myrrhæ drac.iij.confice cum fello vaccino, & imple ex eo orificium, nec remoueatur donec ſanetur.

Aliud. R.Succi foliorum lilij vel radicum eius vnc.iiij viridis æris vſti vnc.j. mellis puri vnc.iij.olei nucum, ceræ q. s. coquantur omnia ad conſumptionem

ſucci,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſucci,& fiat vnguentum, de quo ponatur cum licinio,aut tenta vt decet.

Quando per præmiſſa non ſanatur, & tangendo cum ſtylo tangitur os diſcoopertum,tunc nullum eſt ſecurius remedium, quàm cauterium actuale per cannulam ex ære vel argento factam, per quam intromittatur cauterium factum ex ferro cum capite rotundo in extremitate, & cooperiatur oculus, vt defendatur ab offenſione cauterij, ſuper quem ponatur album oui recentis, & imponatur prædictum cauterium bis aut ter cõprimendo ſuper os, deinde appone butyrum ſuper ſummitate tentæ, donec ſit eſchara remota, mox curabis cura fiſtularum & vlcerum,ſicut dicetur loco ſuo. Poſt cauterium applicatur vnguentum, quod nõ ſolùm fiſtulam lacrymalem curat,ſed etiam alias omnes.

℞.centaurij minoris, ariſtol. rot. ana aur.j.myrrhæ aur.iij.aluminis, gallæ ana aur.s.ireos,ſarcocollæ, ſief memitæ ana aur.j. viridis æris ſcrup.j. conficiantur cũ melle, & fiat vnguentum. Ego operatus ſum cum cauterio vt ſuprà pluribus vicibus, & Dei gratia ſemper mihi bene ſucceſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER IIII DE AFFECTIBUS aurium.

De Dolore auris. *Cap. 1.*

DOlor fit à mala temperie simplici, aut cum materia, aut ab apostemate, aut ab vlcere, aut à percussione. Quando fit à nuda intemperie, cũ dolore nõ adest grauitas, neque præcessit regimen faciens repletionem. In intemperie calida, cũ dolore adest rubedo & pulsatio, & persentitur caliditas ad tactum. Contraria sunt in intẽperie frigida. Cura doloris ab intemperie calida est, vt auri instilletur succus solatri, cũ lacte, albo oui, & oleo rosaceo tepido. Aut instilla succum mali granati, aut lactucæ, aut parietariæ, vel plantaginis, & consimiles. Aut coquantur flores salicum cum aceto & oleo rosaceo, & tepidi instillentur. Oleum ex decoctione vermium. Aut instilla succum mandragoræ vel hyoscyami cum oleo rosaceo aut communi tepido. Quòd si dolor sit intensus, instilletur lac, oleum rosaceum, album oui vnà cum pauco opio, omnia ad inuicem mista & conquassata.

Si dolor fiat ab intemperie frigida, perforetur cæpa in medio, & repleatur foramen

foramen oleo cum pauco euphorbio & pipere, demum coquatur ſuper prunas, & de oleo colato inſtilletur in aurẽ tepidè. Aut diſſoluatur gutta caſtorei cum oleo, & tepidum inſtilletur. Succus marrubij tepidus inſtillatus tollit dolorem auris antiquum, aperit oppilationes, & mundificat meatus auditus. Oleum etiam irinum bonum eſt. Sacculi cum panico, floribus chamæmeli, meliloti, origani, & huiuſmodi conferunt. Oleum de ſinapi, in quo ſint decocta aſſa, zingiber, & ſampſuchus, inſtilletur. Quòd ſi prædicti dolores pouenianit ab intemperie cum materia, tunc prius eſt materia euacuanda, demum alteranda, vt dictum eſt. Cùm verò dolor cauſatur ab apoſtemate intrinſeco, aut eſt calidum, aut eſt frigidũ. Factis igitur debitis euacuationibus, per phlebo tomiam, & ventris ſolutionem, conſiderãda eſt qualitas doloris. Nam ſi dolor eſt pulſatiuus, acutus, vnà cum aliis ſignis caliditatis, tunc in aure eſt inſtillãdum (præmiſſis vniuerſalib.) lac mulieris cum albo oui, & cum aliis ſuperius enarratis.

Confert etiam adeps anatis guttatim, & tepidus in aurem inſtillatus. Coquatur granatum dulce in vino, & tritum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſeu contuſum emplaſtretur. Aut coquantur lentes in aqua,piſtentur, & applicentur ſolæ, aut cum pauco croco aut opio. Aut inſtilletur oleum roſaceum vel violaceum tepidé. Cùm dolor creſcit & pulſatio, mittatur panis in lacte,& leuiter coquatur,& applicetur. Si verò ſit apoſtema frigidum, accipe partem internam allij, quæ eſt in forma amygdali,tere cũ oleo, in cochleari ferreo aut æreo calefac, & infunde oleum tepidum.

Aliud. Fac bullire lanam ſuccidam in oleo irino & aceto, & infundatur tepidè in aurem, vnà cum ipſa lana.

Cùm dolor eſt ab apoſtemate, vnguẽtum baſilicon eſt optimum. Emplaſtrum factũ cũ farina fœnigræci,& ſeminis lini, cũ decoctione papaueris, eſt valde vtile.

Quòd ſi dolor ſit à materia, quæ non cauſet apoſtema,purgetur,& applicentur localia ſuperius ordinata,ſcilicet in principio capitis. De dolore ab vlcere proueniente ſuo loco dicetur.

Si dolor fiat à percuſſione,thus album cum lacte mulieris infundatur, donec diſſoluatur, & guttatim diſtilletur tepidè in aurem: nam ſtatim dolorem mitigat.

De Auribus doloroſis & ſaniẽ manantibus. Cap. II.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

CVrantur ſucco porri & melle inuicē bullitis, parum de eis in aurem tepide infundendo. Valet etiam medulla vituli inſtillata. Coque ſcoriam ferri in aceto forti, cola & inſtilla tepide. Lacertę paruæ liquefiant in oleo puro, & inſtilletur tepidum. Vel inſtilla memitam, vel cedriam. Trochiſci Andronis deſcripti à Gal. in 5. de Compoſ. per genera, diſſoluti cum aceto, aurem exterius vngendo, optimi ſunt. Succus virgæ paſtoris inſtillatus tepidus, dolorem & saniem curat. Thus cum vino remouet carnem mortuam, & generat viuam immiſſum. Tere gallas, liga in panno, coque in vino, & infunde vinum calidum, ſtatim aufert dolorem. Succus polygoni tepidus in aurem immiſſus ſanat aures vlceratas, & ſaniem manantes. Item caſtorei drach. ij. aluminis ſciſſi, croci, myrrhæ, olibani ana drac. j. miſce cum ſapa vini, aut oleo myrtino, & infunde, in recentibus cum vino & melle, in diuturnis cum melle tantùm. Curantur vlcera aurium per fortes laxationes & diuerſiones ad nares per caputpurgia.

Vnguentum ſolenne. ℞. ſanguinis draconis, ſarcocollæ, ſpumæ maris, baurach, ammoniaci, thuris, myrrhæ, ſief memi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tæ ana. lauetur ſæpe auris cum aceto aut vino calido, poſtea impone medicamentum in aurem cum vino miſtum & ſuperponatur ei bombax, & hoc fiat bis in die, & ſanabitur. Corrodit enim ſaniem, & generat carnem bonam. Succus fœniculi immiſſus curat ſaniem & vermes. Sanant etiam pus auris, ſcabioſa & myrtus.

Si fortioribus egeat, ærugo æris ſubtiliſſimè trita, cum aceto ad mellis ſpiſſitudinem cocta, vel cum ſtercore columbino, vel cortice thuris conueniet. Sarcocolla itidem, ſanguis draconis, ſpuma maris, baurach cum tenta intincta in eis, vel aliquo ipſorum cum melle aſperſo puluere, prius tamen abluendo aurem aceto aut vino calido. Agreſta cum vino dulci & melle cocta immiſſa curat. Folia oliuarum cocta & piſtata cum melle & aqua decocta ad mellis ſpiſſitudinem, cum bona expreſſione colentur, de colatura tepida inſtilletur in aurem, optimè mundat ſaniem.

De his quæ ſordes ab Auribus extrahunt. Caput XII.

FAc licinium, aſperge oleo roſaceo & aceto, aurique impone.

Aliud. Nitrum coctum pone in aurẽ, ſuperinſtilla acetum tepidum, impone

lanam,& dimitte per totam noctem,manè verò ablue cũ oleo calido. Item cordumenum & baurach cum ficubus albis conueniũt. Succus dragonteæ cum melle instillatus in aurem,tollit dolores,sordes & vlcera aurium abstergit.

De sonitu,tinnitu,& sibilo aurium.

Cap. IIII.

SI proueniat ab acumine,aut teneritate sensus, cognoscitur primò, quia modicus : secundò,quòd modicè augetur:tertiò, si post gargarismata & masticatoria non diminuitur. Cùm æger est acuti sensus,tunc curatur,imponendo in aurem guttatim succum hyoscyami tepidum cum oleo rosaceo, aut hyoscyamũ & castoreum cum aceto. Cùm verò tinnitus fit ab ægritudine,tunc fomẽta primùm cum decoctione absinthij, postea infunde acetũ cum oleo rosaceo tepidè.

Quòd si fiat à crassa ventositate, seu vapore,tunc cedriam cum melle,aut succo hyssopi tepidè in aurem instilla. Adeps vulpis, aut oleum nardinum, aut cassia lignea, cum oleo rosaceo, aut aloe cum vino & melle, facta prius consistentia,sicut gluten : aut ruta cum melle rosaceo, & aceto : aut acetum tepidum & acerrimum solum instillatum.

Confert

Confert etiam fomentatio cum foliis ebuli coctis in vino. Suffumigium ex aceto, vt fumus recipiatur in aurem, confert tinnitui, & difficultati auditus, occidens vermes. Suffumigium ex hyssopo & ficubus, vt suprà, decoctis, fumigãdo cõfert.

Aliud. R. succi bryoniæ, mellis, ellebori albi, olei rosacei ana. misce optimè, & tepidè instilla. Mel cum sale trito impositum curat tinnitum. Succus sampsuchi tepidus cum lana vel cotto auri impositus aperit oppilationem auris. Similiter oleum eius, & aqua ipsius. Dissolue parum castorei cum oleo nardino, & tepidè impone. Aut oleum amygdal. amararum, aut irinum cum aceto tepidè instilla. Mentha cum melle cocta super aurem calida applicata, per totam noctẽ dimissa, tinnitum & sibilum tollit.

Aliud quod valet ad tinnitum & surditatem. R. ellebori albi, castorei, nitri, croci, ana drach. j. mellis, aceti ana vnc. j. coquantur lentissimo igne, donec acquirãt mellis spissitudinem, & cum tenta vel licinio in eis immerso tepidè imponãtur.

Aliud. R. caryophyllorum masculorum drachmam semissem. musci g. iij. cum aqua maioranæ & vino confice, & calidè in aurem stilla. Nitrum cum aceto &

to & aqua diſſolutum & inſtillatum confert. Item fel tauri, aqua porrorũ, ſuccus baccarum lauri cum vino & oleo roſaceo optimus eſt.

De extractione aquæ cadentis in aurem. Cap. V.

ACcipiatur virga iunci naſcẽtis in fluminibus (eſt autẽ planta triãgulata) & inuoluatur vna eius extremitas cũ cotto, & liniatur oleo: alia autem extremitas ponatur in aurẽ quãtum poteſt ingredi. Poſtea incendatur alia extremitas cotto inuoluta. Quãto enim plus comburitur, tanto magis cadit aqua de aure. Iteretur ergo illud, donec tota aqua egrediatur.

De extrahendis vermibus ex aure. Cap. VI.

OLeum de nucleis Perſicorùm occidit vermes, dolorem ſedando. Accipe liquoris emanantis à carne vaccina cùm aſſatur, & permiſce cum aquæ marrubij, & ſtilletur in aurem tepidè, deinde ponatur extremitas cannulæ in aurem præparata, vt ingredi poſſit, & ſugatur alia extremitas forti ſuctione, & egredientur vermes. Fomentatio ex foliis ebuli coctis in vino, optima eſt ad vermes enecandos. Succus virgæ paſtoris, & ſuccus parietariç cum modico pulueris ellebori

nigri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nigri ſtatim vermes interficit. Idem facit ſuccus abſinthij inſtillatus. Puluis corticũ radicis capparorũ coquatur in oleo, & coletur, & de oleo tepido ponatur in aurem. Occidit enim vermes, & valet cõtra ſurditatem.

De curandis aurium tuberoſitatibus.

Cap. VII.

REmouet tuberoſitatem aurium herba aron bullita in vino, & oleo cõmuni addito cymino pro emplaſtro.

Ad carnoſitates ſuperfluas, quæ naſcuntur in auribus. R. ærug. æris, ſquammæ æris ana drach. iiij. mellis vnc. iiij. s. ſubtiliſſimè trita coquantur cum ipſo melle, quouſque rubeum fiat, & vtere.

Aliud. R. ærug. æris, vitrioli, myrrhæ, ana drac. iij. ſucci praſſij vnc. iij. mellis q.s. puluerizatis ſubtiliſſimè puluerizandis, coquantur vt ſuprà.

De ſurditate. Cap. VIII.

AD difficultatem auditus conuenit iterata collutio cum decoctione abſinthij. Cornu capræ nuper occiſæ imple vrina capræ, & ſuſpende in fumo nouem diebus, & de ea tepida ſtilletur in aurem. Succus baccarum lauri, & ſuccus cæpæ, optimi ſunt.

Aliud. Fac concauitatem in cæpa

magna

magna,& imple oleo, ſucco rutæ, & ſucco rad.raphani,& pone ſuper prunas,donec cæpa ſit bene cocta, & de illo oleo tepidè inſtilla in aurem. Aut inſtilla ſanguinem calidũ capræ,aut oleum amygdalarum amararum,aut oleum de been, de ſinapi,de cucumere aſinino,aut caſtoreum cum oleo nardino tepido. Coquatur ſauinæ fructus in oleo ſeſamino donec nigreſcat fructus,in cochleario,& de ipſo oleo tepido in aurem inſtilletur.

Aliud valde expertum. R. Pulpæ colocynthidis,aloes, euphorbij ana drach. ij.trita ſubtiliſſimè & cribellata conficiãtur cum felle vaccino,& fiat ſief. exiccetur in vmbra, & de eo fricetur leuiter ſuper cote viridi barbitonſorum, cum ſucco raphani, de quo tepido cum dicta fricatura ſtilletur in aurẽ,prius tamen ſemper bene mundificata aure. Succus foliorum colocynthidis tepidus inſtillatus optimus eſt. Licinium in caphura intinctum auri immiſſum confert. Similiter conferũt cubebæ & cardamomum. Item oleum ſeſaminum bullitum in cochleari cum ſeminibus iuniperi, donec nigrum fiat,auri inſtillatum iuuat.

Aliud. R. ellebori albi drach.ij.nitri drach. vj. croci drach. iij. fiant trochiſci

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum ſucco rad.abſinthij, ſoluatur parum de eis cum aceto forti, & tepidè ſtilletur in aurem.ſemper præmiſſis vniuerſalibus euacuationibus.

De ſcrophulis. Cap. IX.

CVrantur ſcrophulæ abſtinentia & victu attenuãte, vomitu quoque, ventris ſolutione, & propriè cum puluere facto ex turbith, zingibere, & ſaccharo æqualibus portionibus, de quo detur ſecundum ægri tolerantiam. Aut euacua cum aliis purgationibus materias craſſas & viſcidas, Competit quandoq; phlebotomia ex cephalica.

Medicina Hipp. ad ſcrophulas. Radix lilij cum eius proprietate : ſtercus caprarum & auium: naſturtium, radix cucumeris aſinini, vuæ montanæ, & ficus albæ, quæ cadunt ab arboribus ante maturationem, farina fabarum, amygdalæ amaræ, & bdellium . Curantur ſicut apoſtemata ſcyrrhotica.

Propria verò ſunt : R. farinam lupinorum amarorum , coque in oxymelite, & appone, aut ſtercus capræ in aceto coctũ.

Aliud. R. calcis q.s. miſce cum melle, aut oleo , aut adipe porcino, & appone ; aut miſce farinam ireos , & ſtercus columbi , & cocta in vino appone : Aut miſce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

misce axungiam cum lapathio acuto, fac emplastrum, & appone, quia curat scrophulas recentes.

Aliud. R. axungiæ veteris, seminis hyoscyami, picis, olei antiqui, stercoris citrini gallinæ ana. misce, & appone. Herba aron cũ axungia vrsina veteri curat eas.

Trochisci qui delent eas. R. scammoneæ drach. ij. myrrhæ, croci, costi ana drach. j. opij drach. s. succi agrestæ sicci drach. i. confice cum vino, & fac trochiscos pondere iiij. scrup. pro singulo. Soluatur vnus pro vice cum succo opij & dauci, & ex eo liniantur scrophulæ. Emplastrum ex acetosa & lapathio acuto in vino coctis appositũ iuuat. Radix acetosæ collo appensa iuuat habentem scrophulas. Herba aron cum suis tuberositatibus & axũgia veteri contrita calida applicata, curat scrophulas, & omnia apostemata frigida. Oleum de been, aspergula, & eruca geratina propriè resoluunt durities, quæ sunt post aures, & ex longo tempore antiquatæ. Melissa cataplasmata dissoluit eas, & omnes humores & durities cum aceto, cataplasmata. Ficus immaturę, quę cadũt ab arboribus, coctæ cũ nitro & aceto cõmistę, cataplasmatę, scrophulas, glãdulásq; dissoluũt. Emplastrũ ex foliis ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

risinarini maturat eas,& alia apostemata ad maturandum difficilia. Arnoglossa trita cum sale eas dissoluit,aut stercus capræ cum aceto , aut cinis conchularum marinarum cnm aceto,vel cinis ostracorum cum axungia porcina. Folia mãdragoræ cum sauich cataplasmata, curant scrophulas & apostemata dura Flores genistæ cõtriti cum melle rosaceo,aut cum ouo dati, resoluunt scrophulas : dosis est drac.ij.vsq; ad drac.v.Scrophularia herba comesta,& super locum posita,sanat eas.

Emplastrum resoluens scrophulas, & omnia apostemata dura,& splenem. R. tragacanthæ, chamæmeli, picis liquidæ, ammoniaci,medullæ cruris vituli,galbani ana. resoluantur gummi in aceto forti, liquefiat medulla & pix,& reliquis additis,fiat emplastrum. Si herba scrophularia contrita infundatur in vino sub dio à sero ad mane , potata in mane per aliquot dies, omnes scrophulæ purgabuntur, nec vna remanebit.

Aliud. R. ammoniaci drach.iiij.dissoluatur cum succo chamæmeli,aut eius decoctione , addendo pulueris rad. corticum capparorum subtilissimè puluerizatorum drach. ij. fortiter pistando cum decoctione carui, & appone. Fimus columbi

lumbinus omnibus aliis eſt calidior, itaque tritus cum aceto & farina hordei curat ſcrophulas. Vnguentum de artanita paruum ſanat. Emplaſtrum de vngula aſini combuſta puluerizata, cum axungia piſtata, appoſitum, curat eas.

Emplaſtrum Galeni ad ſcrophulas. R. ſinapis, ſeminis vrticæ, ſulphuris, ſpumæ maris, ariſtolochiæ, bdellij ana vnc.j. ammoniaci, olei antiqui, ceræ ana vnc.ij. fiat emplaſtrum ſecundum artem. Pix confecta cum ſcilla, radice caulis, ficubus, radicib. capparis, bdellio, aut lupinis cum aceto & melle optima ſunt. Oleum cucumeris aſinini naribus impoſitum, confert habenti ſcrophulas. Emplaſtrum ex radice alpheſſerę cum melle delet eas. Idem facit eius ſuccus cum melle & vino æquis portionibus potus. Doſis ſucci eſt à drachmis duabus vſque ad quatuor. Habentibus verò calidam complexionem ſunt adminiſtranda ſicut ſauich de tritico cum aqua coriandri. Vrticæ contritæ curant vlceratas ſcrophulas & cancrum. Vnguentum Apoſtolorũ. Myrrha cum duplo licij ex aqua coriandri. Conueniunt ea quæ curant vlcera, quando ſcrophulæ ſunt vlceratæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De fugillis. *Cap.* x.

FVgilles ſunt tumores ſubitò venientes in loco poſt aures ſcrophulis ſimiles, quas noſtri vulgares Giffas appellãt. Curantur cum emplaſtro facto ex cinere limaciarum combuſtarum cum ſuis oſtracis, miſto cum axungia veteri non ſalita, ſuperappoſito. Humiditas etiam, quæ exit à limaciis, quando viuæ perforantur ſtylo ferreo, miſta cum olibano, curat eas.

LIBER V. DE AFFEctibus narium.

De fœtore narium. *Cap.* I.

SI fœtor narium oriatur ab vlcere, vel polypo, vel hæmorrhoidibus naribus innatis, inferius cura dicetur. Si autem Propter humores putrefactos circa colatorium, aut in partibus caruncularum mammillarium, aut ventriculis cerebri, tunc poſt debitas purgationes vniuerſales & particulares cerebri iteratas, mundificetur id, quod in partibus prædictis inhæret de corruptione. Fricentur igitur primò nares interius in parte ſuperiori cum vino odorifero ſimplici, poſtea cum

vino

vino in quo ſit cocta myrrha, calamus aromaticus, roſę, cyperus, folia myrti, & ſimilia ſigillatim, aut coniunctim, reiterãdo collutionem. Deinde inſuffletur naribus puluis ex calamo aromatico, ſpica, cypero, roſis, foliis myrti, cum modico ſalis gemmæ. Pulnis etiam calamenthi eſt ſingularis.

Caputpurgium optimũ. R. ellebori albi, rad. ireos ſiccæ ana drach. euphorbij, piperis longi ana drach. s. olei de croco, de violis, ana q. s. cum modico ceræ: fiat vnguentum molle, ex quo intingatur extremitas parui digiti, & ex eo fricentur nares interius manè quando ſurgit à lecto, & per horam ante cœnam, emungendo poſtea nares vt decet. Ponatur auta in naribus de prædicto vnguento quantitas vnius lentis pro vice, & non amplius.

Aliud. R. ſpecierũ hieræ picræ drac. iiij. calami aromaticæ, myrrhę, caryophyllorum ana drach. ij. ſpicę, folij ſquinanthi florum, cinnamomi electi ana drach. ij. s. liniantur cum vino odorifero, & cum eis fricentur nares interius, aut imponatur licinium in eis intinctum.

Aliud auferens fœtorem narium. R. Xyloaloes crudi, roſ. caryoph. ana drach. ij. ſpicæ, calami arom. myrrhæ, calamenthi

an.drac.j.cõfice cum vino antiquo aromatico, addendo muſci g. vj. fac pilulas quantitate ciceris & diſſoluatur vna pro vice cum oleo nardino,& ſtilletur in nares, aut imponatur cum tenta, vt ſuprà, facta prius collutione cum vino odorifero, vt ſuprà.

Aut R. cyperi, aluminis, myrrhę, croci, auripigmenti ana. confice cum aceto, & naribus impone. Xylobalſamum naribus inſufflatum multum valet.

Quando autem fit à vaporibus, qui eleuantur à ventriculo, curatio ventriculo eſt adhibenda. Primò eſt mundificandus: ſecundò alteranda eius diſcraſia ſeu intemperies: tertiò, roborandus & confortandus eſt cum iis, quæ prohibent vapores aſcendere à ſtomacho ad ſuperiora, ſicut eſt vſus coriandrorum præparatorum, aut diacydonitis cum ſaccharo poſt cibos, & conſimilia. Deinde fiat electuarium iſtud: R. rad. cardui maioris, florum labruſcæ ana vnc. j. menthæ, ſeminis cardui, foliorum lauri ſiccorum, piperis, galangæ, calami aromatici ana drach. ij. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, de quo capiatur quantitas auellanæ pro vice per duas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

duas vel tres horas ante prandium conti nuando. Infunde frequenter in naribus aqua infusionis cẽtaurij: est enim vltima. Vel insufflẽtur semina rutæ, absinthij, pyrethri, pulverizata, naribus. Vrina asinorũ est optimũ lauacrũ in fœtore narium.

De nocumento Olfactus. *Cap.* II.

DIminutio, priuatio, & etiam corruptio, aut fiunt à mala temperie sine materia, aut cum materia.

Quando fiunt sine materia, alteretur per embrocationes syncipitis per odoramenta, & caputpurgia. In calida conuenit embrocatio cum rosis, & coriandro: item trahere per nares oleum rosaceum cum aqua rosacea, & parum aceti, aliquãdo cum pauco caphuræ. Decoctio myrti cũ cypero, & vaporatio aceti est vltima.

Quando est à mala complexione frigida, conferunt lauacra ex spica, calamentho, calamo aromatico, sampsucho, & similiter embrocæ. Item vngere nares ex oleo rutæ & nardino, & aliquando cum castoreo, euphorbio, musco & similibus.

Si fiat ab intẽperie cum materia & flatibus crassis oppilãtibus, tũc fiat vniuersalis euacuatio materiei, & etiã particularis: deinde fiãt lauacra & embrocæ prædictæ, & inclinetur caput super vaporem

chamæmeli, sampsuchi, menthæ aquaticæ, spicæ, calamenthi, & consimilium. Fiant etiam gargarismata, caputpurgia, odoramenta. Odor rutæ optimus est, & nigella in aceto infusa subtiliter trita, mista cum oleo antiquo, tracta per nares, summa est. Quòd si caputpurgia ardorem naribus inferant, vngatur interius cum oleo rosaceo aut myrtino.

Puluis ad oppilationem narium, & olfactus defectum. ℞. artanitæ, condisi, salis ammoniaci ana. fiat puluis subtilissimus, de quo insuffletur naribus, prius cum aceto vaporatis. Succus artanitæ attractus per nares, aperit oppilationem narium. P.. nigellam postquam fuerit infusa in aceto exiccatam, contere, deinde misce cum oleo veteri. Modus autem vtendi est, vt impleat patiens os suum aqua, & declinet caput retro : deinde instillentur ex hoc medicamine aliquæ guttę in nares, & attrahat vehementer : mox inclinet se super vaporem aquæ calidæ ore aperto, donec multa egrediatur humiditas : postea lauet nares aqua calida, & faciat hoc tribus vicibus, semel in die, tribus diebus.

Quando autem sunt ab apostemate, curetur primo cum repercutientibus, vt oleo rosaceo, & myrtino cum aqua rosacea

ſacea, deinde fac hoc medicamentum: R. farinam ordei, roſarum ana vnc. j. caphuræ drach. ij. tere & confice cum aqua roſacea, aut ſucco granatorum, & vnge intus & extra. curat. n. apoſtema & bothor à ſanguine.

Aliud. R. ſucci ſolatri, ſucci granatorum acetoſorum, aquæ roſaceæ p. æquales, olei roſacei partes duas, caphuræ parum, conquaſſentur omnia, & vnge intus & extra. Si fiat apoſtema à cholera, inunge cum mucilagine pſyllij, & ſeminis citoniorum, cum albo oui & oleo roſaceo ac violaceo inuicem conquaſſatis: eſt bonum & expertum. Odoret flores ieſmini vel narciſſi. In his quando exit ſanies miſta cum ſanguine curatur.

Si à phlegmate aquoſo fiat, ſtilletur in nares oleum amygdalarum dulcium.

De Polypo, Ozæna, & Hæmorrhoidibus narium. Cap. III.

POlypus dictus eſt propter ſimilitudinem, quam habet cum piſce habente multos pedes, cuius caro in ſubſtantia eſt ſimilis carnoſitati, quæ naſcitur in hoc vlcere narium: eſt enim humor carnoſus, qui in naribus creſcit. Ozæna verò eſt polypus vlceratus cũ fœtore. Hæmorrhoides denique ſunt quædam car-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nes molles, quæ vt plurimum sunt sine dolore, & quandoque adeò excrescunt, vt multum pendeant extra nares.

Polypus qui est durus & niger, non tractabilis est: ille etiam qui est mollis, putridus, fœtidus, fortasse non recipit cu rationem. Hæmorrhoides quoque multum dolorosæ (licet vt plurimum sint sine dolore) non curantur.

Medicamentum auferens polypum narium, & omnem carnis additionem in eis, & hæmorrhoidas narium cancerosas. R. semen serpentariç, & tere cum succo malorum granatorum coctorum cum cortice suo, & liniatur super polypum in eius circuitu: est enim medicamentum bonum. Vua etiam serpentariæ, & propriè succus eius idem operatur. Similiter succus radicis eius, lana in aliquo illorum imbibita, & naribus immissa.

Aliud medicamentum Galeni consumens omnem carnem malam, & carnis additiones, in naribus cum lenitate, & sine dolore. R. granatorum dulcium acetosorum & mediorum inter ea, part. æquales: contunde ea cum suis corticibus, extrahe succum ipsorum & decoque, donec inspissetur sicut mel tenue: deinde tere cortices, grana & pulpas granatorum, à quibus

succum

ſuccum extraxiſti contritione multa donec fiant ſicut paſta, & fac cum ſucco eorum formas ſimiles tentis ſeu liciniis, & intromitte ex eis in naribus vnam, præliniendo tamen cum ſucco prædicto, tempore longo: hoc enim efficit operationem ſine dolore.

Aliud conſumens polypum, & omnem carnem additam in naribus. R. ſcoriæ æris aur. iiij. chalcanthi aur. iij. ellebori nigri aur. j. arſenici rub. drach. j. fiat puluis ſubtiliſſimus, de quo inſuffletur in naſum, aut ponatur cũ tenta in vino diſſolutus.

Trochiſci alchadicon abſumunt polypum, cancrum, & omnes additiones carnium in omnibus locis, quorum hæc eſt deſcriptio. R. calcis nõ extinctæ, arſenici citrini, ana p. duas, colcotar, floris æris, aluminis ana part. vnam, gallarum, acaciæ, balauſtiarũ ana p. mediam conficiantur in mortario vel vaſe æneo, cum aceto forti, vltima contritione vſque ad quinque dies, & fiant trochiſci, qui reponantur in vaſe vitreo, & cuſtodiantur in loco frigido & ſicco, & diſtemperetur vnus cum vino, & ex eo intingatur licinium cum tenta, & applicetur: eſt enim expertum.

Aliud. R. vitrioli vnc. s. ſquamæ æris drac. j. ſandarachæ drac. iij. ellebori nigri drach.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nigri drach. ij. tere & insuffla in nares. Aut vitriolum solum linias cum aceto, & vnge tentam ex eo.

Aliud. R. cort. granatorum drach. iij. fellis tauri, amomi, myrrhæ, calamenthi, prassij ana drach. iiij. croci drach. j. fiat puluis, vtere eo sicco insufflando vel applicando supra polypum vt suprà.

Conferunt & coniunctim & diuisim infra scripta: Aristolochia cum cypero, puluis hermodactylorum, æs vstum, flos ęris, ossa myrobalanorum, antimonium, tutia Alexandrina.

Hæmorrhoides quæ sunt rubeæ, cum vehementi dolore, aut duræ, aut nigræ, medicamentis suprascriptis, & non multum acutis, sunt curandæ. Illæ verò quæ sunt molles, sine dolore, licet omnes scribentes laudent eas debere incidi cum ferro, aut vri cum cauterio actuali: ego tamen reperi modum multo faciliorem & securiorem, cum quo non solum hæmorrhoidas narium, sed & polypum & omnem carnositatem superfluam in naribus & aliis locis excrescentem, absque molestia patientium, curatas vidi. Hic est modus: Accipe aquam capitelli, seu à saponario (si habere potes) sin minus fac eam sic: Accipe situlam decentis quanti-

tatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ratis seu capacitatis, perfora eam sex aut septem foraminibus in fundo: deinde pone in fundo eius calcis viuæ per spissitudinem quatuor digitorum. super calcem pone tantundem cineris ligni quercus, deinde iterum de calce, atque super eam de cinere, donec remaneat vacuum in situla quatuor digitorum, vel circa: tunc suspende situlam & reple illam vacuitatem aqua, ponendo vas sub situla, vt recipiat aquam, quæ destillabit. Cum tota aqua destillauerit, reuocetur in situlam vt supra, & iterum destillationem facias tribus aut quatuor vicibus. Cum fuerit tota destillata, ponatur aqua in vase super ignem, & tandiu coquatur, donec sit congelata, seu coagulata sicut gelatina: tunc accipe cum spatula quãtitatem fabæ pro vice, & proiice in ampulla vitrea, & quando totũ erit in ampulla, obtura orificium cum cera, quia si apertum dimitteres, liquefieret, & conuerteretur in aquam, sed tenendo orificium obturatum, remanẽt illæ petiæ duræ valde, & hoc est optimũ ruptorium. Habeas postea instrumẽtum factum ex plumbo, longitudinis vnius digiti vel circa, tantæ verò crassitudinis, vt possit ingredi narem: quod in ea extremitate, quæ in naribus ponetur sit,

caua tum

cauatum in forma pyxidis, & in ea cauitate ponatur de ruptorio prædicto,& ponatur in nare ita vt carnositas recipiatur in concauitate,vbi est ruptorium,& latera concauitatis narem à læsione ruptorij custodiant.Patiens autem teneat dictum instrumentum plumbeum cum manu firmum in nare, per spatium vnius horæ. Deinde remoto instrumento à nare, applicetur butyrum,donec sit eschara & caro combusta remota. Postea reiteretur ruptorium, donec tota caro superflua sit absumpta, applicando semper butyrum post ruptorium,vt suprà. Quòd si casu remaneret aliquod vlcus, curetur cum his quæ infrà dicētur de vlceribus Narium. Experimentum huius rei feci in domino Fundulo, secretario reuerendiss. Cardinalis Turonensis, qui habebat carnositatem in nare,quę non solum narem replebat, sed extrapendebat per medium digitum,& hac vsa (Deo fauente) caro illa fuit totaliter consumpta, neque causata est læsio aliqua, neque in nare deformitas, dum essem Lugduni anno 1538.

Illæ verò hæmorrhoides narium,quæ sunt cum intenso dolore,nō sunt curandæ cum causticis, vt dictum est suprà: sed cum his quæ dolorem sedant,& stupefacientibus.

cientibus. Deinde applicandæ ſunt medi cinæ exiccatiuæ, ſine mordicatione, de quibus dictum eſt in cura polypi ſuperius. Inter quas diphryges eſt ſummè ſiccans ſine mordicatione.

De Coryza. Cap. IIII.

SAnina bullita ſuper nares calida cataplaſmata, ſtatim aufert coryzam.

Trochiſci abſcindentes coryzam. R. thuris, ſandarachę, coſti, ſtyracis liquidi ana. fiant trochiſci, ponatur vnus ſuper carbones ignitos, & trahatur fumus per nares cum traiectorio.

Si cum eorum portione ſuffumigentur ſtupæ lini bene carminatæ, & ponantur ſuper commiſſura coronali, iuuant. Caryophylli, & macis pulverizati ſparſi ſuper proram capitis, eundo dormitum, impediunt deſcenſum aquoſitatis ad nares, & oculos à cerebro. Idem faciunt menthaſtrum & cortices citri.

De phlegmonibus intrinſecis narium. Cap. V.

FArinam ordei, roſarũ ana. part. vnã, caphuræ quartam vnius partis. trita confice cum aqua roſacea vel ſucco granatorũ acetoſorũ, & vnge intus & extra.

Aliud. R. ſuccorum ſolatri, granatorum acetoſorũ, aquæ roſ. ana. p. æquales

conquaſſan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

conquaſſandum pauca caphura, & vnge vt ſuprà.

Ad apoſtema cholericum. R. mucilaginis pſyllij, ſeminis citoniorum ana.cum albo oui,oleo roſaceo vel violaceo conquaſſentur,& frigida apponantur.

De vlceribus Narium. Cap. VI.

QVędam ex eis fiunt in parte exteriore naſi,& de eis dicetur infrà,agendo de ægritudinibus faciei. Alia ſunt intrinſeca. Horũ rurſus,aliqua ſunt in ipſo naſo, aliqua in colatorio,& circa caruncūlas mammillares,quæ ſunt deteriora, quoniam difficilius curantur. Quædam ſunt recentia,quædam antiqua,quædam in ſuperficie leuia, quædam putrida & profunda.

Curantur ea quæ ſunt leuia, habentia cruſtas, primò vngẽdo cruſtas illas cum butyro ſæpius loto in aqua fumiterræ, donec cruſtę cadant:deinde hoc vnguento:R.olei roſacei vnc.ij.ceræ albæ ſcrup. s. ſimul diſſoluta proiiciantur in aqua frigida,& cum fuerint coagulata, lauentur in vaſe vitreo vel vitreato tribus vicibus, cum aqua vel ſucco ſemperuiuæ:deinde incorporantur cum eis pulueres infraſcripti ſubtiliſſimè puluerizati, & paſſati per pannum ſericum.

R.tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

R.tutiæ Alexandrinæ præparatæ in aqua roſacea drach. ij. lithargyrij deſpumati drac.j.s.corallorum rub.drac.j.ambræ g. ij. incorporatis omnibus ſimul diligenter, vngantur ex eo nares interius, quia eſt remedium ſolenne & ſecurum.

Quando verò ſunt cum aliquali putredine, oportet primò vti abſterſiuis, ſicut vino & melle: & quando putredo eſt multa, miſcere conuenit colcotar, vnguentum Ægyptiacum, vrinam infantium, pro mundificatiuo bono.

Vnguentum quod mundificat & incarnat: R.lithargyrij vnc.s.rutæ recentis, aluminis ſciſſilis ana drac.ij.cum oleo myrtino & aceto: fiat vnguentum, ſicut fit vnguentum de lythargyrio, & vnge ex eo.

Aliud. R. ceruſſæ drach.j. lithargyrij drac.iij.plũbi vſti drac.ij.lauetur in aqua ſolatri, deinde cum oleo myrtino fiat vnguentum, quod valet ad vlcera dolentia.

Succus hederæ tollit omnem putredinem de naribus. Ariſtolochia, cyperus, ſemen dragonteæ cum melle, curant vlcera, & carcinomata narium. Cinis vngulæ aſini curat vlcera narium.

Vnguentum Galeni de flore æris mundificans vlcera ſanioſa narium & conſolidans. R.ceræ drac.iiij.olei ex oliuis immaturis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aut myrtini vnc.ij.floris æris puluerizati, ſicut alcohol drac. ij. fiat vnguentum, & ex eo vnge. Aut applicetur cum tenta.

Vlcera narium quæ ſunt ſicca hoc vnguento curantur: R. violarum, medullæ crurum vaccę, olei amygdal. dul. mucilag. pſyllij, ſeminis citoniorum & maluarum ana. cum modico dragaganthi & cera fiat vnguentum & applicetur frequenter. Quando verò ſunt humida: R. Litharg. ſquamæ argẽti, ceruſſæ ana fiat vnguentum cum oleo myrtino, ℥ ſ. & cera. Gallę, mel, & ſemina myrti cum vino & ſucco granatorum dulcium & acrium inuicem cocta ad mellis ſpiſſitudinem, miſceantur, & applicentur, quia curant. Squama plumbi teratur cum vino & oleo myrtino in vaſe æneo ſuper ignem leuem, ſeu ſuper carbones, donec inſpiſſetur, impone in vaſe æneo vnge, quia curat vlcera narium. Solus ſuccus mali granati coctus ad medietatem, curat. Etiam malũ granatum dulce, coctum & contuſum ad extra applicitum curat.

De fluxu ſanguinis Narium. Cap. VII.

SI ſit criticus, non reſtringatur, niſi nimium fluat: nec quando prouenit ab abundantia ſanguinis, nec quando eſt aquoſus & corruptus. Cùm verò vis ſanguinem

guinem

guinem adstringere, vi e à qua nare exeat, applica super hypochondrium (& est Galen. remedium in 5. Meth.) eiusdem lateris cucurbitam cum flamma. Quòd si non cesset, fac phlebotomiam diuersiuá primò de latere opposito. Quandoque oportet applicare ventosas super spatulas, & facere ligaturas & frictiones dolorosas diuertentes, cauendo à regimine multiplicatiuo sanguinis. Aspergatur facies aqua frigida. Caueatur aspectus rerum rubearum.

Galeni magnum secretum ad sistendum sanguinem vndecunque fluat. R. chartæ combustæ de papyro, cucurbitæ siccæ combustæ, vitrioli combusti, olibani, opij, aluminis combusti ana j. puluerizata cribellentur subtilissimè, & ex eis aspergatur licinium in aceto infusum, & naribus puluis in aceto dissolutus imponatur. Vnge etiam nares exterius. Quãdo sufficiens quantitas exiuit, & vis sistere sanguinem, tũc fac phlebotomiam de eodẽ latere naris, vnde fluit sanguis, & statim sistetur, teste Galeno in lib. Curatiuo per sang. miss. 7. Liniatur frons & tempora cum bolo armeno dissoluto in aceto, & oleo rosaceo. Fiant ligaturæ manibus & pedibus, & duobus adiutoriis. Ligen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tur testes, & ponantur pedes in aqua calida. Iaceat super dorsum: & aspergatur eius facies cum aqua frigida & aceto, clausis oculis, quia hoc est vltimum restringens sanguinem vndecunq; fluat. Cinabrium, tela araneæ & hepar caprinum combustum cum aceto, sistunt sanguinem statim. Succus caudæ equinæ succus rutæ, & vrticæ, coniunctim vel diuisim naribus immissa, retinent sanguinem. Sarcocolla, gypsum, puluis molendini, mumia, bolus armenus seorsum & simul fronti applicata cum albo oui & aceto, sistunt sanguinem. Cyminum tritũ cum aceto odoratum sistit. Caphura cum agresta naribus imposita idem præstat. Bursa pastoris in manu retenta, aut super fronte vel nare applicata sistit sanguinem. Sanguis qui fluit è naribus siccatus, puluerizatus, & combustus, naribus insufflatus, sistit sanguinem, & vulnera solidat. Pili leporis combusti naribus insufflati citò sistunt. Puluis ranæ combustę positus super loco vnde fluit sanguis statim retinet. Cerebrum gallinæ sistit sanguinem menyngarum cerebri.

De modo extrahendi sanguinem à naribus.
Cap. VIII.

Mentham

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

MEntham cum melle misce & impone in naribus. Flores graminis naribus impositi idem faciunt. Rubeam tinctorum in oleo dissolue, & frica nares interius cum eis.

R. plantam rubeæ tinctorum viridis, plica eam, fac veluti vnam tentam pro singula nare, impone, percute vtrunque latus narium cum manibus vel digitis pluribus vicibus, & exibit sanguis sufficienter.

LIB. VI. DE AFFECTIBVS oris, labiorum, & linguæ.

De fœtore Oris. *Cap.* I.

FOEtor oris aut fit propter putredinem & vlcera narium, & eius cura dicta est de fœtore & vlceribus nariũ. Aut propter vlcera putrida circa partes oris, & eius curatio dicitur de alcola & de vlcerib. oris. Aut fit propter communitatem stomachi ab humoribus aggregatis & corruptis in stomacho: & eius cura est euacuatio primò illius humoris, sæpe euacuationẽ iterando, cum medicamento conuenienti. Quòd si materia in stomacho corrupta sit biliosa, purgetur cum infusione aloes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aut infusione rhabarbari, & aliis materias biliosas purgantibus. Si verò materia in stomacho sit pituitosa & putrefacta, purgetur patiens cum hiera, aut stomachico Mes. aut aliis phlegma putridũ euacuantibus. Quæcunque sit materia, siue calida siue frigida, semper conuenit vomitus post comestionem acrium & acetosorum, & post melones. Vitet pinguia, crassa & viscida, & nauseatiuam satietatem post purgationem per vomitum: Nec comedat lac, nec pulmentaria. Vtatur citoniis, & pyris coctis, superponendo anisum, fœniculumque in fine mensæ, etiam vtatur zingibere condito, diacymino & consimilibus.

In dependente à materia biliosa exhibẽtur granata, persica, chrysomela, succus acetosi, miua citoniorum, & similia.

In dependente à materia pituitosa, datur zingiber conditum, nux muscata, tryphera maior, acetum scilliticum, trochisci diarhodon, saccharum ros. cum mastiche, xyloaloe, caryophyllis, & consimilibus. Deinde ea administrantur, quæ generant bonum odorem in ore & toto corpore: sicut est hoc medicamentum, valens ad ægritudines stomachi, confortans omnes mineras virtutum, faciẽs oris

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& totius corporis bonum odorem, occultans fœditatem coloris bonum colorem generando, conseruans corpus in vigore adolescentiæ, tardans canos, generans hilaritatem continuam, coitum roborans, & est medicamentum regium.

R. myrob. emblicorum, chebulorum & belliricorum partes æquales. Terantur & fundatur super eos, conterendo in vase lapideo, hora post horam, aqua fontis cum modico saccharo per tres dies: & destilletur vna vice post aliam super tenui instillatione ex oleo amygdal. semper agitando cum spatula: deinde dimitte siccari in vmbra. Postea R. huius mistionis drach. xviij. ros. siccarum drach. vj. cyperi drac. iiij. ligni aloes, extremitatum myrti, caryophyllorum, mastichis, spicæ, ana drac. ij. & scrup. j. cinnamomi, zedoariæ, corticum citri, cardamomi minoris, macis, cardamomi maioris, nucis muscatæ ana drach. ij. musci drach. j. & scrup. ij. confice cum melle emblicorum & passulis pinguibus, & fiant formæ similes auellanis, pond. iij. da in mane cum vino & in sero similiter, vnam pro vice.

Pilulæ procurantes digestionem, facientes oris odorem bonum. R. caryophyllorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nucis musc. cinnamomi, galliæ musc. cyperi, spicæ, cort. citri, ligni aloes, ana aur. ij. musci g. iiij. fiant pilulę cum bono vino odorifero, de quibus teneatur vna in ore paulatim deglutiendo.

Confectio experta, & efficax ad fœtorem oris cum materia putrida in ventriculo. R. extremitatum myrti humidæ, cinnamomi, emblicorum, cyperi, spicæ, cort. citri, foliorum squinanthi, mastichis ana partem vnam, galliæ muscatæ, caryophyllorum, nucis muscatæ, cubebarum, cardamomi minoris, zingib. ana partem mediam. confice cum melle passularum, quod sit ad pondus omnium, cum vino antiquo odorifero, cum passulis enucleatis, & fiant formæ sicut nuces muscatæ: sumatur omni mane vna, & omni sero. Hoc debet fieri post vomitum & solutionem ventris iteratam sæpius, sicut dictum est suprà. Collue os cum vino antiquo boni odoris, infusionis rad. ireos Orientalis siccæ, retinendo parum in ore, aut cum vino infusionis serpylli, aut cum aceto decoctionis absinthij, & cort. citri, aut cum decoctione menthæ cum aceto, aut cum vino forti & myrrha fricando cum squinantho, aut cum ordeo assato permisto cum sale & melle, aut cum rad.

hele

helenij,& iridis combustis, melle mistis, aut cum myrrha, spica, & melle. Teneatur in ore galanga, ireos, folia lauri, nux muscata, flores labruscæ, serpyllum, rad. cyperi, cinnamomum, caryophylli, aut aliquid simile leuiter masticando. Folia lauri sicca, piper & semen cardui ana confice cum melle in modum opiatæ: da cochleare vnum ieiuno: aut rad. cardui cum vino albo. Flores labruscæ bibiti aut comesti, aut stomacho suppositi, fætorem oris emendãt. Frequens comestio apij mirabiliter occultat oris fœtorem.

Dentifricium ad idem. R. spicæ, rosarum, cyperi, folij, galliæ, corticum citri, caryophyllorum, cardamomi, ligni aloes, mastichis, salis combusti ana confice cum melle, & fac trochiscos, qui exiccentur in furno non multum calido, & fiat dentifricium. Quibus os palati dislocatur, his madia naris deprimitur.

De Alcola & vlceribus oris. Cap. 11.

IN alcola, quæ infantibus accidit, rectificetur lac matris, deinde curetur cum eis quæ dicentur. Cùm verò accidit adultis, necessariò debent fieri purgationes per phlebotomiam, & ventris solutionem secundum exigentiam. Applicare oportebit ventosas sub mento, quandoq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum ſcarificatione. Clyſteria in calida conueniunt leuiora, niſi materia ſit corroſiua maligna, quia tunc ea adminiſtrãda, quæ educunt materiam cum lenientibus. In frigida verò locus datur acutioribus, non tamen multum. Fiant collutiones à principio, quando materia eſt calida, cum ſucco ſolatri, acetoſæ, plantaginis, rob deribes, rob de moris: & cum aqua decoctionis ſumach, roſarum, granorum myrti, lentium excorticatarum cum aceto, extremitatum rubi, & foliorum eius, extremitatum vitis, arboris roſarum, granatorum acetoſorum. Item memite, alchanna, & gallæ communes conueniunt in vtraque materia.

Medicamentum alcolæ calidæ in ore & lingua, & doloris gulæ à caliditate. R. lentium excorticatarum drac. v. roſarum rub. coriandri ſicci, boli armeni, gallarum ana drac. ij. s. ſeminis portulacæ drac. iij. s. caphurę drac. j. & ſcrup. ij, fiat omnium puluis, de quo ponatur ſuper vlcera poſt collutionem cum aqua hordei & melle roſaceo. Aut diſſolutus cum ſucco citoniorum vel myrti, illinatur vlceribus.

Ad vitia oris ex supercalefactione. R. ſucci vuæ acerbæ lib. s. mellis vnc. ij. coque ad conſumptionem tertiæ partis, reponatur

in vaſe

in vaſe vitreo,& colluatur os.

Andromachus ad alcolas. R. ærug.yris drach.ij.aluminis ſciſſi, gallarũ ana drac. j.fiat puluis ſubtiliſſimus paſſatus per petiam ſubtilem,& apponatur cum digito.

Aliud conferens alcolæ, & corroſioni gingiuarum. R.ſumach,granorum myrti,balauſtiarum, roſarum rub. ana drach. iij. ſpodij albi,ramich ana ſcrup.puluerizata miſceantur cum rob citoniorum, & colluatur os ex eo & gingiuæ. Collue os cum dococtione gallarum, florum roſarum, florum oliuæ,cynogloſſæ, foliorum rubi, foliorum verbenæ coctorum in aqua cum melle roſaceo. Succus etiam granati acetoſi cum melle miſtus & coctus ſanat ea. Folia rubi,ceraſorum,acetoſæ,& cynogloſſæ maſticata,& collutio ex eorũ decoctis facta curat ea. Thus ſolum, aut cum melle roſaceo miſtum, aut cum vino dulci,aut cum vtroque.Idẽ facit marcheſita combuſta,& ſuccus vuæ acerbæ,ſuccus myrti,& conſimilia. Si vlcerá ſint minoris humiditatis,conferunt minus exiccantia,ſicut mora lupuli, cortices nucum, ſemen papaueris, nux cupreſſi,& ſimilia. Si ſit humidiſſima, oſſibus vicina, confert puluis trochiſcorũ Andronis vlceri immiſſus: ſicciſſima

enim

enim est medicina. Radix etiam cyperi curat ea. Quòd si alcola sit nigra herpetica: R. foliorum oliuæ, foliorum citri, foliorum spinæ albæ, rubi, acacię ana vnc. j. aluminis iameni, vitrioli ana drach. ij. croci drac. j. siccata, puluerizentur, & administrentnr, fricando, & superapponendo cum melle rosaceo aut vino dulci, aut cũ vua passa enucleata & aniso cũ melle mista, aut cum vitriolo trito cum melle.

De scissuris Labiorum. *Cap.* III.

FActis opportunis euacuationibus, si opus sit, accipe postea gallam immaturam, tere cum resina terebinthina, vel hyssopo, & melle, & vnge. Vel vnge cum oleo amygdalarum amararum.

Ad magnas & profundas. Vnge prius cum adipe hœdi, deinde cum pinguedine anseris, melle, & terebinthina abietis ana addendo flores rosarum, hyssopum & mastichen, fac vnguẽtum, & ex eo vnge. Confert etiam vngere cum melle rosaceo solo, aut cum succo bryoniæ & sale. Conueniunt etiam bryoniæ folia.

Aliud. R. amyli, penidiarum ana drac. ij. aquæ rosaceæ vnc. iij. misce & vnge. Ad idem valet porrum assatum cum melle mistum.

Ad scissuras labiorum, vlcerationes oris & palati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

palati cum excoriationibus. Dissoluatur dragacanthum in aqua rosacea, & per pannum coletur exprimẽdo, in colatura dissoluatur amylũ, & liniantur partes prędictæ cũ parua petia in eis infusa, & curat.

Aliud curans scissuras labiorum. R. furfuris, pilorum caudæ equi ana. combure super lamina ferrea ignita, & cinerẽ eorum misce cum melle rosaceo, & vnge.

Aliud. R. gallarum, cerussæ ana p. vnam, amyli, dragacanthi ana p. mediam, confice cum adipe gallinæ, & vnge.

Ad ardorem, combustionem, & vlcera labiorum. R. lithargyrij, cerussæ, frictionis plumbi, hyoscyami albi ana. olei rosacei, ceræ q. s. fiat vnguentum, & vnge.

Ad scissuras labiorum, manuum, & faciei. R. ceræ nouæ, œsypi, adipis anatis p. vnam, olei rosacei p. duas, amyli, draganthi, mucilaginis seminis citoniorum ana p. mediam: fiat vnguentum quo vngantur partes prædictæ, post earũ ablutionem cum aqua calida, & ex dragagãtho trito sicut alcohol.

De exitu sanguinis à partibus oris. Cap. IIII.

COquantur rosæ in aqua & aceto, & os colluatur eo frigido. Gargarizetur decoctio rosarum, seminis portula-

cæ,

cæ, & bursæ pastoris frigida. Decoctio capreolorum vitis domesticæ, aut succus eorum, foliorum rubi, foliorum citoniorum, granorum vuę, & granorũ myrti, sumach, virgæ pastoris & pentaphylli: collutio enim istorum vel aliquorum ex eis tam coniunctim quàm diuisim est cõueniens, frigida. De exitu verò sanguinis qui non venit à partibus oris, licet exeat per os, dicetur infrà.

De apostematibus linguæ.

Cap. V.

QVando est apostema calidum linguæ, phlebotometur cephalica, aut mediana, quando magna est repletio: deinde venæ quæ sunt sub lingua. Colluatur os à principio cum succo lactucæ, aut aqua rosacea & aceto, aut cum decoctione coriandri, sumach, rosarum, lentium, & similium. Soluatur venter cum aqua aqua fructuum, cassia, diaprunis simplici & solutiuo, electuario de succo rosarum & similibus. Colluatur os cum diamoron, & decoctione foliorum oliuarum, post præcedentia. Rob myrti, cum syrupo rosaceo conuenit, & in fine cum melle ros. & syr. acetoso, deinde cum decoctione ficuum, & parum sinapis & salis ammoniaci. Aut fiant gargarismata cum sinapi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſinapi contrito, & aqua mellis inuicem coctis: curat enim apoſtema radicis linguæ. Si ſuppuretur, aperiatur phlebotomo, & curetur curatione exituræ. Quando adeo intumeſcit lingua, vt ab ore exeat, fricetur cum ſucco cæpæ & porri, cum ſale. Si ſit materia ſanguinea, fricetur cum acetoſitate citri, cum ſucco ribes, vel ſucco granatorum acetoſorum. aut agreſtæ, vt exeat ſaliua prçmiſſis vniuerſalibus, vt ſuprà. Succus lactucæ eſt optimus, deinde ſuccus porri.

De mollificatione linguæ. *Cap.* VI.

AEgritudinum linguæ, quædam ſunt per colligationem eius ad cerebrũ & neruos, quædam ſunt propriæ linguæ. Colligantia linguæ ad cerebrum & neruos eſt, quia læditur lingua in motu ſuo, propter ſeptimum par neruorum, in ſenſu verò propter tertium par neruorum: quem neruũ appellant anatomici neruũ mollem. Quapropter mala complexio, quç fit in membris linguæ ſimilium partium, prohibet motum linguæ: quæ autem in pelliculis, guſtum & tactum impedit: ex quarto de Locis affect.

Ad mollificationẽ linguæ, & omnia ſymptomata phlegmatica circa eam. ℞. terebinthinæ abietis, opopanacis, gũmi ligni nucis

muſc.

musc.ana.fiant pillulæ paruæ, & teneatur vna pro vice sub lingua assiduè, gargarizetur cum decoctione sinapis, & parum salis: item cum decoctione origani, triũ piperum, pyrethri, sinapis, salis ammoniaci, hyssopi, & similium, cum oxymelite scillitico. Tenere nucem musc.in ore iuuat multum. Conuenit similiter confectio anacardina, & caputpurgia. Quòd dependeat mollificatio à pituita, signum est, quia multa redundat saliua, & currit ab ore. Quando fit à cerebro, tunc nocumentum communicatur aliis sensibus. Cùm est à sanguine, apparet rubedo cũ caliditate, & eius cura fit cum phlebotomia cephalicæ, deinde venarum sub lingua. Quandoque oportet apponere ventosas sub mento. Fiunt etiam frictiones diuertẽtes. His omnibus subaudiendum est, vt fiat debita euacuatio humoris peccantis à principio. Et fiant euaporationes origini neruorum linguæ deseruiẽtium: de quibus dictum est in ægritudinibus neruorum suprà. Apponere super proram capitis pulueres ex sandaracha, maci, caryophyllis, & similibus prodest. Acorus etiam vtilis est.

De

De vlceribus, scissuris, & inflammationibus linguæ. Cap. VII.

VLcera linguæ curantur, ſicut vlcera oris. Sciſſuræ autem & inflamma-tiones curãtur, retinendo in ore mucilaginem pſyllij cum ſaccharo, & maſticãdo portulacam cum aceto. Cõfert tenere in ore album oui cõquaſſatum & colatum, & tamarindos infuſos in aqua roſacea.

Aliud. R. mucilaginis pſyllij, dragaganthi, gummi Arabici ana partes æquales, ſyr. violati p. duas, tamarindorum p. tres, ſeminis portulacæ aſſati p. mediã, ſpodij tertiam vnius partis, caphuræ octauam vnius partis. terantur vltima cõtritione, & fiat linimentum, quo liniantur fiſſuræ & inflammationes linguæ omni hora, præcedente collutione facta ex aqua roſacea & aceto, aut ex acetoſitate citri & aqua roſacea.

Medicamentum conferens vlceribus & puſtulis linguæ, oris, & palati. R. ſeminis portulacæ, ſeminis roſarum, amyli, ſacchari finiſſimi, dragaganthi, balauſtiarum ana drach. ij. ſpodij, croci, ana drach. j. confice cũ ſyrupo roſaceo aut violaceo, & vnge ex eo, confert enim corporibus tenellis.

Quibus verò ab ore multa defluit ſaliua, da ad maſticandũ polygonũ ſiccum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& ponantur ſuper ſtomachum folia vitis viridia contuſa, aut citonia, aut meſpila, aut dactyli in cerato, aut folia teneга rubi facientis mora: vel illinc cum alphitis & foliis apij: aut caſeum recentem mollem, vel portulacam. Apoſtema radicis linguæ curat gargariſmus ex ſinapi contrito, & aqua mellis inuicem coctis.

De dolore dentium. Cap. VIII.

FActis debitis purgationibus per phlebotomiam, ſi expediat, & per ventris ſolutionem, ſi ſit apoſtema in gingiua, ſcarificetur ſi ſit maturum, ſin minus, maturetur cum iis quæ ſuo loco dicentur. Si verò fiat à rheumate deſcendēte à capite, purgetur cum cocchiis vel aureis, & fiant diuerſiones cum ventoſis, frictionibus, clyſteriis & ligaturis. Ex Gal. ſi teratur allium, & ligetur ſuper pulſum manus lateris dolentis, ſedat dolorem dentis: expertum enim eſt, & hoc facit diuertendo. Deinde adminiſtranda ſunt illa, quæ prohibent materias fluere ad dentes, ſicut eſt collutio oris in materia calida cum aqua roſacea & aceto calidis, cum decoctione roſarum, myrti, hyoſcyami, & ſimilium. Acetum in quo coctum ſit ſpolium ſerpentis eſt mirabile valde. Acetum in quo cocta ſit ſandara-

cha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cha, prohibet rheumatiſmum à dentibus & gingiuis, & ſtringit eas, ſedátque dolorem vehementem. Gallæ & ſolatrum cocta in aceto.

Trochiſci ſedantes dolorem dentium calidum, & dolorem apoſtematis gingiuarum. R. coriandri, ſeminis portulacæ, ſumach, lentium excorticatarũ, ſantalorũ citrinorum, roſarum, pyrethri, caphuræ ana partes æquales, fac trochiſcos cum ſucco ſolatri, & line dentem, vno eorum diſſoluto in aqua roſacea & aceto, præcedentibus tamen vniuerſalibus ſuprà enumeratis. Colluatur os aceto calido, in quo coctæ ſint gallæ, ſemen hyoſcyami, radices alchechengi, polium, radix cucumeris aſinini, folia myrti, aut rad. pentaphylli. Aut fiat collutio ex aceto ſcillitico, aut cum decoctione foliorum rutæ cum oxymelite. Vel coquatur in aceto pyrethrum, hyſſopus aut rad. eryngij: & iſtorum decoctio teneatur in ore calida. Aut teneatur vinum calidum in ore, vel aqua vitæ.

Singularis decoctio citò ſedans dolorem dentium. R. trium piperum, cubebarum, corticum rad. mori, cort. rad. capparorum, radicis mãdragoræ, ſaxifragiæ ana drach. j. ſeminis hyoſcyami albi drach. ſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pyrethri drach.ij. s. coquãtur in vino rubeo ad consumptionẽ tertiæ partis, prius contusis contundendis: postea colentur, & de colatura calida teneatur in ore: & quum cœperit infrigidari, expuatur. Ex Montagnana. Vt dentes nunquam doleant, coque limaturam cornu cerui in aqua vel vino in olla noua, & tene calidum in ore, vbi est dolor.

Trochisci citò sedantes dolorem dentium, fricando ex vno ipsorum dentem & gingiuam, boni & experti. R. aluminis drach.iiij. piperis drach.iij. seminis hyoscyami drach. iiij. pyrethri drach.ij. fiant trochisci cum aceto, qui super dentes positi, dolorem sedant. Gummi hederæ, radix peucedani, pyrethrum, piper, aut medulla nuclei persicorum, cum pipere. Aut R. piperis, zingib. staphisagriæ, ana drac.j. baurach armeni drach.j. s. fricentur cum eis gingiuæ: sunt enim magni momenti. Similiter collutio ex radice raphani. Os dactyli accensum in dentes positum. Spolium serpentis mistum cum oleo ad spissitudinem mellis, linitum super dentem dolentem, est mirabile in sedatione doloris. Puluis factus ex origano & nitro, sparsus super dentes & gingiuas, mox tollit dolorem. Herba fragorum masticata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cata ſtatim tollit dolorem. Suffumigetur dens ex ſemine porri ad alchitram, fumo per traiectorium excepto: aut cum ſemine hyoſcyami poſito ſuper prunas, aut ſemine cæpæ, cum alchitram, picéue liquida, ſiue cedria. opportuna ad vaporationes ſunt malua, chamæmelum, melilotum, fœnumgræcum, anethum, ſemen caulium, cum foliis, & ſimilia, ex quibus etiam quandoque fiunt emplaſtra. Emplaſtrum ex cæpa aſſa, cum oleo anethino, chamæmeli, rutaceo, aut amygdalarum, & huiuſmodi. Quandoq; fiunt vaporationes ex rebus ſiccis, ſale, milio, panico, floribus chamæmeli, & ſimilibus, quibus ſedatur dolor. Alia ſunt quæ dolorem dentium auferunt in naribus aut auribus impoſita: ſicut ſuccus hederæ terreſtris in aurem partis dolentis miſſus, ſtatim dolorem tollit. Idem facit ſuccus ſenecionis. Succus calendulæ per narem partis dolentis attractus, aufert dolorem. Grana quinque hæderæ cocta in cortice mali granati cum oleo roſaceo auri dextræ infuſa, tollunt dolorem dentium partis ſiniſtræ. Succus aſphodeli in aurem partis dolentis tepidus immiſſus, ſedat dolorem dentis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De his quæ facilitant ortum dentium puerorum. Cap. IX.

MIſce butyrum cum melle, & frica gingiuas. Fricare gingiuas cum cerebro leporis, facit naſci dentes infantium ſine dolore.

De his quæ dentes commotos confirmant. Cap. X.

COllue dentes cum decoctione calida cardui, vel cum ſucco granatorum, aut cum decoctione rad. hyoſcyami. Idem facit radix chamæleontis nigri cum pipere & cera. Item cornu cerui vſtum: & collutio oris ex aceto ſcillitico, cõfirmat dentes commotos, ſtringit gingiuas laxas, aufert putredinem & fœtorem oris. Collutio ex decoctione vini, in quo ſit cocta ſpuma maris, aut karabe, aut balauſtia, cõfirmat dentes cõmotos.

Medicamentum confirmans dentes commotos. R. Gallarum, roſarum, cyperi, balauſtiorum, ſumach, ana partem vnam, aluminis partem mediam, liniantur ſuper radicem dentis & gingiuam.

Aliud conferens dentium commotioni, & gingiuarum corroſioni. R. gallarum, cupularum glandium, aluminis iameni, cort. granatorum ana. tere ſubtiliter, & applica vt ſuprà, intus & extra etiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Maſticatio maſtichis confirmat. Item, R. gallarum, myrti, lentiſci ana. coque in vino, & ablue.

Aliud. R. ſalis p. ij. aluminis ſciſſi p. j. combuſta extinguantur in aceto, vtere fricando radicem dentis, aut dentium, colluendo deinde cum vino calido. Decoctio cort. interioris vlmi calida in ore retenta, & decoctio rad. capparis in aceto forti ad medietatem, colluendo calidè, confirmat & tollit dolorem dentium.

Suffumigium confirmans dentes motos, & dolorem ſedans. R. ſpumæ maris, ſem. hyoſcyami ana pone ſuper prunas, & ſuffumiga. Aut cum dente canis ſuper ignem poſito. Aut collue ex vino decoctionis ſpumæ maris, karabæ, balauſtiorum: aut cum decoctione rad. taſſi barbaſſi in aceto vel vino. Myrrha, galla, & alumen, acacia, & hypociſtis, confirmant dentes commotos, fricando ex eis radices dentium.

De Dentibus corroſis, & vermibus in eis. *Cap.* XI.

RAdix tithymalli, pyrethri, capparorum, zingiberis, baccæ lauri, ariſtolochia, cyperus, nigella, vel ſtyrax conferunt: item gallæ in aceto vel vino coctæ, retinẽdo decoctionẽ in ore, & colluẽdo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Decoctio menthæ cum aceto tollit putredinem dentium. Coque zingiber in oxymelite, & impone in dente corroſo, Valet & ablutio ex vino decoctionis rad.pentaphylli calidè os colluendo.Radix peucedani concauitati dentis impoſita, & borax ſeu chryſocolla conferunt corroſioni dentium, vermeſque occidunt, qui ſunt in eis, & ſedant pulſationes eorum à proprietate mirabiliter. Illud quod eſt in concauitate gallæ ad intra eius corroſi poſitum, ſedat dolorem dentium, & vermes occidit. Semina hyoſcyami,porri & cæpæ in ſuffumigio cum emboto idem faciunt.

Ad præſeruandum dentes à corroſione & dolore, & vt ſint clari & odoriferi, & gingiuæ non ſint ſanguinoſæ. R. origani montani drach.ij.hyſſopi drach.iiij.parietariç permiſtæ cum melle & ſale trito, & combuſtæ in olla vnc.iiij.piperis drach.iij. tere, cribra,frica dentes & gingiuas.

De ſtupore & congelatione dentium. Cap. XII.

MAſticatio portulacæ,nucleorum nucis,ſem.portulacæ, amygdalarum, aut auellanarum, ſoluit ſtuporem dentium.Item frictio cum ſale,aut ſtringere inter dentes medullam panis calidi, caſcum

ſeum aſſum, vitellum oui calidum, cordumeni, aut baccas lauri prodeſt.

De albificandis Dentibus. *Cap.* XIII.

CAput leporis combure, miſce cum fœniculo albiſſimo, & oſſibus ſepiæ & frica dentes. Cornu capræ combuſtum fricando dentes clarificat & ſtringit gingiuas laxas. Cornu cerui combuſtũ, aut pulegium cum ſale frixo, vel ordeum & ſal aſſatum. Nitrum, oſſa dactylorum & ſepiæ miſce, & frica dentes ex eis puluerizatis.

Dentifricium optimum. R. coralliorum rub. finiſſimorum, oſſium dactylorum, pumicis, oſſiũ ſepiæ, ſalis aſſi ana, tere & frica dẽtes. Puluis cornuũ combuſtorum dentes albificat, ſi ex eo dentes fricẽtur.

Nulla eſt medicina excellẽtior, quàm pumex ignitus & extinctus in vino albo bis, & tertia vice relinquatur ignitus, donec infrigidetur abſque alia extinctione, tritus & ablutus, quando cum eo fricantur dentes, facit eos albiſſimos. Ex eo etiam non combuſto, ſed trito, dentes fricati albificantur.

De modo extractionis Dentium, ſine dolore & ferro. *Cap.* XIIII.

ADeps ranæ viridis, quæ habitat in arborib. dẽti appoſitus, frangit ipſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Circunda & emplaſtra dentem cum fermento,& dimitte per mediam horã, poſtea tange cũ ſanguine lacertæ, & cadet.

Aliud. Circunda dentem fermento per mediam horam relinquendo, prius tamen dentem circumcirca denudando: deinde accipe vermem dictum campe, qui adhæret foliis caulium, & appone denti cautè,ne alios contingat. & cadet. Si dens eſt de ſuperioribus, accipe vermem in ſuperiori parte folij:ſi de inferioribus in inferiori parte folij.

Colocynthidem ſylueſtrẽ coque,prius tamen tritam,& in aceto infuſam,donec mellis acquirat craſſitudinem. ſcarifica gingiuam circa dentem,tange hoc pharmaco,& iube claudere os per modicum temporis:poſtea accipe dentem cum digitis,& ſequetur ſine dolore.

Aliud. Farinam lacti tithymalli permiſce,& appone,ſuperponendo folia hederæ, dimittendo per horã,& frangetur.

Aliud. Deſtilla per alembicum ſal ammoniacum, tange cum ea aqua dentem, & cadet ſine dolore. Puluis corallij rubei concauitati dentis immiſſus, dentem eradicat. Tange dentem cum rad. apij ranini,ſtatim dolorem tollit,& dentem frangit. Idem facit radix hyoſcyami

nigri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nigri. Caue tamẽ, ne alios tangas. Quod in omnibus est ſubintelligẽdum. Oleum de ſerbin in dentem corroſum ſtillatum, idem facit. Diſſolue ammoniacum cum ſucco hyoſcyami, tange dẽtem, & cadet.

De Gingiuis corroſis. Cap. XV.

REc. Florum roſ. vnc. s. gallarũ drac. ij. myrrhę vnc. j. pulueriżata ſubtiliter gingiuis apponantur, prius tamẽ ore colluto, & fricatis gingiuis cum aceto ſcillitico. Acetum in quo mentha eſt decocta, ex eo colluẽdo, putridas gingiuas curat. Flores labruſcæ curant vlcera gingiuarum & oris. Trochiſci de orobo faciunt naſci bonam carnem ſuper gingiuas: fiunt enim ex farina & melle, & exiccantur in furno ſuper tegula. Ariſtolochia gingiuas & dentes à putredine purgat. Corallium valet ad corroſionem oris & gingiuarum, præcedente collutione ex aqua ſalſa aut aluminoſa. Conficitur puluis vtilis ex duabus partibus corallij, & vna roſarum. Frictio cum tartaro mundificat gingiuas denigratas & putridas. Agreſta cum melle & vino dulci cocta confert gingiuis, in quibus abundat humiditas. Ablutio ex ammoniaco, melle & aqua inuicem coctis, gingiuas corroſas & canceroſas curat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad gingiuas ſanguinoſas confert phlebotomia cephalicæ, ſcarificatio gingiuarum, & retentio ſucci hyoſcyami in ore, aut decoctionis eius cum vino cocto, aut cum vino decoctionis lentiſci extremitatum & balauſtiorum in aqua & aceto, vel cum vino cocto cum rad. rubi, vel cum decoctione gallarum & ſumach in vino pro collutione.

Aliud. R. tartarum vini & carbonem factum ex ligno roriſmarini ana. fac pul uerem, & ex eo frica gingiuas.

Secretum Gal. magnum ad gingiuas corroſas & denigratas. R. ſucci bryoniæ lib. s. gummi Arabici, gummi dragaganthi tor refactorum ana drach. j. ſarcocollæ, thuris, maſtichis, ireos ana drach. s. tutię Ale xandrinæ præparatæ in aqua roſ. drach. ij. calamenthi combuſti drach. s. puluerizentur ſubtiliſſimè in mortario lapideo, vel marmoreo, & miſta ſimul ſoli exponantur, donec exiccentur: renouetur ſuccus quinquies exiccando & puluerizando vt ſuprà: vltimo puluerizentur ſubtiliſſimè, & vtere eo ſicco, aut cum melle miſto, aſpergendo vel liniendo, eſt enim res excellentiſſima. Radix ireos puluerizata applicata curat putredinem dentium & gingiuarum. Gutta ammoniaci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

facta sicut collyrium, gingiuis putridis & cancerosis optimum remedium est.

De Gingiuis tumidis & superincarnatis.
Cap. XVI.

QVando gingiuæ sunt tumidæ cum apostemate, tunc maturandum est cum aqua decoctionis ordei & ficuum, calida retenta in ore, aut cum aliis quæ maturant: deinde cum phlebotomo aperiendum: postea os abluendum vino rubeo calido, aut vino & melle simul coctis. Quando autem sunt tumidę ex rheumate vel vapore teneatur in ore succus portulacę, vel aqua salita, in aqua cōdiuntur oliuæ, quæ vulgò vocatur salamora vel salmoria: vel teneatur in ore oleum omphacinum calidum, vel oleum de lentisco. Sicca conueniunt, ærugo ferri, ærugo æris, rad. aristol. semen. arnoglossæ, vitriolum vstum & balaustia.

Dum essem in Sabaudia cum Illustr. Duce Carolo secundo, in loco Annesiaci, fui locatus in domo Pacheleti apothecarij qui habebat vxorem satis antiquā, quæ habebat gingiuas inferiores crassiores digito: excreuerat enim carnositas multum deformis. Rogauit si quid haberem vt sanitati consulerem, quia multi iam anni erant, quòd ab illo morbo vexabatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

xabatur. Cui dedi bonam ſpem ſalutis. Accepi aquã qua vtuntur aurifabri (vulgò da partire) & aptaui duos baculos, in quorum vnius ſummitate ligaui cottum carminatum, in alterius ſummitate ligaui paruam petiam. Accepi poſtea aliam petiam duplicatam, & cum manu ſiniſtra poſui petiam ſuper inferiori labio, & traxi inferius, vt diſcooperirem totam illam carnoſitatem. Carne diſcooperta, accepi manu dextra baculum, in cuius ſummitate erat cottum, & immerſi in illam aquam fortem, & cum cotto fricaui dictã gingiuam ſuperincarnatam, vt ſuprà: & effecta eſt alba perinde, ac ſi calce diſſoluta liniuiſſem: deinde infudi petiam, quæ erat ligata ſuper alio paruo baculo, in aquam frigidam, & laui carnoſitatem illam tegendo alias partes ne tangerentur ab aqua forti. Iteraui modum prædictum per octo dies, & Deo fauente reſtituta fuit ſanitati priſtinæ, nulla remanente deformitate, perinde ac ſi nihil paſſa fuiſſet. Quãdo verò ſunt ex phlegmone, vt ſuprà, collue cũ decoctione foliorũ oliuæ, & ſuppone gallã: aut coque folia oliuę, & gallã in ſapa vini, & collue. Quòd ſi ad exiturã phlegmone terminetur, curatio in principio huius cap. poſita eſt.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

LIBER VII. DE AFFEctibus faciei.

De Morphea, lentiginibus, pano, & aliis maculis in cute faciei. Cap. I.

RAdix cucumeris aſinini cum melle miſta, fœdas cicatrices attenuat, & remouet veſtigia magna, quæ remanſerũt poſt percuſſionẽ. Idem facit fricatio eiuſdem rad. cũ aceto forti. Lapis pyrites, ſeu marchæſita (ex qua fit æramen, & eſt coloris æris, qui frangitur, cum in ignem mittitur, & cõburitur, diciturque Caparoſea) quando teritur vltima cõtritione, & conficitur cum aceto, abſtergit morpheam, albaras, & lentigines faciei. Ceruſſa cum caphura, & duplo eorum de elaterio agitata diu in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo, cum aceto, in modum vnguenti ſeruata per duodecim dies in vaſe vitreo; deinde vt ſuprà iterum agitata in mortario cum aceto delet omnes maculas & defœdationes faciei. Semen maluę tritum cum oleo & aceto vnctum tollit maculas. Radix capparis cũ aceto, aut radix ireos cũ elleboro & aceto, tollit maculas albas. Ablutio ex decoctione radicis arboris amygdalar. amararum

tollit omnes maculas. Fimus ouinus cum aceto applicatus maculas nigras emendat. Amygdalæ amaræ, & eorum oleum idem faciunt. Ablutio ex decoctione farinæ fabarum, cutim & lentigines abstergit. Radix bryoniæ, lentigines, panum, & faciei liuorem emendat, facitque bonum colorem, & rugas distendit. Oleum de been cum aceto quassatum confert morpheæ, lentiginibus, fœditati cutis & vestigiis vlcerum. Idem facit spuma maris combusta melli admista. Decoctio rad. bryoniæ, cum orobo, beta, & semine fœnigræci cataplasmata, omnes maculas nigras & lentigines tollit. Vtraque species dragonteæ mundificat faciem, aufert cutis fœditatem, lentigines, & propriè morpheam.

Ad Panum faciei, medicamentum albificans & venustans faciem. R. farinæ lupinorum, seminis melonis excorticati ana p. tres, farinæ fabarum, orobi, cicerum alborum ana p. duas, farinę ordei, lentium excorticatarum ana p. vnam, sem. raphani, amyli, dragaganthi ana p. mediã, croci parum, trita cõficiantur cum lacte mulieris, & liniatur facies: mane abluatur cum aqua corticum melonũ & violarũ. Succus rad. ireos cum farina fabarum

& cicerum alborum illitus mundificat faciem, maculas remouendo. Folia iesmini recentia curant panum & impetiginem apposita, ac resoluūt omnem materiam superfluam. Lactuca asini cū aceto maculas & lepras curat. Pæonia abstergit nigra vestigia cutis. Linitio facta cum rhapontico & aceto, liuores & impetigines sanat. Linitio facta cum mesereon, sulphure, melle, & aceto tollit lentigines, morpheam, albaras, & similia. Ablutio ex vino, in quo suffocatus est stellio, & mortuus, lentigines faciei aufert. Succus rad. gentianæ omnes maculas delet.

Ad Lentigines faciei ℞. arg. viui drac. j. amyli drac. iij. terantur, donec nihil appareat de arg. viuo. Adde sem. melonis excorticati drach. iij. & iterum simul terantur. Liniatur ex eis facies noctu cum oleo de semine cotti prius dissoluendo, lauetur postea manè aqua calida. Cæpa cum vitello oui, aceto, & melle mista curat impetigines & lentigines faciei. Ol. de semine cotti singulare est ad lentigines faciei. Cinnamomum cum melle tritum maculas & lentigines de facie purgat. Caphura cum aqua ros. & melle albo purissimo confecta, panum tollit, & faciem depurat. Elleborus niger fricatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum aceto tollit fœditatem, panum, lentigines & impetiginem. Oleum de granis cataputiæ maioris delet omnes maculas. Idem facit ſinapi cum melle & adipe.

Vnguentum quod omnia veſtigia, omnes tuberoſitates & maculas aufert, & omnem colorem malum rectificat, conuertendo in fumum omnem humorem ſub cute corruptum. R. rad. cucumeris aſinini, been albi, radic. bryoniæ, lupinorum ana vnciam j. ceruſſæ, lithargyrij, tartari ana. drach. j. s. radicum cannæ, ſerapini, ſtercoris columbini ana ſcrup. ij. ol. de ſeſamo vnc. iij. ol. de iuniper o, de frumento ana vnc. ij. s. ſucci arãciorum ſeu citrangulorum vnc. iiij. pulueriza tis puluerizandis, & ſubtiliſſimè cribellatis omnia ſimul lento igni vſque ad conſumptionem bulliant, deinde remoue ab igne ſemper cum ſpatula agitando, donec infrigidentur: tunc adde album vnius oui recentis conquaſſatum & colatum, caphuræ ſubtiliſſimè tritæ drac. j. debitè ſemper miſcendo: deinde lauetur in lib. j. aquæ expreſſionis cannarum, quando ſunt teneræ, decies in ea aqua lauando & agitando cum ſpatula: Hoc enim eſt ſolenne & ſingulare ad præmiſſa: Gummi arboris ceraſorum cum vino veteri bibitum, de facie fœditatem

tatem palloris excludit.

Ad Panum faciei, vestigia vlcerum & variolarum. R. ireos, lithargyrij loti, ammoniaci, cornu cerui vsti, baurach, salis ammoniaci, lupinorum ana dissolue ammoniacum cum aqua ordei, & incorporentur reliqua simul, fiantque trochisci, qui exiccentur in vmbra, & soluatur vnus pro vice cum aqua ordei vel fabarum, & liniatur super faciem noctu. Vnctio cum elleboro albo, rosis albis, cum oleo mistis, tollit panum in septem diebus.

Linimentum abstergens panum faciei, albificans & venustans faciem. R. farinæ lupinorum, fabarum, cicerum alborum, orobi ana drach. ij. farinæ ordei, lentium ana drac. j. sem. raphani, gummi dragaganthi amyli ana drac. s. sem. melonis excorticati drac. iij. croci scrup. s. trita conficiantur cum lacte mulieris, & ex eis liniatur facies vesperi: manè lauetur cum aqua corticum melonum & violarum. *Aliud, quod tollit vestigia nigra, & facit colorẽ faciei bonum mirabiliter.* R. amygdal. excorticatarũ, orobi, spumæ maris, sarcocollæ añ. drac. j. conchularum vstarũ drac. j. s. sem. melonũ excorticati drac. iij. nasturtij albi, cicerũ alborũ excorticatorum añ. drac. ij. fabarũ excorticatarum, lupinorum excorticato-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rum ana.drac.s .trita distemperẽtur aqua ordei cum saccharo, & liniatur facies ex eis. Fricatura vasis figuli noui cum saccharo albo ligata in petia, infusa in aqua vitæ, tollit vestigia nigra de facie.

Aliud. R.myrrhæ, nitri, ammoniaci, sulphuris citrini añ.tere cum aceto albo, & illine, cautè tamen ne faciẽ exulceret.

Vnctio faciei panosæ cum oleo de tartaro per septem dies vesperi, manè abluatur aqua calida, in qua dissolutum sit amylum, confert. Oleum amygdal. amararum, vel de nucleis cerasorum, tollit panum, lentigines, & fœditatem.

Linimentum quod tollit nigra vestigia, & facit colorem faciei bonum mirabiliter. R. amygd.excorticatarum drac. j. conchularum vstarum drac.j. s. nasturtij albi drac. ij.fabarum excorticatarũ drac.s. cicerũ alborum excorticatorum drac.ij.lupinorum excorticatorum drac.s.orobi drac.j. spumæ maris, sarcocollæ ana.j. trita distemperentur aqua ordei cum saccharo, & liniatur facies, mista portione seminũ melonum, dissoluẽdo cum aqua fabarũ.

Aqua de pomis balsamitæ tollit vestigia & cicatrices. Aqua destillationis florum fabarum prius in vino infusorum clarissimo, delet omnes maculas, attenuat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nuat cutem, applanat foramina variolarum, & non ſinit renaſci pilos. Aqua deſtillationis reſinæ abietis idẽ facit, delet lentigines, rectificat pellem veterem, prohibet ſciſſuras faciei, lauando veſperi, & petiam ſubtilem ſuper eã faſciando: manè verò abluatur cum decoctione fabarum & furfuris tepida, poſtea cum aqua roſarum, & modico vini albi. Idem facit aqua gummi cedri. Radix cæpæ narciſſi omnes maculas de facie tollit. Cyclamen ſordidas maculas limpidat. Calamenthum nigras cicatrices tollit, & omnes liuores appoſitum detergit. Mẽtha aquatica ſeu ſiſymbrium, cruda & cocta, lentigines & maculas faciei tollit vna nocte appoſita. Ceruſſa gerſæ cum aqua roſ. illita depurat & ſubtiliat cutem. Oleũ de mezereon abſtergit omnem fœditatem cutis, & curat vlcera fraudulenta. Fimus columbinus cum aceto miſtus, maculas faciei delet.

De his quæ faciunt Faciem rubicundam.

Cap. II.

RVbeam tinctorum tere cum oleo & vnge. Aut vnge cum bulbo marino melle miſto. Vel cum ſemine anethi diſſoluto cum vino antiquo cocto ad mellis craſſitudinem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De his, quæ faciem dealbant. *Cap.* III.

DEalbat faciem & panum tollit dragagãthum in aqua rosacea per noctẽ infusum, addendo manè parũ boracis, vel caphuræ, & liniatur facies in sero.

Aliud. Rad. cucumeris asinini siccã & incisam coque in aqua, & fac cataplasma.

Aqua ad dealbandam faciem, & ruborem tollendum. R. sulphuris viui vnc. j. thuris albi drac. ij. caphuræ drac. j. subtiliter puluerizata ponantur in lib. j. aquæ rosaceę, & exponantur soli per 15 dies. Lauetur facies noctu: manè verò abluatur cum decoctione furfuris & ros.

Linimentum quod faciem dealbat. R. cicerum alborum, fabarum albarum, lupinorum omnium depilatorum ana vnc. ij. ordei m. j. rad. ireos siccæ drac. s. gummi Arabici drac. ij. s. caphuræ drac. j. contusa coquantur omnia, caphura excepta, in aquis ros. plantaginis, solatri, & prunellorum syluestrium ana vnc. vj. donec consumantur duæ partes, vel circiter: colentur forti expressione, colaturæ addatur caphura, seruetur in vase vitreo, & liniatur ex eo facies, quacunque hora libuerit: quoniam non tingit, nec eget ablutione. Cerussa cum aqua rosacea soli exponatur in æstate, qua consumpta alia

addâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

addatur, continuando, donec albiſſima fiat, & de ea formentur pilulæ, ſoluatur vna pro vice cum aqua roſacea, & liniatur facies.

Aliud. Piſtentur nuclei pinearum recentium, coquantur in lacte & aqua roſacea, & colligatur pinguedo ſupernatãs poſt infrigidationem, quæ calido lacti miſceatur, & ex eo facies liniatur: curat enim guttam roſaceam ſine dubio.

Ad veterem guttam roſaceam. R. Caphuræ drac. j. boracis drac. ij. farinæ cicerum rub. drac. iiij. confice cum ſucco citrangulorum, & melle, & vnge. Ablutio cũ lacte aſinæ, cutem dealbat, & mundam reddit.

Ad puncta rubea Faciei. R. nitri aſſi, farinæ orobi ana cum decoctione betarũ, & ablue faciem.

Ad impetiginem Faciei. R. lacertam viridem viuam, coque in vino & oleo, donec vinum conſumatur, poſtea cola, & adde ceræ albæ q. s. & vnge.

Facta ſtufa de palea ordei, vel auenæ, abſinthio, & foliis maluæ, vnguento infraſcripto vnge. R. farinæ ordei, farinæ fœnigræci, boracis ana q. s. pulueriza̲ta confice cum ſucco cæpæ & melle deſpumato. vnge, quia faciem dealbat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad phlegma falſum, ignem ſacrum, ignem Perſicum, achoras, & alias faciei deſœdationes.

R. Litharg. rubei ſpumificati vnc. ij. tutiæ Alexandrinæ ignitæ candentis extinctæ trigeſies in vrina pueri, poſtea præparatæ in aqua roſacea vnc. iij. amyli de ordeo vnc. j. ol. roſ. vnc. viij. tere in mortario vltima attritione, addendo paulatim aceti acutiſſimi cochlearia x. & fiat vnguentum, ſicut fit vnguentum de lithargyrio, continuè agitando, donec ceſſet ſpumificare: tunc adde caphuræ ſubtiliſſimè tritæ drac. ij. iterum agitando diu, & ſeruetur ad vſum, vngendo vt prædicta.

Aliud. R. ceruſſæ, ſarcocollæ, amyli ana vnc. iiij. infundantur quatuor diebus in lixiuio, deinde glutinentur cum albumine oui recentis, addendo caphuræ cãdidiſſimæ drac. j. s. muſci g. ij. & fiat gummera, ex qua ſoluatur parum pro vice cũ aqua roſacea, & liniatur facies noctũ: eſt enim res mirabilis, dilecta magnificé.

Ad hanc intentionem multum valet vnguentum de vitro, & eius loco, R. medullam citri, coque cum axungia porci recẽti, poſtea paſſetur per ſetacium: adde ceræ albæ q. s. & iterum reuocetur ad ignem leuem, donec cera ſit liquefacta:

mox

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mox adde ſalis ammoniaci triti vnc.ij. & repone in vaſe vitreo aut vitreato, & vnge. Curat enim ruborem faciei, puſtulas, pruritum, & alias huiuſcemodi defœdationes. Aliquando accidit rubor in facie ex multitudine ſanguinis, qui defertur per venam magnam, quæ eſt in medio frontis, & ſubitò per interualla ſpargitur per totam faciem, & illinc paulatim recedit, ſtatim tamen redit. Hoc contigit Illuſtriſs. Comitiſſæ Chialãt, quæ erat in curia Illuſt. Dominæ Alanchæ duciſſæ Sabaudiæ. Ergo propter hanc cauſam me vocauit, & dum mecum loqueretur, ſtatim effuſus eſt ſanguis ex illa vena in totam faciem. Aſpiciens venam illam magnam in fronte ſanguine plenam, dixi ei: Si vultis aliquantulum pati, citò liberabimini ab hac paſſione. Reſpondit ſe omnia toleraturam, modò ſanari poſſit. Feci ei radere capillos ſuper commiſſura coronali, per latitudinem vnius ſcuti, ſuper ipſa vena, dimittendo de capillis in parte ſuprema frontis, & ſub loco raſo ne facies deformaretur, & in loco raſo ſuper prædicta vena feci applicare ruptorium ſcriptum ſuprà de Polypo & hæmorrhoidibus narium, & dixi chirurgo, vt ſolùm per horam ſuperdimitteret, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

(ea ſic volente)per duas horas dimiſit.Et cùm amouiſſet dictum ruptorium,facta eſt tanta ſanguinis effuſio, vt totam chirurgi faciem fœdauerit : qui debebat cõprimere venam à naſo ad vulnus,vt ſanguis qui erat in ea parte,euacuaretur , & ſuper eum locum defenſiuum apponeretur.Ipſe verò exterritus propter ſanguinis effuſionem,ſtatim vulnus compreſſit, & ligauit,& ſanguis qui erat in loco prædicto deſcendit in naſum , qui excreuit multum,cũ quadam luciditate deformi: ſuper quem feci applicare infraſcriptum emplaſtrum,& in craſtinum fuit pulchritudini priſtinæ reſtitutus. R. caricarum pinguium n°.vj.ſeminis fœnigræci drac. ij.aquæ lib.j. coquantur ad conſumptionem duarum partium : poſtea colentur cum bona expreſſione , cui addatur farinæ ordei , florum chamæmeli & meliloti pulueriʒatorum ana drach.ij. myrrhæ,œſypi ana drac.s.rad. ireos ſiccæ pul ueriʒatæ drach.iij. iterum ponantur ad ignem lentum, vt debitè miſceantur , & de eo decenter calido applicetur ſupra naſum totum, dimittendo duo foramina in directo narium. Curato itaque vulnere,ſtante tota vena abſciſſa,ipſa remanſit libera,neque vnquam ruborem aliquem

defor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

deformem passa est, cùm rubor ille esset inueteratus plus quàm viginti annorum, & multi medici circa hanc curam laborassent.

Ad Ruborem faciei, bardos rubeos, cum intenso rubore nasi. R. rad. lapathi acuti ablutas & exiccatas, ablatis interioribus duris, quantum vis: pulueriza eas, & incorpora cum axungia porcina veteri liquefacta & colata, & cum cera alba: fiat vnguentum, addendo mercurij extincti cum saliua ieiuni parum.

Aliud. Coquatur granatum dulce cũ corticib. suis, pistetur & applicetur super nasum.

Aliud. R. sal. ammoniaci drac. ij. aquæ rosf. vnc. iiij misce & epithemetur nasus. Aut pone sal ammoniacum in lixiuio in vase æris flaui, per tres aut quatuor dies, & epithema cum eo.

Aliud siccans Bardos. R. sulphuris, salis tritorum ana. liga in parua petia, quam infunde in oleum nucum, tartari, vel citoniorum, & bulliat dicta petia sic ligata cum oleis prædictis, aut aliquo illorum parum, & ex ipsa petia sic ligata tange bardos, dimittendo continuè petiam in prædictis oleis.

Ad Pustulas excoriatiuas sine sanie cum rubore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bore faciei. R. amyli de ordeo drach.ij.lithargyrij ſpumificati drach.vj.olei de vitellis ouorum, tutiæ præparatæ, ceruſſæ ana drac.j.s.olei de frumento q.s.fiat vnguentum in mortario plumbeo,& vnge.

Aliud elegantius medicamentum. R.ſem. maluauiſci recentis triti vltima contritione vnc. j. s. gummi oliuarum diſſoluti cum pauco aceto acri drach. vj. ſtyr. liquidæ drach.iij.olei de frumẽto q.s.corticum mediorum vlmi drach. x. terantur omnia vltima cõtritione,& fiat vnguentum, quo vngatur noctu: manè verò abluatur cum aqua decoctionis vel ſublimationis cyclaminis. Idem facit ſuccus cyclaminis per decoctionem inſpiſſatus, & vnctus.Semen caulis mundificat. Frictio aceti cum melle tollit paruas puſtulas ſiccas,& diſpergit,ac conſumit. Caro & ſemen melonis ſiccata ad ſolem, conficiuntur cum amylo & farina ordei, ſiccatur denuo, & ſoluitur parũ de eis cum aqua roſ. & lauatur facies, mundificat eam,& ſplendidam reddit.Oleum de frumento nouiter factum calidum applicatum curat impetigines faciei.

De iuncis, ſiue ionthis, & conſimilibus tuberoſitatibus faciei.

Cap. IIII.

Iunci

IVnci ſunt parui tumores duri, qui potiſſimùm accidunt leproſis, & curantur per emollientia, & diaphoretica: dura enim emollientibus & diaphoreticis indigent.

R. lithargyrij drach. j.s. terebinthinæ ſcrup.ij. s. confice cum modico olei albi loti multoties, & vnge primò cum digito, deinde cum ambabus manibus frica iuncos, lauando prius faciem: hoc enim & claram & tenſam facit.

Ad diuturnos verò iuncos. R. nitri rubei, hyſſopi, pulegij, ſalis foſſilis ana drach. j. olei roſacei, ceræ q.s. fiat vnguentum, & vnge.

Aliud ad diuturnos iuncos. R. ocymi, nitri rub. pulegij recentis, Indici ana. pulucrizata conficiantur cum adipe gallinæ & anſeris, extendantur ſuper petiam, & applicentur ſuper patientem locum, donec ſanetur.

Aliud. Madefiant tuberoſitates cum lixiuio in quo cocta ſint grana fœnigręci & ſeſamini, tribus dieb. cõtinuis frequẽtando: deinde liniãtur tuberoſitates hoc vnguẽto. R. Vnguẽti de lithargyrio drac. ij, mucilaginis fænigræci, ſem. lini, rad. altheę an. drac. j. farinę orobi q.s. fiat vnguẽtum in mortario, & ex eo liniãtur puſtulę.

Poſt

Post debitam mollificationem, cum aqua capitelli tertiæ collectionis, aut cum aqua forti, qua vtuntur aurifabri, tangantur pustulæ solæ, non aliæ partes. Aqua fragorum est optima, linita super pustulas, & etiam bibita, quæ hoc modo paratur. Ponantur fraga bene matura in crate facto ex viminibus subtilibus salicum, & sub eo ponatur vas bene mundum. dimittantur fraga putrefieri, & aqua quæ ab eis distillabitur, seruetur ad vsum, vt suprà.

Caulis cum alumine saccharino & aceto valet ad pustulas leprosorum, consumendo eas, & eis similes.

De Sycodeis faciei. Cap. V.

SYcodei sunt eminentiæ barbæ, à quibus manat ichorosa humiditas: & in hoc differunt à Iuncis. R. libanoti, lithargyrij ana drach. iiij. salis fossilis drac. viij. sandarachæ drach. ij. tere subtilissimè, & applica.

Aliud. R. vitreoli, sulphuris viui ana drach. ij. æruginis æris drach. j. nitri rubei drach. ij. tere, & vtere.

Ad humidas & vlcerosas, ex quibus manat aqua pura, veluti à fonte. R. squāmæ æris drach. iiij. vitreoli, aluminis scissi, collæ seu glutinis carpentariorum lucidæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cidæ ana drach.ij.quæ ſicca ſunt tere,glu ten verò infunde in aceto , & miſcendo omnia ſimul fac trochiſcos, qui exiccentur in vmbra, & diſſoluatur vnus pro vice cum aceto,& vngatur:hoc enim curat etiam fiſtulas.

Succus fructus maluæ ſylueſtris , & gummi oliuæ , & gummi vlmi trita cum aqua , curant ſycodeas recentes. Antiquas verò , radix aſphodeli cocta, trita, & frondes agni caſti cum aceto , & radix lapathij domeſtici cum aceto vngendo curant.

De his quæ rugas faciei diſtendunt.
Cap. VI.

OLeum de ſeſamo , & decoctio granorum eius rugas diſtendunt, molliunt,& ſolidant. Oleum etiam de glande eſt optimum. Radix cucumeris aſinini ſiccata , trita & cribellata , miſta cum aqua roſacea (lauando cum ea , deinde cum aqua frigida) rugas extendit mirabiliter.Radix bryoniæ,& ſimiliter ſuccus rad.eius,faciei rugas diſtendunt.

De tumore faciei. *Cap.* VII.

TErram nigram cum aqua diſſolue, & linias faciem in ſero.

Aliud. Spumam maris cum oleo nardino diſſolue, & vnge faciem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De contusione faciei. *Cap.* VIII.

FArina lupinorum dissoluit vestigia percussionis, & sanguinem mortificatum. Rheuponticum mistum cum aceto, linitũ super vestigia sanguinis mortificati ex percussione, ea dissoluit. Aloe cum melle tollit liuorem ex percussione. Folia menthastri tollũt sanguinem mortificatum ex percussione. Mel & nux trita cum sale in emplastro posita, sanant vestigia percussionis, & tollunt sanguinem mortificatum.

Emplastrum mirabile ad remouendam inflationem, liuorem, & malum colorem ex percußione & contusione causatum. R. rad. consolidæ maior. & minor. ana lib. s. florum chamæm. meliloti ana drac. ij. croci drac. s. farinæ fabarum vnc. iiij. farinæ fœnigræci vnc. j. s. butyri vnc. v. cymini, absinthij sicci ana vnc. j. coctis radicibus & pistis, misceantur omnia simul cum q. s. decoctionis suprascriptæ radicum, & fiat emplastrum, quod applicetur.

De modo remouendi pilos faciei. *Cap.* IX.

R. succi fol. cucumeris asinini, lactis amygd. amararum ana lib. s. calcis viuæ, auripig. ana vnc. j. bulliant simul ad ignẽ: deinde adde galbani emolliti in vino per diem & noctem vnc. s. olei violati,

rosa

rosacei ana vnc.ij. coquantur iterum lento igni, aromatizando cum caryophyllis, rosis & nuce musc. & vngatur in stufa remissè calida, leuiter fricando. Facies verò depilata epithemetur cum furfure remollito in aqua calida.

Aliud quod depilat faciem, & illam reddit albam. R. colophoniæ vnc. iiij. mastichis vnc. j. ammoniaci purissimi drach. j. dissolue in vase terreo mundo, & cola super aquam frigidam, collige, malaxa simul, & soluatur parum de eo super ignem, tepidúmque applicetur, seruetur per horam vnam vel duas, deinde remoueatur, epithemando, vt suprà, cum furfure. Vide fusius suprà de his quæ faciunt cadere pilos.

LIBER OCTAVVS DE affectibus partium voci inseruientium.

De ægritudinibus Vuulæ & duarum amygdalarum, Cap. I.

QVi habent vuulā inflammatam gargarizēt primò aquā frigidā cū modico aceto: deinde cū succo granati expressi à pulpa, granis & cortice simul pistās cū aqua frigida:

aut diamoron, vel diacaryon, cum aquis rosarum, plantaginis & solatri, deinde cum aqua mellis, cum rosis, fructu spinæ Ægyptiacæ, & terra sigillata. Gargarismus ex succo vrticæ, curat apostema vuulæ. Mitiora sunt gummi dragacanthi, gummi Arabici, sarcocolla, sandaracha, fructus cardui albi, & fructus rubi.

Experimentum bonum. R. succi mali granati expressi, vt suprà lib. s. mellis rosacei vnc. iij. coquantur vsque ad mellis crassitudinem, & ex eo ponatur super spatula parua lignea, attingatur vuula, subleuando eam cum ipsa spatula, & citò iuuabit.

Sola sandaracha pulverizata in omni materia confert. Piper in materia frigida pulverizatum super spatulam positum vt suprà confert. Cinis radicis caulium, & cinis rad. anethi administrantur vt suprà. Gargarisma ex decoctione rad. chelyd. est optimum. Radix caulis postquam extracta est, & non tetigit terram, collo appensa citissimè omnes morbos vuulæ tollit. Anethum cum radice & semine pone in vase figuli obturato, ponatur in furno, vel super prunas, quousque rubeat, tere anethum sic combustum, & subleua vuulam. Confert gargarisma ex decoctione lentium.

Aposte

Apoſtema amygdalarum cum prædictis gargariſmatibus à principio curetur. Fiant diuerſiones cum frictionibus, ligaturis, clyſteriis, ventoſis inter ſpatulas, aut phlebotomia cephalicæ, quando multum inualeſcit. Fiat inunctio exterius cum oleo amygdal. tepido, & ponatur parum de eo tepido in aurem lateris dolentis. Item agreſta cocta in vino dulci & melle gargarizata confert. Quando verò tendit ad ſuppurationem, & facit magnum dolorem applicetur emplaſtrum ex morſu gallinæ, cocta in lacte, aut ex medulla panis in lacte infuſa, cocta parum ſimul: ſedant enim dolorem, & maturant. Lac tepidum gargarizatum iuuat ad eruptionem. Quòd ſi tardetur eruptio, aperiatur apoſtema cum phlebotomo, deinde fiat collutio & gargariſma cum aqua mellis, aut cum aqua ordei & melle roſaceo.

De angina ſiue ſquinantia. Cap. II.

SI fiat à dominio ſanguinis, incipiendum eſt ſtatim à phlebotomia cephalicæ. Quòd ſi in patiente retineatur aliqua euacuatio conſueta, ſicut hæmorrhoides & mẽſtrua, fiat phlebotomia de cephalica eiuſdem lateris, & eadẽ die de venis quæ ſunt ſub lingua, ſi plenæ ap-

pareant,& propriè,quando patiens solet incurrere squinantiam. Sin minus, fac de vena cephalica opposita loco dolenti. Quum verò multa est repletio in toto, tunc ambæ cephalicæ sunt incidendæ, & eadem die venæ quæ sunt sub lingua. Quandoque fit sectio basilicæ & saphenæ. Canon autem est, vt non extrahatur sanguis multus subitò, sed potius multiplicetur numerus, vt conseruetur virtus. Si materia fit cum dominio choleræ in sanguine, ante & post phlebotomiam dandum est aliquid choleræ eductiuum cum lenitiuo: deinde fiat phlebotomia cephalicæ vt suprà: mox venarum quæ sunt sub lingua. His peractis sunt administrãda repercussiua ad extra & ad intus: & sunt exibenda quæ catarrhum incrassant, & eius descensum abscindũt sicut syrupus de papauere, diacodyon simplex, & similia, quum itur dormitum maximè. Conueniunt etiam frictiones & ligaturæ.

Quandoque ponitur ventosa magna super secundũ spondylum, & iteratur sæpe: dilatat enim anhelitum, quando squinantia est in epiglottide, quæ anhelitum impedit: sicut quando est in meri, impedit deglutionem. Quandoq; conferunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ventosæ super mentum, & sub mammillis, etiam cum incisione: faciunt enim diuersionem facilem materiæ. Confert etiam destillare in aurem lateris dolentis ol. amygdal. dulcium, & similium. Gargarizetur à principio aqua ros. cum aceto: conuenit enim in omni specie squinantiæ. Aqua infusionis sumach, aut ribes, diamoron cum aqua sumach, aut aqua granat. acetosorum & dulcium tritorum cum tota substantia: succus solatri, & semen rosarum est mirabile, cum succo citoniorum, vel sorborum & huiusmodi. Quandoque miscentur cum istis gallæ, balaustia, semen rosarum, & alumen, & vigoratur eorum operatio. Succus agrestæ cum eisdem liquoribus est sublimis. Diamoron quoque, & rob de papauere bibitum cũ aqua sumach est singularis. Emulsio seminum papaueris cum aqua ros. & lac calidum gargarizatum sedat dolorem. Ea verò quibus vtimur ad lenificandum, est lac, & decoctio ficuum & passularum, mucilago psyllij, seminis citoniorum, altheæ, seminis lini & fœnigræci: aqua pariter furfuris. Scabiosa gargarismata, bibita & emplastrata squinantiam desperatam sanat. Gargarisma ex melle & decoctione ficuum simul cocto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rum cõfert omnibus apoſtematibus gutturis, amygdalarum, & ſquinantiæ. Radix raphani in aceto & melle cocta gargariſmata ſimiliter curat. Parietaria etiã confert dolori gutturis. Vnge guttur ad extra cum ſtercore capræ, melle, & pice liquida. Confert etiam linitio cum melle & pipere: aut combure limacias, & confice cinerem, quem miſce cum melle, & vnge.

Emplaſtrum ad ſquinantiam, & omnia apoſtemata gutturis, mirabile, & non reperitur aliud velocius iuuans. ℞. lithargyrij vnc. j. ſuper quod proiice tantum olei ſeſamini, & violacei donec glutinetur: deinde accipe mucilag. pſyllij, ſeminum altheæ & marrubij ana vnc. s. gummi amygdalarum infuſi in aqua coriandri die ac nocte, & colati vnc. j. proiiciatur in ea florum chamæmeli & meliloti puluerizatorum ana drach. ij. tandem omnia miſcendo cum forti agitatione, addendo tria oua gallinarum recentia, agitando fortiſſimè, applicetur.

Aliud. ℞. cineris hirundinum vnc. iiij. croci, ſpicæ Indicæ ana drach. j. s. confice cum melle, & vnge guttur ad extra, quia ſanat ſquinantiam. Pæonia collo appenſa valet ad apoſtemata gutturis.

R. Fil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

℞. Filum lanæ quæ reperitur in cōchiis maris, & tingatur tinctura de grana, deinde cum eo filo iuguletur vipera: filum illud inuolutū circa collum patientis squinantiam, aut aliquod aliud apostema in gutture vel collo, præstat iuuamentum mirabile, teste Gal. 6. Simplic. cap. 101.

Terantur cæpæ lilij cum fermento, deinde exprimantur in petia, & eius succus qui exibit soluatur cum lacte porcino, bulliat parum & ex ipso gargarizetur: rumpit enim apostema à proprietate.

Quando verò apostema squināticum est in meri, & per prædicta non rumpitur, operandum est cum candela cerea plicata & mollificata cum manu calida, mittendo eam in gutture: aut cum porro, alióue simili, donec rumpatur apostema: postea gargarizetur cū aqua ordei, & melle rosaceo, aut cum aqua mellis.

Signum quod sit in meri est, quando deglutire est impossibile, possibile anhelare. Quando autem est in epiglottide, anhelare est impossibile, possibile tamen deglutire: tunc non est aliquid in gulam immittendum, quoniam talia ad epiglottidem non accedunt, sed tantum emplastris, gargarismatibus, & vnctionibus supra scriptis est procedendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Cum pueri incurrunt ſquinantiam, dentur flores violarum, aut conſeruę violarum cum aqua ad bibendum, quia valent à proprietate, adminiſtrando ex prædictis ſecundum proportionem ætatis.

De Strangulatione. *Cap.* III.

QVandoque ſtrangulatio fit à cauſa extrinſeca, ſcilicet cum fune, & alia re guttur ſtringente, & eius cura eſt cauſam illam remouere: quandoque fit à rebus ab extra venientibus, ſed operantibus intra, ſicut propriè ex iis, quæ comeduntur & bibuntur, vt magnitudo boli, aut aſperitas, aut ſtipticitas, & propriè panis autopyrus non maſticatus, aut miliaceus. Sæpe cibus & potus exiſtens in gutture non rapit viam meri, vt mittatur in ſtomachũ, ſed capit viam epiglottidis, quæ eſt via anhelitus: tunc cura eſt ſtatim vomitum prouocare, maximè quando cibus ſui magnitudine vel ſtipticitate retinetur in capite meri. Quando autem declinauit ad epiglottidem, & impedit anhelitum, tunc eſt percutiendum collum in parte poſteriori, & manu contrectare oportet partes gutturis, & cum violentia anhelitum emittere. Quòd ſi ſit os vel ſpina, aliquídue conſimile, impone

pone digitum aut candelam, vt dicetur infrà ſuo loco.

Quandoque fit ſtrangulatio non propter quantitatem, ſed propter rei malitiam, vt quæ fit ex fungis. Exiccetur ſtercus gallinæ, pulueriz etur, diſſoluatur cum aceto, aqua, melle & vino, deturque potui, nam ſubuertendo facit vomere. Sal cum melle ſumptum conuenit contra nocumenta fungorum. Nitrum cum aceto & aqua bibitum, valet ad ſuffocationem fungorum venenoſorum. Meliſſa cum pauco nitro, citò ſubuenit. Idem faciunt raphanus, puluis dictamni & ſuccus abſinthij. Ad eos autem qui ita ſuffocantur, ſtercus capræ cum melle & pice liquida miſtum, vngendo extrinſecè, curat. Succus cæpæ cum melle, citò ſubuenit præfocationi.

De his qui ſtertunt, & de nocte loquuntur.
Cap. IIII.

POne anethum ſub capite, eo neſciente. Hoc enim confert his qui ſtertũt, & his qui dormiendo loquuntur.

De extrahendis Spinis, & aliis gutturi infixis.
Cap. V.

GArgarizet oleum cum aqua ſalſa. Detur ſuccus galli criſtæ vel centri galli ad bibendum. Exhibeatur acetum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum thymo,& post hæc gargarizet aquā calidam. Medulla citri transglutita cum aceto mista sanguisugas quæ sunt infixæ gutturi interficit pariter & succus ebuli.

Prouocatio vomitus educit quod est infixum, aut ex appositione digiti medij in gutture, aut candelæ cereæ plicatæ. Quòd si hæc non conferant, frustum carnis vaccinæ elixatæ liga cum filo forti, & deglutiat patiens tenendo aliam extremitatem fili in manu, postquam deglutieris carnem, trahe filum subtili extractione, & cū eo extrahetur quod est infixū gutturi, siue sit spina, siue quid aliud.

De bocio Gulæ. Cap. VI.

FActa vniuersali purgatione, purgabis caput cum cocchiis vel aggregatiuis, faciendo gargarismata & caputpurgia. Deinde fac hunc puluerem: R. auellanæ, spongiæ combustæ, paleæ marinæ, chartarum combustarum, ossis sepiæ, sem. plantaginis ana vnc. s. piperis, zingiberis, salis gemmæ, pumicis, nucis musc. gallarum, piperis albi & longi, cinnamomi electi, ellebori albi & nigri ana drach. ij. fiat puluis, de quo detur omni die drach. j. cum aqua saluiæ.

Alius puluis æquiualens, & facilioris præparationis. R. spongiā nouam bene mundam,

dam, pone eam in furno, in olla rudi noua, vt cõburatur, & de ea fac puluerem, de quo detur vt suprà. Item ex vna parte alterutrius horum pulуerum, cõfice formas lupinis similes cum melle cocto, vt indurentur, & teneatur vna sub lingua, quando itur dormitum, paulatim degluticndo. Quando verò exhibetur puluis, & potest inuolui in nebula vel hostia madefacta in vino, & statim post bibatur vnc. j. vel circa, aquæ saluiæ. Super bocium postea ponantur illa quæ apostemata indurata resoluunt, de quibus suo loco. Quòd si bocium ad exituram deueniat (sicut quandoque vidi) curetur curatione exiturarum.

De nocumentis Voci aduenientibus. Cap. VII.

NOcumenta vocis aut fiunt à mala temperie nuda, & tunc curatio perficitur alterantibus: aut fiunt ab intemperie cum materia, & tunc materia prius est euacuanda per venæ sectionem aut solutionem ventris, aut vtriusque, secundum exigentiam, deinde intemperies est auferenda. Aut fiunt ex affectibus spondylorum colli, ex primo de causis Symp. cap. 5. Aut fiunt ab vlceribus organorum vocis, quorum curatio tradita est in capite de Alcola, & vlceribus oris.

Medica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Medicamenta calida, emendantia nocumenta vocis à frigiditate causata, sunt cubebæ masticatæ, aut cum passulis comestæ. Loch de squilla, loch de caulibus, crocus, myrrha, acetum scilliticum, opopanacum, & radix eius, styrax calamitæ, piper album, calamentum, & olibanum. Confert dare 5. partes olibani, & vnam myrrhæ cum vitellis ouorum.

Medicamenta frigida, emendantia nocumenta vocis causata à caliditate, sunt mucilago psyllij, & seminis citoniorum cum saccharo, aqua citrulli & cucurbitæ, & medullæ seminum eorum, portulaca & semen eius, semen papaueris albi, vinum granatorum, amylum, amygdalæ, aqua ordei & similia. Linitiuorum verò hæc est summa. Liquiritia & succus eius secundum omnem modum administrationis eius, est linimentum bonum, clarificans vocem, cui accidit asperitas à quacunque causa proueniat. Item passulę sine nucleis, mel passulatum, grana pini, ficus siccæ pingues, dactyli pingues, fœnumgræcum, semen lini, radix lilij, saccharum, canna mellis, coagulatus vuæ, sorbitiones de fabis, medulla tritici, vitella ouorum, vinum dulce, vinum granatorum dulcium, & similia.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quæ autem humiditates impressas in musculo vociferationis & mollificationem in eo impressam desiccāt, sunt scilla, & propriè acetum & oxymel scilliticum.

Vocem maximè roborat sandaracha cum aceto scillitico parum pro vice sæpe gargarizata. Item succus alphescerae, & lohoc eius, lohoc de succo caulium, lohoc de scilla, piper cum vitellis ouorum, cubebę, olibanum, bulbi crudi cum melle comesti, gargarisma factum cum decoctione ficuum, olibani & myrrhæ. Item sulphur cum ouo sorbili.

Aliud. ℞. amygdal. amararum n°. xx. seminis lini assati vnc. s. gummi dragāganthi infusi in aqua florum violarum drach. ij. pinearum recentium grana n°. xxx. confice cum melle in forma opiatæ & teneatur in ore deglutiendo.

Aliud. ℞. pulegij drach. iiij. sem. lini, piperis, calamenthi ana drach. ij. petroselini drach. j. mellis q. s. confice in forma opiatæ, detur vt suprà. Fumus sandarachę per os attractus vocem obtusam limpidat. Idem facit ipsa sandaracha cum resina in pilula accepta. Vsus etiam diaireos est vtilis. Exhibere drach. j. cubebarum cum decoctione liquiritiæ eundo dormitum, est singulare remedium ad

antiquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

antiquam raucedinem, & vocem clarificandam.

Lohoc Gal. ad raucedinẽ & asperitatẽ vocis.

R. ſem. lini aſſati, xyloaloes, granorum pini, amygdal. amararum aſſatarum, paſſularum enucleatarum ana. tere & conſice cum melle q. s. & vtere lambendo.

Tragaganthum confice cum decoctione ficuum & eryngiorum in forma opiatę, & vtatur lambendo. Succus etiam caulium coctus cum melle, lambendo exhibitus, confert. Pilulæ etiam bechicæ in ore retentæ, paulatim deglutitæ conferunt.

Ad diminutionem vocis cum vlceribus oris, gutturis, & labiorum, in puero decem annorum vel circa, qui ſequentibus remediis ſanatus eſt. R. ſeminis lini, cymini, roſarum rub. florum violarum, liquiritiæ ana drach. j, cort. thuris, myrrhæ, gallarum perforatarum, balauſtiorum ana ſcrup. ij. trita & cribellata cõficiantur cum duabus part. mellis deſpumati, & tertia diamoron, & fiat electuarium in forma opiatę, de quo teneatur in ore quantitas fabæ pro vice, paulum degluticndo, maximè hora dormitionis, & manè & ſero per horas duas ante cibum.

Gargarizet & colluat os cum decoctione

ctione rosarum, ordei, balaustiorum, & mellis. cum aqua inuicem coctis. Loca autem quę sunt vlcerata aspergantur puluere gallarum, aluminis plumæ, & balaustiorum, quę omnia sint subtilissimè puluerizata, & per petiam subtilem passata.

Electuarium Montagnanæ. R. sem. caulium, hyssopi, enulæ, vngulæ caballinæ, iridis, prassij ana vnc. iiij. anisi, fœniculi, ameos, cubebarum, aristol. rot. ana drach. j. s. succi liquir. vnc. ij. s. cinnamomi, nucis musc. acori ana drach. j. oxymellis compositi, syrupi de prassio ana vnc. iij. penidiorum vnc. j. pinearum infusarum in sapa vini per duos dies vnc. iiij. croci drach. j. mellis despumati lib. j. fiat electuarium de quo detur vnc. s. pro vice in aurora cum vnc. ij. decoctionis rad. vrticæ cum saccharo, ad multitudinem pituitæ cannæ pulmonis. Vel dentur drach. ij. mane, & totidem vesperi cum decoctione vt suprà. Quando est à siccitate, detur cum decoctione rad. enulæ vel pinearum. Ad asperitatem autem cannæ cum decoctione gummi cerasorum drach. ij. hora ij. post cœnam. Quando à frigiditate, cum aqua foliorum croci, vel eius decoctione tepida.

LIBER

LIBER IX. DE THORACIS atque pulmonis affectibus.

De Catarrho. Cap. I.

CAtarrhus eſt deſcẽſus rheumatis ad inferiora. Nam aut deſcendit ad nares faciens oppilationem in eis, & dicitur Coryza: aut deſcendit ad partes gutturis, & dicitur Branchus, & ſuprà dicta eſt eius curatio: aut deſcendit ad pectus & pulmonẽ, & dicitur Catarrhus. Vnde verſus:

Si fluit ad pectus rheuma, tunc dico Catarrhũ,
Ad fauces, Branchõ, ad nares dico Coryzam.

Omnis catarrhus aut eſt calidus aut frigidus. In curatione cuiuſcũque catarrhi, tam calidi quàm frigidi, oportet primò facere debitas euacuationes, ſeu purgationes, tam vniuerſales quàm particulares, & debitas diuerſiones, & confortare cerebrum: deinde abſcindere fluxum ipſius catarrhi: vltimo pectus confortare.

Quando catarrhus eſt calidus, ſubtilietur diæta, non bibat vinum, ſed tantum aquam ordei, obſeruetur parcitas in cibo & potu, & feſtinandũ eſt ad euacuandum per venæ ſectionem, & ventris ſolutionem. Sed notandum, quòd tantum in tribus caſibus licet venam ſecare in

cura

cura catarrhi acuti. Primus casus est, quando catarrhus est calidus in corpore abundanter calido, cum oculorum rubedine, & venarum plenitudine. Secundus, quãdo catarrhus calidus declinat ad oculos, aut qualiscunque sit, terminetur ad fauces, pulmonem, costas, aut diaphragma, & figatur in eis ad collectionem. Tertius, quãdo est cum febre. Circa purgationem est animaduertendum: quia si catarrhus calidus sit, acutus, & multus, non est à leuioribus inchoandum, sed detur catharcticum (vt præcipit Galen. 5. Meth.) quod descensum catarrhi prohibeat. Iussit etiam has pilulas exhiberi.

℞. Aloes hepatici vnc. s. agarici electi drac. iiij. diagridij, pulpæ colocynthidis, bdellij, ana drac. j. s. gummi dragaganthi drac. ij. confice cum syrupo de hyssopo, & da in pilulis trib. scrup. ij. aut drac. j. vel scrup. iiij. in quinque pilulis post mediam noctem vel circa, plus & minus, secundũ patientis tolerantiam, reiterando secundum exigentiam. Hæ pilulæ purgant humores diuersos à capite descendentes. Siccat etiam capitis rheuma spica nardi. Quòd si materia non sit multa, neque adeò acuta, nec esset periculum vt in faucibus, vel pectore, vel pulmonibus fige-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

retur, tunc cum leuioribus purgandus esset, vt cum cassia, manna, agarico, rhabarbaro, & similibus vigoratis cum diaphenicone, vel cõsimili, cum aqua ordei, vel buglossæ secundum exigentiã. Detur à principio iulep violatum, syrupus violatus, de iuiubis, syr. de papauere, diacodyon, diadragacanthũ frigidum, & pilulę albæ quæ teneantur in ore. Vngatur pectus oleo amygdalarum dulcium calido. Confert aqua ordei cum dragagantho & succo liquiritiæ: aut infundatur draganthum in aqua ros. per noctem, manè coletur per petiam, exprimendo, & cum viscíditate dragaganthi: fiant pilulæ, quæ teneantur in ore paulatim deglutiendo. Senecio cum carnibus coctus, spiritualia membra mundificat. Buglossa aufert tussim & asperitatem cannæ pulmonis & epiglottidis, quando coquitur cum aqua mellis. Electuarium ex duabus partibus dragaganthi, & tertia succi liquiritiæ cum iulep violato, valet ad tussim siccam à catarrho calido.

Aliud ad idem, etiam pro pueris. R. gummi dragaganthi, gummi arabici añ. drac. j.s. sem. citoniorum, succi liquiritiæ ana drac. ij. penidiorum vnc. ij. conficiantur cum mucilag. dragaganthi & seminis

citonio

citoniorum facta in aqua florum violarum, & fiat sicut lohoc, de quo teneatur in ore paulatim deglutiendo. Pistentur amygdalæ cum aqua ordei, & detur de eo manè & sero. Coque mucilag. dragaganthi, & sem. citoniorum cum penidiis & oleo amygdal. dulcium recenti cũ vino granatorum, & detur parum pro vice ad deglutiendum paulatim.

Aliud. R. sem. papaueris albi, dragacãthi ana drac. s. sem. cucumeris excorticati drac. j. da ad bibendum cũ aqua sebesten,

Aliud. Coquantur passulæ pingues sine ossibus in vase ferreo, cauendo ne adurantur: deinde pistentur cum pari pondere penidiorum & detur quantitas nucis muscatæ pro vice. Lingua auis (& est fructus fraxini) cum carnibus cocta valet ad asperitatem & siccitatem pectoris. Gummi arboris cerasorum cum vino albo bibitum, amylum cum lacte amygdalarum in cibo, item decoctio maluauisci & seminis eius, maluæ, & pimpinellæ, ad siccitatem & asperitatem pectoris, tussim siccam, & phthisicos. Radix cõsolidæ maioris masticata, curat asperitatem cãnę pulmonis, & insiticulosum reddit masticantem. Quando autẽ volumus descensum catarrhi abscindere, factis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

prius debitis euacuationibus vt suprà, incipiendum est à leuioribus, tenendo primò in ore pilulas albas cum bolo armenia, maximè vesperi, cùm imus dormitum. Et detur per horas duas post cœnam aut diacodij vnc.j. aut drach. s. aureæ Alexandrinæ, vel scrup.ij. philonij Persici, aut Romani. Spargantur super commissura coronali g.iiij.de hoc puluere: R. sandarachæ drac.vj.macis, olibani, stœchados, rosarum rub.ana.drac. j. s. ligni aloes, nucis muscatæ, cort. citri ana drac.s. fiat puluis, de quo aspergatur vt suprà, cum itur dormitum: mane abstergatur per leuem pectinationem, & leuem capitis frictionem.

Ad tussim siccam. R. styracis opij ana drach. j.croci scrup.j. & grana iiij. tere & fac pilulas quantitatis orobi, de quibus detur vna, quando itur dormitum. Sandali albi cum aqua rosacea liniti super frontem sistunt catarrhum calidum. Similiter chamæpitys in sacculo capiti imposita. Suffumigium ex sandaracha per os attractum sistit catarrhum calidum.

Aliud suffumigium descensum catarrhi abscindens. R. thuris, rosarum ana drach.j.s. sandarachæ drac.vj.gummi styracis drac. j.contundantur crasso modo, & ponatur parum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

parum de eis ſuper prunas, & recipiatur fumus per os & nares.

Ceratum abſcindens deſcenſum catarrhi. R. reſinæ vnc. j. ladani drac. ij. cort. citri, ligni aloes ana. ſcrup. ij. folij drac. s. reſolutis gummis in aceto fiat ceratum tenax quod extendatur ſub corio ſubtili latitudinis quatuor digitorum, & longitudinis quinque, quod applicetur ſuper commiſſuram coronalem & ſagittalem, ita vt pars longior tendat in longum commiſſuræ ſagittalis, raſis prius capillis cum nouacula, & fricato loco cum panno aſpero.

Aliud ad idem. R. ladani, gummi elemi, ſandarachæ, olibani, ſtyracis liquidæ & ſiccæ ana q. s. fiat ceratum, & apponatur vt ſuprà.

Aliud aliis præſtantius. R. aloes, pulegij, calamenthi montani, cort. citri, ana fiat puluis, qui incorporetur cum ladano & modico acaciæ, & applicetur, vt ſuprà. Eſt enim expertiſſimum.

Ad tuſſim catarrhalem calidam recentem & veterem, item ad maturandum ægritudines pectoris, mirabile eſt diapapauer ex inuentione Meſ. cuius hæc eſt deſcriptio. R. papaueris albi drach. xl. liquiritiæ, dragaganthi, pendiorum ana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drac.xx.gummi Arabici, ſucci liquiritiæ, farinæ fabarum, aniſi, fœniculi, ſeminis lactucæ, ſem. portulacæ, amyli, ſem. maluæ ana drac.x. ſeminum cucumeris, melonis, & cucurbitæ excorticatorum ana drac.v. confice cum melle colato & penidiis q.s. cuius doſis eſt aur.ij. pro vice & eſt ſolenne ad præmiſſa, confortans pectus & pulmones.

hum
ung pecto
vale

Ad idem vnguentum valde vtile. R. mucilag. dragaganthi factæ in aqua florum violarum vnc.iij. pingued. anatis & gallinæ recentium, olei amygdalarum dulcium recentis ana vnc. j. croci ſcrup. j. ceræ q. s. fiat vnguentum, quo vngatur pectus calido.

De vulneribus & vlceribus Pectoris & Pulmonis, & de exitu ſanguinis ab ore. Cap. II.

QVia multoties ex deſcenſu catarrhi acuti vulneratur & vlceratur pulmo & pectus, placuit mihi ſtatim poſt ſermonem de catarrho acuto de prædictis vulneribus, & vlcerib. ſermonem habere. Differunt vulnera & vlcera pulmonis ab vlceribus pectoris, quia ſanguis qui à pulmone defluit eſt rubicũdior & maioris quantitatis, & longè calidior, quàm ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ille qui manat à pectore. Causa autem est, quia sanguis, qui mittitur à vena pectoris, penetrat in lobos pulmonis, deinde per screatum educitur, & non effunditur statim à vena in canales pulmonis: alteratur itaque eius color, transeundo per lobos pulmonis, & propter eandem quoque causam est minoris quantitatis, & caliditatis. Pulmo enim est spongiosæ substantiæ, continuè mouetur, & fugit sanguinem fluentem à venis pectoris in substantiam suam spongiosam, & tandẽ trahitur ad canales, vt per screatum emittatur, sicut fit in pleuresi, & aliis apostematibus pectoris. Vulnera etiã pectoris facilius sanantur, quàm vulnera pulmonis, propter tres causas. Prima, quia venæ pectoris sunt minores: secunda, quia sanies vulnerum pectoris fluit ad suam cõcauitatem: tertia causa, quia pectus est magis carnosum quàm pulmo: nã pulmo habet multas canalium diuisiones, quæ sunt duræ & siccæ substantiæ, in quibus aliquando accidit fissura periculosa. Fissura verò in venis pectoris non est ita periculosa: quia non est multæ quantitatis, si curetur ab initio: si verò tardetur, tunc curatio aut est difficilis, aut impossibilis, quia fissura non consolidatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

propter ſan guinem, qui in ea coagulatur, eo quòd non inuenit largam viam, per quam ad canales pulmonis tranſeat, & cum tuſſi egrediatur. Vulnera pulmonis nõ mũdantur niſi per tuſſim & ſcreatum: ſed ſilere, quieſcere, leuiſſimè anhelare, & non loqui, in ipſis ſolidandis ſunt neceſſaria. Igitur non eſt ſperanda ſanitas eorum vt reſtituatur, ipſis tuſſientibus. Quapropter dixit Galen. 4. de Loc. affect. cap. 8. de habentibus vlcera in pulmone, Multos curaui, quorum nullus euaſit. Succurratur ergo eis ſubitò, faciendo eos quieſcere, ſilere, leuiſſimè anhelare, cauendo ab omni cibo vſque ad diem quartum (ſi virtus poteſt ferre) ſin minus, exhibeatur iuſculum aut amylum cum lacte amygdal. aut aliud leue: phlebotometur baſilica, fricentur extrema & totum corpus, ſemper ad inferiora trahendo. Poſt iſta da acetum multum commiſtum ad bibendum, triũ horarum interuallo bis vel ter, vt ſanguis qui eſt coagulatus, diſſoluatur. Signa autẽ coagulationis in pectore, ſunt iſta: color deſtruitur, minoratur pulſus & ſyncopizat. Quando verò coagulatur in ſtomacho, infrigidatur corpus, fit pręfocatio, paruificatur pulſus, & accidit ſyncope.

Me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Medicamentum singulare stipticans locum, vnde fluit sanguis, & sanguinem qui est congelatus, & coagulatus secernit, sistendo sanguinis fluxum, qui exit ab ore, qui propter aliquam violentiam vel conatum decurrit ad interiora. Cinerem vitis domesticæ extingue in aceto, deinde addens plus de aceto, permisce & cola per pannum, & permisce parum de aqua, & exhibe in potu patienti cochlearis quãtitatem, vel circa.

Postquàm feceris remedia prædicta, da drac. j. trochiscorum de karabe, cum aqua portulacæ vel bursæ pastoris, aut cum decoctione citoniorum, aut myrtillorum, sed primò cum aceto manè & sero per horas duas ante cibum. Quòd si parũ sanguinis extraxisti, reitera phlebotomiam & vnge pectus cum eisdem trochiscis dissolutis cum aqua bursæ pastoris aut portulacæ. Aut applica super pectus lenticulam palustrem contusam, aut radicem consolidæ maioris, aut fimũ columbinum exiccatum & pulueriza-tum dissolutum cum aceto. Hæc autem debẽt statim à principio fieri, antequàm fiat apostema. succus menthæ cum aceto bibitus retinet sanguinem qui ab interioribus fluit. Grana granatorũ, excusso vino, exiccata, pulucrizata, dissoluta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum aqua & bibita. Decoctio corticum interiorum glandium, & corticis interioris arboris glandium bibita. Puluis lapidis hæmatitis contriti super cotem, mumia, grana fragorum cum aqua pluuiali, nux cupressi cum vino bibita, corallus dissolutus cum aqua ordei infusionis dragaganthi bibitus. Aut cum supradictis conficiantur pilulæ, quę teneantur in ore paulatim deglutiendo. Corallus adustus ablutus cũ modico gummi Arabici, cum albo oui, bibitus cum aqua frigida. Pilulæ de bolo armenia in ore retentę, gũmi arabicum cum penidiis, infusio dragaganthi, thus, cortex thuris, puluis florum rubi optimus est. Item centumnodia, & spongia in oleo infusa, deinde combusta & amylum in cibo sumptum cum lacte amygdalarum. Hæc omnia conferunt in exitu sanguinis ab ore, siue in sputo sanguinis. Emplastrum factum ex bursa pastoris cum rad. consolidæ maioris super pectus & stomachum appositum, confert inflammationi stomachi, & sputo sanguinis, cum succo portulacæ, vel bursæ pastoris, aut lenticulæ palustris confectum. Item semen porri, & semen myrti, & flores labruscæ coniunctim vel diuisim bibiti cum aqua pluuiali. Et

agari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

agaricum similiter bibitum retinet sputum sanguinis. Si verò screatur sanguis ex descensu catarrhi acuti cum forti conatu tussis, post phlebotomiam administrentur ligaturæ, & frictiones, vt suprà. deinde post quietem, & silentium, & tenuissimam diætam, vt suprà, radatur caput, & superponatur stercus columbi syluestris, dimittendo quasi tribus horis: deinde ponatur in balneo, nullũ oleum capiti applicando. & in exitu à balneo caput eius decenter cooperiatur, & nutriatur rebus stipticis. Hora autem dormiendi, & duabus horis post cœnam detur scrup. j. vel drach. s. vel scrup. ij. philonij Persici, vel Romani, vel Aureæ Alexandrinæ inuoluendo in hostia, vel nebula madefacta in vino, iterando secundum exigentiã. Circa tertium verò diem detur mel coctum in bona quantitate: postea ptisana cum pauco pane: quarta die iteretur emplastrum super caput, iterando parum philonij, vt suprà, & iteretur assumptio mellis, & balneum. quinta die ponatur super caput ceratum de asphodelo, & successiuè reducatur ad regimen sanorum, continuando diuersiones, sed abstineat à balneis.

Ad sputum sanguinis, solutionẽ ventris, & fluxum

fluxum sanguinis narium. R. myrrhæ, thuris, aloes ana vnc.s. balaustiorum, sanguinis draconis, acaciæ, siet memitæ ana vnc.j. opij, spicæ, hyoscyami ana drac. iij. aluminis abluti, terræ sigillatæ, marchasitæ combustæ ana drach. ij. summitatum corticum granatorum, sumach ana drac. vj. trita & cribellata cum cribello subtili conficiãtur cum vino passularum bono, aut cum aceto vini misto, donec fiant sicut mel spissum, & liniatur super pectus in sputo sanguinis, super frõtem in sputo sanguinis narium, super ventrem & stomachum in fluxu ventris. Hoc est ex secretis Gal. optimum. Gal. 5. Meth. cap. 14. dicit se curasse habentem vlcera in pulmone, & in canalibus eius, dando ei resupinato medicinam siccam, deinde cum lacte, addito melle pauco & modicissimo sale. Curauit & alium iuuenem, & mulierem quandam, screantes sanguinem multum, ex frigiditate membrorum spiritualium.

De asthmate & catarrho frigido.

Cap. III.

ASthma quandoque fit propter causam existentẽ in pulmone, quando que ex descensu catarrhi à cerebro, aliquãdo per cõmunitatem aliorum membrorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

brorum. Inquit Gale.in lib.de Dyſpnœa: quòd omnis reſpirationis inæqualitas, aut fit ob tracheæ arteriæ anguſtiam, aut muſculorum thoracis motum delinquẽtem, aut imbecillitatem virtutis motum efficientis. Quando vitio pulmonis accidit, & vnà quoque patitur thorax, periculoſus eſt affectus: pereunt enim plurimi ſubita ſuffocatione ſeu præfocatione, & interdum quaſi præfocati ſpumam emittunt, & ſunt illorum facies tumidæ, liuidæ & eorum oculi quaſi foras præeminent. Quandoque eſt propter impedimentum in ipſo pulmone, & partibus eius tantùm. Quando verò fit aſthma ex deſcenſu catarrhi, fit ſubitò, & per paroxyſmos, prout multiplicatur eius deſcenſus ad partes pectoris & pulmonis. Eius autem cura, eſt cura catarrhi, quæ dicta eſt ſuo loco: maturatio verò, & expulſio materiæ à pectore, & pulmone, cum eis quæ dicentur. Quando autem fit à cauſa exiſtente in pulmone & meatibus ſpiritus, cura eius eſt vt ordinetur debitum regimen in ſex rebus non naturalibus, fiant debitæ purgationes, concoctione præcedente materiæ, & fiat venæ ſectio, ſi opus ſit. Conſidera etiam menſtrua, & hæmorrhoides ſi detineantur

tur, prouoca eas. Fiant clysteria acuta, dentur pilulæ cocchiæ, vel de agarico, aut huiusmodi. Fiant frictiones trahendo ad inferiora: & ventosationes inter spatulas, aliæque diuersiones. Deinde administrandæ sunt medicinæ anhelitum facilitantes, & materias quæ sunt in pectore per screatum educentes, quę humiditates superfluas desiccant: vt sunt, Decoctio hyssopi, & mellis cum foliis vrticæ & ordeo, facta secundum artem, calida in aurora per aliquot dies, materias crassas in pulmone & pectore existentes digerit, & per screatum expurgat anhelitum facilitando. Item enula, & decoctio ficuum cum melle. Myrrha cum melle & oleo amygdalarum dulcium exhibita, humores excernit crassos in pectore & pulmone contentos. Piper exiccat phlegma viscidum quod aggregatur in pectore, pulmone & intestinis. Herba aron cum suis tuberositatibus secundum omnem modum administrata, bullita, aqua abiecta, & quomodolibet comesta, valde vtilis est. Galbanum & dragacanthum ana parum. exhibe cum ouo sorbili, vel cum oui vitello, etiam pueris, quando pectus est valde plethoricum. Semen lini cum melle contusum sumptum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſumptum, & ſemen cotti ſeu bombacis cum vitello oui, conferunt, quando accidit coarctatio anhelitus. Acetum ſcilliticum in potu ſumptũ indurat tracheam arteriam, & auget carnem, vocémque clarificat. Scilla aſſata valet ad tuſſim antiquam, & extrahit ſaniem, & craſſos humores à pectore. Doſis eſt ſcrup. s. cum melle cocto. Suffumigium ex foliis ſiccis vngulæ caballinæ, vel eius radicis confert aſthmati & tuſſi, trahendo per os, & rumpit omnia pectoris apoſtemata. Grana ſinapis contrita, & cum aqua mellis cocta, curant aſperitatem antiquam cannæ pulmonis, potata & gargarizata.

Puluis ad catarrhos confeſtim iuuans. R. pyrethri, coſti ana drach. ij. piperis albi drach. j. fiat puluis ſubtiliſſimus, qui naribus applicetur, & trahatur per nares.

Alius puluis. R. piperis albi, ſeminis vrticæ ana drach. j. coſti, myrrhæ, croci, ana drach. s. fiat puluis vt ſuprà. Radix cõſolidæ maioris expurgat pus quod eſt in pectore & pulmone, & cõfert his qui ſanguinem ſcreant. Acetum calidum potatum confert tuſſi antiquæ, & aſthmati. Eruca geratina facit excreare humores craſſos. Calamenthum aſthmaticos & ictericos purgãdo, curat. Cyminum cum

ficubus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ficubus ſiccis pinguibus, ex vino coctum & potatum, curat tuſſim frigidam canæ pulmonis. Melicratum, in quo ſcilla aſſata ſit cocta, tuſſim & aſthma curat. Pulmo vulpis exiccatus puluerizatus, cum vino datus. Naſturtium album tritum cum melle vt lohoc datum, & lacca cum ouo ſorbili, vel cum melicrato in ieiuno. Electuarium factum ex cymino, ſemine fœnigræci, & bruſci, cum melle. Semen vrticæ cum melle, confert orthopnœæ & pleureſi: coctum cum ordeo expellit ſuperfluitates à pectore. Siler montanum ſimiliter, & folia vrticæ cum ordeo cocta. Radix ireos cum rob confert tuſſi antiquæ à phlegmate craſſo & viſcido, & ſimiliter ſemẽ vrticæ. Sulphur cum ouo ſorbili, & ſuffumigium ex eo, pariter & piper album, mundificant pulmonem. Semen abrotani cum aqua mellis bibitum, curat aſthma & contritionem anhelitus. Fiſtici pectus & pulmonem mundificant.

Ad tuſsim & aſthma, quo multi fuerunt ſanati. R. ſuccorum marrubij, ſtœchados ana drach. vj. miſce, & detur cum aqua decoctionis marrubij viridis, & chamædryos. Vel dentur vnc. ij. decoctionis marrubij viridis & chamædryos cum ſucco,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſuccorũ marrubij & ſtœchados ana vnc. s. ſimul miſcendo. Aut detur drach. j. ariſtol. rot. cum decoctione hyſſopi, ſpicæ, epithymi & mellis.

Aliud. R. marrubij, ariſtol. rot. ana drach. ij. laccæ drach. iij. cõfice cum melle, & dentur drach. iij. pro vice. Lohoc de ſcilla, & ſemen vrticæ cum melle condîtum, retenta in ore, paulatim deglutiendo, multum alleuiant aſthma: & pilula ex ammoniaco pinguiore deglutita cum oxymelle, eundo dormitũ, multum confert in aſthmate.

Aliud quod ſubtiliat & laxat humores craſſos & viſcidos. R. ariſtol. rot. rhabarbari electi, ſucci marrubij, laccæ, turbith ana drach. j. maſtichis drach. ij. agarici albi drach. iij. confice cum ſyrupo facto ex melle, & decoctione marrubij inuicem coctis, ad formam ſyrupi bene cocti. da drach. ij. vel drach. iij. pro vice.

Aliud. R. turbith, agarici, ariſtol. rot. ana. confice cum decoctione marrubij, & exhibe cum decoctione hyſſopi.

Ad aſthma antiquum ecligma, quod aperit oppilationes. R. aſari aur. ij. ſucci marrubij, hyſſopi ſiccæ, ſtyracis, caſtorei ana drach. j. trium piperum aur. iiij. confice cum oxymelle ſcillitico. da drach. iij. vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drach.iiij. *Ad asthma, cuius humor est crassus & viscidus, laxat enim & incidit ipsum, & non est ei medicina similis.* R. Gentianæ, agarici albi, hyssopi siccæ ana drach. j. mastichis drach. iiij. confice cum melle: dosis est drach. v. Semen nasturtij incidit forti incisione: & adurit humores crassos in asthmate. Idem facit nasturtium siccum exhibitum. Faba conuenit pectori, verùm habet inflationem, quæ remouetur cum mentha, origano, & cymino.

Ad ægritudines pectoris, tussim, asthma antiquum & anhelitum malum. R. hyssopi, agarici, rad. ireos, liquiritiæ, squinanthi, pæoniæ, asari, arist. rot. ammoniaci, sem. fœniculi, succorum stœchados & marrubij, laccæ ana aur. ij. coquantur in lib. aquæ ad consumptionem duarum partium, & dentur mane drach iiij. pro vice. Capillus veneris bibitus facit screare humores crassos, qui sunt in pectore & pulmone. Betonica purgat pectus, pulmonem, & hepar.

Ad asthma chronicum. Rec. liquiritiæ drach. x. arist. long. drach. vj. succi marrubij aur. ij. confice cum melle simul, & detur de eo quantitate castaneæ.

Ad tussientes, & viscosa eiicientes. R. croci, castorei, costi, asari, sem. hyoscyami,

mi, opij, ſtyracis ana drach. j. confice cum melle, & vtere. Grana pini leniunt aſperitatem pectoris, & ſputum facilitant. Parietaria confert tuſſi antiquæ.

Electuarium de capillis Veneris expertiſſimum ad purgãdum pectus ab humoribus craſſis. R. capillorum Veneris recentium aur. xxv. radicis ireos, pinearum, liquiritiæ, carpobalſami, marrubij, florum chamæmeli, ariſtol. rot. ana aur. xv. trita & cribellata conficiantur cum ſyrupo facto ex melle & decoctione capillorum Veneris recentium inuicem debitè coctis, & dentur drach. iiij. cum decoctione vel ſublimatione chamæmeli.

Ad tuſſim antiquam, & humores craſſos, valet ſyrupus, qui fit ex chamædry, & valet etiam ad hydropem. Satureia pectus & ſtomachum mundificat. Radix dragonteæ in electuario ſumpta orthopnoicis, tuſſientibus, & catarrhum habentibus, maximum præſtat iuuamentũ. Cocta aſſata aut puluerizata, melle miſta tumores pectoris curat non reuerſuros.

Ad coarctationem anhelitus antiquã. Bolus Armenia cum vino ſubtili lymphato ſumptus curat, & qui nõ iuuatur hac medicina, non iuuatur altera. Meliſſa ſale addito orthopnoicis & anheloſis cõfert.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Decoctio foliorum & rad. caudæ equinæ, confert antiquæ tussi, & antiquæ coarctationi anhelitus potenter, siue viridis, siue sicca. Nota rem quam fortè nũquam audiuisti, quòd radix huius herbæ profundat in terra plus quàm sit longitudo duorum hominũ, & habet in suis nodis tuberositates oblongas, paruis dactylis similes, quę in superficie sunt cineritiæ, intus verò albæ, & ad manducandum dulces: quas si extraxeris, fodiendo terram vsque ad finem radicis, videbis rem mirabilem, quoniam ipsa habet proprietatem rumpendi apostemata pectoris tam bibita quàm fumigata. Et vngula caballina dicta farfara similiter.

Ad omnem tussim. ℞. seminis apij drach. ij. spicæ, squinan. styracis, croci ana drach. j. opij drach. iiij balaust. scrup. ij. mellis q. s. da quantitatem fabæ nõ febrientibus cum oxymelle, febrientibus verò cum aqua ordei.

Aliud ad omnem tussim expertum. ℞. anisi drach. ij. costi scrup. ij. myrrhæ drach. j. castorei, galbani, piperis albi, hyoscyami, opij, succi liquirit. ana drach. j. s. cũ vino dulci, fac pilulas quantitate ciceris, ex quibus exhibe vnam eunti dormitum.

Ad asthma antiquum, cum continuo catarrho

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tarrho crasso, & dolore continuo in renibus, ventre & iliis, vnà cum multis ventositatibus, pro domino Stephano de Madiis ciue Taurinensi septuagenario, pro quo feci hanc compositionem, & Deo fauente sanus factus est. R. aristol. rot. asari, enulæ campanę, rad. ireos siccæ ana vnc. j. s. polypodij quercini, corticum rad. fœnigræci, petroselini, apij, prassij, melissæ, satureiæ ana vnc. j. chamæpityos, chamædryos, calamenthi, abrotani, summitatum tamarisci, capillorum Veneris recentium ana. m. j. thymi, epithymi, seseleos, stœchados Arabici ana. m. s. summitatum squinanthi, corticum fisticorum ana drach. iij. folliculorum senæ vnc. j. seminum carthami, anisi, carui, cymini, vrticæ, & fœnigræci ana vnc. s. quatuor seminum communium frigidorum maiorum vnc. j. contusis contundendis, & incisis incidendis subtiliter, infundantur omnia simul in lib. viij. aquæ calidæ per diem & noctem in vase mundo cooperto, postea coquãtur secundum artem, donec consumantur tres partes, & remaneat quarta: deinde colentur cum bona expressione: cui addatur succorum prassij & eupatorij præparatorum ana vnc. vj. sacchari boni lib. iij. & iterum lento igne coquantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſine ſumo & flamma, donec debitam acquirat ſpiſſitudinem ſyrupi bene cocti, deinde remoueantur ab igne, continuè agitando cum ſpatula nemorea, vel baculo, & poſt aliqualem infrigidationem addantur pulueres infra ſcripti. R. ſpicæ nardi, macis, folij, ligni aloes, ſantalorũ rub. ana drac. j. s. cinnamomi electi drac. iij. pulueris rad. ireos orientalis ſiccæ vnc. j. fiat electuarium ſecũdum formam opiatæ. Doſis eius eſt drach. iij. vel circa, quando ſurgit à lecto, & tantundem eundo dormitum, & eſt ſolenne & expertum.

Serapinum aufert à pectore, & pulmone, ſuperfluitates craſſas.

Ad aſthmaticos, empyicos, & hæmoptoicos, quod vocatur ſigillum ſiccans omne rheuma. R. cort. rad. mandragoræ, ſeminis hyoſcyami albi ana drach. iiij. olibani maſculi, opij, croci, myrrhæ ana drach. v. tere & fac trochiſcos cum vino dulci, oboli vnius, id eſt xij. granor. pro ſingulo: da vnum in qualibet illarũ diſpoſitionum. Hi ſunt trochiſci de mandragora.

Radix & ſemen ſileris montani conferunt coarctationi, quæ cogit erigi, & non ſinit hominem iacere. Sandaracha cum melle confert aſthmaticis. Duæ partes ariſtol. rot. & tertia gentianæ, curant

ortho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

orthopnœam. Baccæ lauri tritæ cum melle, tussientes, phthisicos, orthopnoicos, & thoracis rheumatisma sanant. Castoreum cum oxymelle scillitico exhibitum est vtile.

Ad tussim & asthma antiquum. R. hyssopi, sem. vrticæ, liquiritiæ, passularum, ireos ana vnc. s. prassij albi, farfaræ, capillorum veneris, ana m. s. ficuum pinguium n°. x. coquantur in s. q. aquæ ad consumptionem medietatis, & exhibeantur de hac decoctione colata in aurora pro vice calida vnc. iij. Si cum tussi & catarrho sit fluxus vẽtris, fiat suffumigium ex fæce aluearij, nam per os attractus fumus confert. Exhibeatur etiam pueris syrupus de myrto, coquendo cum lacte: & gummi Arabicum: lenit enim pectus stringit ventrem, & fortificat intestina, conuenitque malignitati vlcerum pulmonis.

De dolore non fixo circa Pectus. Cap. IIII.

REc. Opopanacis, serapini ana drac. j. seminis leuistici, carui, seseleos, rutæ siccæ ana vnc. s. cymini vnc. j. s. olei rutæ & de pulegio ana q. s. cum s. q. ceræ, fiat ceratum, de quo extendatur supra corium subtile q. s. pro vice, & applicetur loco dolenti desuper tenendo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Animaduertendum, quòd generaliter tales dolores causantur à descensu rheumatis à capite per nucham, quod delabitur ad neruos thoracis inter costas, & cum natura mittit calorem naturalem ad eas partes, vt illud rheuma consumat, cum calefit, subtiliatur, & in vapores conuertitur, qui causant dolorem illum non fixum. Quapropter vltra illud locale mundificandum est caput, & abscindendus est ille rheumatis descensus, sicut dictum est loco suo.

De Pleuresi. *Cap.* v.

PLeuresis est duplex, vera & non vera, ideo Hipp. in princ. applicat calefactoria sicca, quando scilicet ignorat, vtrum sit pleuresis vera an non vera, quia nocent nocumento magno. Hanc opinionem impugnauit Franciscus anno præterito, quem vide in tomo tertio suarum lectionum. Pleuresis vera est apostema calidum in membrana succingente costas interius, quæ pleura dicitur. Quandoque fit in mediastino, qui est panniculus diuidens pulmonem per medium: quandoque in diaphragmate qui est panniculus diuidens naturalia à spiritualibus. Cum apostema fit in pleura membrana, tunc vera dicitur pleuresis, & propriè,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

priè, & tale apostema vt plurimum fit à sanguine, aut à cholera, rarò à pituita, rarissimè à melancholia. Signa veræ pleuresis sunt febris continua, dolor lateris pungitiuus, anhelitus difficultas, tussis, & pulsus durus ac serrinus. In curatione veræ pleuresis à principio facta ventris lenitione (si opus sit) si nihil prohibeat (scilicet consentiente ætate & virtute) & corpus sit robustum & valde repletum, secetur vena saphæna lateris oppositi, quæ oppositio est secundũ duos diametros, scilicet longitudinem & latitudinem. Quòd si nõ sit tanta plethora, tunc fiat phlebotomia saphænæ eiusdem lateris & appositio erit tantum secundũ longitudinem. Et eadem die vel statim sequenti seca basilicã oppositi lateris, quia fluente materia, diuertenda est ad opposita maximè lõginqua. Cessante verò materię fluxu fiat phlebotomia eiusdem lateris de basilica, secundum Auic. doctrinam, in cap. de Cura communi apostematum partium pectoris & pulmonis: & Gal. 2. Reg. acutorum, commento x. & 4. Meth. cap. 6. Oportet (inquit) vt extrahamus materiam ad loca quæ sunt opposita, scilicet à dextra ad sinistram, & è conuerso, &c. si materia adhuc fluat. Et 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

eiusdem cap.3.& 2.ad Glauc. cap.de Cura phlegmonis.& xiij.Meth.cap.7. Idem Galen. in lib. Curatiuo per sanguinis missionem cap. 7. ait: In summa tamen dicẽdum, quoniam incipientes quidem phlegmones antispasticè conuenit euacuare,&c.Hippoc.in libello de Hominis natura inquit: Sanguis procul à locis qui dolent mittendus est. De qua materia scripserunt Auenzoar cap.de Pleuresi,& Mes.cap.proprio,&omnes doctores antiqui scripserunt, quòd fluente materia, reuulsio est facienda per partes longinquas: fluxa verò per propinquas est deriuanda.

Facta prima phlebotomia,leniendus est vẽter cum cassia,syr. violato solutiuo (nam magis conuenit quàm rosatus solutiuus, quia lenit pectoris asperitatem, & parat iter sputaminibus)cum aqua buglossæ, vel decoctione ordei, & vngendus est locus cũ oleo violaceo, amygdalarum dulcium,& chamæmeli calidis, leuiter fricando. Fomentũ etiam ex decoctione maluarum & violarię,cũ floribus chamæmeli & meliloti, cum semine anisorũ & fœniculi, ponendo in fine decoctionis flores,partem lęsam,id est dolorificam cum spongia fomentando prius in

decoctio-

decoctione calida immersa, & optimè expressa, aut cum vesica illa decoctione semiplena calida applicata, & in petia calida inuoluta, & post tertiam aut quartam applicationem (animaduertito semper, ne detineatur frigida) vngatur locus oleis calidis suprascriptis. Exhibeatur etiam à principio aqua ordei multæ decoctionis ad bibendum loco vini. detineat diadraganthum frigidum in ore, detur iulep violatum, vel de iuiubis, cum cochleari, quod paulatim deglutiat. Syrupus autem conueniens est violatus, aut de iuiubis, cum aquis buglossæ, scabiosæ, & capillorum Veneris, vel in principio cum aqua ordei multum cocti, & fiat mistura ex conseruis violarum & diadragacantho, de qua detur parũ pro vice ad paulatim deglutiẽdum: vel detur cum aqua ordei, tepida, maximè in hyeme. Iteranda sunt fomenta, vnctiones, clysteria, renouando, vt superius dictum est, cum infrigidari incipiunt: iterãdo etiam phlebotomias, secundum exigentiam, vt superius dictum est. Cum verò dolor est vehemens, vngatur locus post fomentationem, cum vnguento facto ex oleo violaceo & cera alba, continuando semper facilitantia sputum misturam scili-

cet

cet diadragancanthi, iulep, & ſimilium. Et emplaſtrum ex farina ordei, meliloto & corticibus papaueris albi maturat & ſedat dolorem, coquendo in aqua ordei.

Vnguentum bonum in pleureſi poſt principium. R. pinguedinis anatis, & gallinæ recentium, œſypi, ceræ & butyri ana q. s. fiat vnguentum, teneatur aluus lubrica cum clyſteriis aut caſſia in canna.

Emplaſtrum filij Zachariæ, quod ponit Meſue, leniens pectus, & habilitans materias in eo & pulmone difficilis expuitionis. R. ceræ citrinæ vnc. iij. medullæ cruris vituli liquefactæ & colatæ, adipum anatis, gallinæ recentium, mucilaginis ſeminis lini ana vnc. iij. olei, ſem. lini q. s. fiat vnguentum.

Pectus & pulmonem purgat ptiſſanæ ſuccus & melicratum, validiſſimè autem ſemen vrticæ cum melicrato. Admiſcere parum origani, pulegij, nepetæ, & huiuſmodi, addito oxymelle, vtile eſt. Cum verò difficulter expuitur, adde iulepo tertiam aut quartam partem oxymellis ſimplicis, & tantundem ſyrupi de hyſſopo.

Vnguentum bonum in difficultate ſpuendi. R. bdellij, coſti, cineris plantæ caulium ana. fac vnguentum cum axungia, & vnge.

Quando eſt vehementia doloris clamare

mare facientis, exhibeatur quantitas fabæ de assa fœtida cum melle vel oxymelle. Quando verò peruenit ad oregmon, detur hyssopus, nasturtium & sinapi cum aqua ordei tepida, & cum incipit expuere, sorbeat vitellum oui, vt remoueatur malitia eius: quam si euitare cupis, inuolue in hostia vel nebula, dando post aquam ordei tepidam. Vtatur continuè supradictis facilitantibus sputum: & trãsacto statu, potest vti penidiis, diairis, saccharo candido, tenendo in ore, & paulatim deglutiendo. Soluatur venter tempore debito cum cassia, agarico & similibus bibendo aquam ordei, & obseruando diætam subtilem, donec febris & alia symptomata remittantur.

Non vera pleuresis fit à ventositate, & curatur calefacientibus. Aut fit à materia inter costas, versus cutim, & resoluentibus curatur, aut maturantibus, si fortè ad exituram terminetur ad extra, & tunc curatio est, vt aliarum exiturarũ.

Quandoque quis imaginatur habere pleuresim, & habet apostema in hepate. Verùm adsunt signa distinguentia: primò, quoniam pulsus in hepatis apostemate est vndosus, in pleuresi verò durus & serrinus: secundò, dolor in pleuresi est

pungitiuus,

pungitiuus, in apostemate verò grauatiuus: in pleuresi est tussis humida cum sputo, in apostemate verò adest tussis sicca sine sputo, color faciei citrinus, quandoque etiam nigredo linguæ, & dolor sub costis mendosis, qui crescit in emissione anhelitus, & in attractione surculæ eius lateris inferius: quorum oppositum est in pleuresi.

De Peripneumonia. Cap. VI.

PEripneumonia est apostema calidũ in pulmone, & potest fieri successione pleuresis: quia quando pleuresis non purgatur, transit in peripneumoniam. Quandoque tamen fit ex descensu catarrhi, quandoque propter causam in pulmone. Differẽtia peripneumonię à pleuresi est, quia hæc fit in pulmone, illa verò in membrana costas tegente: secundò, in peripneumonia pulsus est vndosus, dolor grauatiuus, & coarctatio, anhelitus vehemens, & multum calefactus: quæ omnia non sunt in pleuresi. Dixit Gal. quòd peripneumonia promptior est ad interficiendum, quàm pleuresis, propter duas causas: prima, quia solutio continui pulmonis rarò consolidatur: secunda, quia virtus cordis nõ patitur, sed deficit ab eius inflammatione: quoniam

pulmo apostematus non potest debitè cor euentare. Cura eius est, sicut cura pleuresis.

Pilulæ Maßij ad peripneumoniã, dyspnœã, chronicos catarrhos, & dolorem capitis. R. piperis, myrrhæ, opij, styracis, castorei ana, fac pilulas quantitate orobi, da vnam eunti dormitum, formando cum vino dulci.

De Empyemate. *Cap.* VII.

EMpyema est collectio saniei in pectore: & fit quandoque ex tumore pectoris, qui non fuit purgatus, sed eius sanies in pectoris cauitate retenta est: vt in pleuresi & peripneumonia. Ideo dicit Hipp. in 5. Aphoris. 8. Quicunque pleuretici facti sunt, si in xiiij diebus non purgatur, in empyema transeunt. Vbi Gal. in Commento dicit, quod Hippoc. per empyema intelligit mutationem apostematis pectoris aut pulmonis in saniem, aut fluxum eiusdem saniei in spacium, quod est inter pectus & pulmonem.

Cura eius fit cum medicinis mundificantibus pectus ab illa saniositate, & abstersiuis: sicut est decoctio hyssopi & mellis cum cauda equina, & vngula caballina, cum foliis vrticæ, cum rad. ireos,

ireos, & cum ordeo, dando omni mane in aurora vnc. iiij. & omnibus ſex aut octo diebus dare ſcrup. iiij. agarici trochiſcati cum oxymellite, in forma opiatæ, in aurora, inuoluendo in hoſtia madefacta in decoctione prædicta.

Pilulæ ad empyicos, aſthmaticos, & hæmoptoicos ſomniferæ. R. ſtyracis drach. viij. opij, myrrhæ ana drach. iiij. cum vino dulci, fac pilulas magnitudine orobi, è quibus exhibe vnam eunti dormitum.

Pilulæ Platonis ad idem. R. ſtyracis, myrrhæ, ana. fac pilulas cum vino dulci, & exhibe vt ſuprà. Sandaracha cum vino & melle, magnam affert vtilitatem. Item ſuffumigium ex ſandaracha, & foliis caudæ equinæ ſiccis per os attractum, multum confert, etiam cum foliis ſiccis & radice vngulæ caballinæ.

Pilulæ conuenientes in empyemate. R. pilul. aſſaieret, agarici trochiſcati ana drach. ij. ammoniaci pinguioris drach. j. ſandarachæ drach. s. cum melle roſ. fiat maſſa pilularum, de quibus capiatur vna pro vice eundo dormitum vicibus interpolatis. Exhibeatur conſerua violarum, capillorum Veneris, roſarum vna cum diaireos, aut diadragacantho, & ſimilibus.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De Phthisi. Cap. VIII.

PHthisis est exiccatio & absumptio corporis ex febribus habituatis, vlcerans pulmonem, quæ vlceratio aut fit ex catarrho acuto, assiduè ad pulmonem descendente, aut successione pleuresis, vel peripneumoniæ, vel empyematis, teste Hipp. 5. Aphor. 8. vbi dicit: Quicunq; pleuritici facti sunt, &c. In Aphor. verò 15. eiusdem particulæ dicit: Quicunque empyici facti sunt, si in 40 diebus non purgantur, in phthisin transeunt: &, Quando post sputum sanguinis aduenit sputum saniei, post ipsum sequitur phthisis, scilicet quando rectè non curatur.

Cura phthisis confirmatæ impossibilis est. Testatur enim Galen. 4. de Loc. affect. cap. 8. nullũ se ex phthisicis sanasse. Signa phthisis confirmatæ sunt: primò, quando super prunas catarrhus positus fœtet, & capilli cadunt, teste Hippoc. 5. Aphor. 11. Addit in Aphor. 12. eiusdem: Quando in phthisi cadunt capilli, & diarrhœa superuenit, signũ est mortis. Fœtor oris, abominatio cibi, & similia, sunt signa confirmatæ phthisis. Phthisis verò quæ non est cum signis prædictis, si prouenit à descensu catarrhi acuti, eius cura dicta est in cap. de Catarrho acuto. Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

gimen autem in ſex rebus non naturalibus tale conuenit. Aer ſit temperatus, ad ſiccum vergens, cibus ſit paucus, optimi nutrimenti, facilis digeſtionis. Reſiduum regiminis ad illud declinet. Cum verò phthiſis fit ex ſucceſſione empyematis, vel peripneumoniæ, cura eius eſt ſimilis curationi earum.

Ad phthiſicos, & omnem tuſsim. R. terebinthinæ, reſinæ abietis, ſtyracis, ſandarachæ, maſtichis, medullæ ceruinæ ana vnc. j. miſce, & detur drac. j. pro vice eũdo dormitum, & tantundem quando à lecto ſurgit, inuoluendo in nebula madefacta in vino albo. Electuarium de betonica cum melle, ſanat phthiſicos & hæmoptoicos. Bolus Armenia cõfert phthiſicis, vt non tuſſiant, niſi errorem committant: & valet ad vlcera.

Ad phthiſicos ex thorace rheumatizantes. R. ſucci praſſij vnc. vj. mellis vnc. vij. vini albi. vnc. ix. piperis albi, myrrhæ, olibani ana drac. viij. coquatur vinum & ſuccus ad conſumptionem duarum partium, deinde addatur mel & coquantur ad debitam formam ſyrupi: poſtea addantur reliqua puluerizata & cribellata, reponaturq; in vaſe vitreato: exhibe cochlearium ante cibum.

Ad

Ad phthiſicos, hæmoptoicos, peripneumonicos, vlcera pulmonis, &c. ℞. croci drach. ij.s. myrrhæ, reſinæ, terebinthinæ ana drach. ij. olibani drach. j. s. caſſiæ ligneæ, cinnamomi, tragacanthæ ana drach. j. mellis optimi vnc. ix. coquantur mel, reſina & terebinthina, vt fiat conſiſtentia & villoſum ſine macula, cùm ſtillatur in aqua frigida, deinde adde pulueres, & fac formulas ſimiles auellanis, è quibus teneatur vna in ore paulatim degluticndo. Porrum cum melle condítum, confert dolori pectoris & phthiſi.

Caro teſtudinis nemoreæ, capite & pedibus inciſis, cocta donec oſſa ſeparentur à carne, condita cum pipere, cinnamomo, ſpica, & butyro, aut oleo amygd. recenti, ægro exhibita, ita vt cooperiatur & ſudet, mox etiam cum iuſculo teſtudinis fomentetur, mirificè prodeſt. Iuſculum ex adipe hœdi multum phthiſicis conducit.

Ad tuſſim catarrhalem noui & multi temporis in maturandis ægritudinibus pectoris, mirabile eſt diapapauer ex deſcriptione Meſ. cuius deſcriptio tradita eſt ſuperius in deſtillatione capitis. His autem multum confert exhibitio lactis, maximè non febrientibus febre

putrida vnà cum hectica, & præcipuè lac asininum recenter mulctum : est enim minoris caseitatis quàm reliquæ species lactis brutorum. Exhibeatur manè, & ante cœnam. Vide quæ scripta sunt in capite de vlceribus Pectoris & pulmonis, quando fiunt successione empyematis & pleuritidis.

LIBER X. DE AFFECTIbus cordis & mammillarum.

De medicinis Cordis calidis, frigidis, ac temperatis. Cap. I.

Medicinæ cordis temperatæ, & in complexione æquales, sunt hyacinthus, smaragdus, ocymum cum floribus suis, aurũ, argentum, buglossa, borago, pæonia, terra sigillata, & oua.

Calidæ verò sunt doronicum, zedoaria, moschus, ambra, seta, crocus (ambo enim sunt velocis iuuamenti) & caryophylli, qui sunt mirabiles, lignum aloes crudum, melissa & semen eius, cubebæ, cardamomũ, folia citri & semẽ eius, foliũ Indum, & enula est mirabilis, olibanum, stœchas, vsneæ, polypodium, mentha, mumia, macis, grana tinctorum, id est kermes, seta cruda, non tincta, & buglossa,

glossa, quæ licet sit temperata, habet tamen caliditatem.

Frigidæ autem sunt acetosa, acedula, caphura, margaritæ, karabæ, corallus, sandali, rosæ, spodium, terra sigillata, poma, coriandrum humidum, tamarindi, manna (malum granatum propriè spiritui, qui est in hepate, bonitate & dulcedine sua confert) myrobalani, myrtus, acetositas citri & limonum.

De his quæ conferunt in Cardiaca, tremore cordis & titillatione, quæ sanis iuuenibus eueniре reperi absque manifestis symptomatibus, qui sanguinis mißione curantur. Cap. 11.

Electuarium mirabilis operationis, ad tremorem cordis, malitiam & caliginem oculorum, descensum aquæ in oculum, ad asthma antiquum, tußim, & morsum canis rabidi: sedat dolorem fortem, & aufert tristitiam, confortans hepar & ventriculum, estq́; medicina mirabilis in laxando sine dolore, & cor confortando. ℞. rad. lilij cælestis, aristol. rot. ana aur. x. squinanthi aur. ix. asari aur. xv. piperis nigri & albi ana aur. vij. spicæ nardi, spicæ Romanæ, mastichis, ammoniaci, galbani, scillæ assatæ ana aur. x. folij, ligni aloes, rhabarbari, croci, olibani, centaurij minor. ana aur. xx. laccæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aur.j.rosarum rub. iuniperi ana. aur. ij. turbith, cyperi ana aur.x.trita & cribellata conficiantur cum melle ros.& fiat electuarium in forma opiatæ. Dosis est drac.j. per horas duas vel tres ante prandium, & est mirabile. Confert etiam capere summo mane morsellum vnum diamargaritonis, & parum aquæ buglossæ statim pòst bibere. Sena cum admiscetur cum aliis medicinis cordialibus purgat melancholiam, & choleram, confortat substantiam cordis, mundificat ventriculum, hepar, lienem & membra sensuũ. Santali cõferunt cardiacæ biliosæ, & imbecillitati ventriculi, illiti cum aqua ros. Granata omnia cõferunt tremori cordis, & abstergunt os ventriculi. Lingua auis confert cardiacæ. Vsus zingiberis, iuuat syncopizantes. Puluis galãgæ cum succo plantaginis valet contra cardiacam, & syncopim. Folia melissæ cõferunt cardiacæ & debilitati cordis, remouet quoque affectiones, solicitudines, & timores, qui accidunt melancholicis, cùm non possunt dormire.

Linimentum optimum ad tremorem cordis.

R. thuris, rosarum, ligni aloes, caryophyll. spodij, santalorum rub. succini, sandarachæ ana. drac.j. aluminis iameni drac.s. trita

trita ſubtiliter & cribellata conficiantur cum aqua roſ.& ſucco pomorum, fiatq́ue linimentum, quo vngantur regiones cordis & ventriculi, & eſt vltimum.

Quando eſt aliqua mala complexio ſimplex ſine materia aut compoſita, curatur alteratione ad oppoſitum, medicinis ſuperius deſcriptis. Si verò ſit repletio ſanguinea, phlebotomia baſilicæ curat eam dextrę partis. Quòd ſi repletio ſit vaporoſa, curat eam ſectio baſilicæ ſiniſtræ. Aliæ autem repletiones aliorum humorum à ſanguine purgentur cum medicinis appropriatis, quæ eas euacuãt, ſemper tamen miſcendo medicinas cordiales. Nec ſunt exhibendæ medicinæ violentæ, ſed benedictæ.

De tumore Mammillarum. *Cap.* III.

SI tumor fiat à corruptione lactis (ſicut fit vt plurimum) apponatur emplaſtrum ex farina lentium, & ſem. lini, cum oleo roſ. Aut permiſce cimoliam cum oleo roſ. & applica. Aut dactylos & micam panis, trita cum oxycrato, tepida appone. Aut à principio infunde ſpongiam in aqua & aceto, & expreſſam liga ſuper mammillam tepidam: aut pſyllium, cum coriandro, oleo roſ.& cera: aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ex parietaria viridi, oleo ros. & cera impone cataplasma. Oua cum oleo ros. & cera impone cataplasma. Oua cum oleo rosaceo mista & applicata, tollunt dolorem & tumorem. Quòd si tumor mammillarum fiat ex inflammatione sanguinis, tunc prouoca menstrua (si sunt retenta) saphenam incidendo, leniendo, & corpus mundificando ab humoribus malis peccantibus.

Linimentum refrigerans ardorem mammillarum, & delens tumorem. R. succi semperuiui, solatri albi, ouorum, olei ros. ana misce simul agitando & applica modò frigidum, modò tepidum. Si verò tumor sit à frigidis humoribus, & adsit grauedo difficilis, embroca cum oleo calido & lana succida carminata, aut cum decoctione seminum fœnigræci, lini, & altheæ. Emplastrum ex asphodelo, aut ex foliis cataputiæ maioris, aut ex chamæpity cum polenta, omnes tumores & durities mammillarum dissoluit. Mentha tumorem mammillæ applicata tollit.

Aliud dissolaens duritiem mammillarũ.

R. farinę ordei & fabarum ana p. j. farinæ fœnigręci & sem. lini añ. p. s. croci scrup. j. fac emplastrum cum oleo chamęmelino. Eruca geratina dissoluit antiquas duri-

ties

ties mammillarum, & curat cancros.

De coagulatione Lactis. *Caput* v.

CEra applicata prohibet coagulari lac in mammillis.

Vnguentum dissoluens lac coagulatum.

R. coaguli hœdi drac. vj. styracis liquidæ, absinthij vnc. j. s. cymini, sem. anethi ana m. j. sem. anisi duas partes vnius m. chamæmeli, anethi ana m. iij. farinæ ordei vnc. ij. s. olei absinthij, pingued. anatis ana vnc. iij. fiat emplastrum coquendo in s. q. aquæ, secundum artem, & calidum applicetur. Flos croci hortulani coagulat lac, & coagulatum dissoluit. Fomentatio ex foliis ebuli, dissoluit lac coagulatum.

De his quæ prohibent generationem Lactis in mammillis *Cap.* v.

VNgantur mammillæ cum vnguento populeonis, aut succo menthæ, infundendo in eo petiam, & applicando, vngendo aliquando cum butyro. Cataplasmetur cum rad. caulium, farina fabarum & lentium, cum croco, sale, & nuce cupressi : aut fiat ex eis epithema cum aqua frigida.

De his quæ trahunt lac ad Mammillas. *Caput* vi.

FAc bullire raphanum cum furfuribus in vino, coletur, & exhibeatur in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

potu Anethum coque cum carnibus, & eius ſemen,& da brodium ad bibendũ. Furfures coque in aqua fœniculi, & da ad bibendum. Radix fœniculi equini comeſta; & eius herba, ſemen agni caſti, nigella in melicrato,& cryſtallus cum melle potus replent vbera lactis. Cicer, ſuccus raphani, & ſtipitum bryoniæ ſuccus cum frumento coctus ac potus prouocat lac. Item drac. j. lumbricorum terreſtrium viuorum tritorum cum melle exhibeatur. hoc eſt Gal. in gynæceis.

De his quæ prohibent Mammillas augeri, & rectificant illas, quæ deformiter inclinantur.
Cap. VII.

ACcipe terram tinctorum, coque cũ melle, fac cataplaſma ſpiſſum & craſſum,& appone à mane vſque ad veſperas: deinde ſuperappone ſpongiam in aqua frigida infuſam, quouſque cataplaſma auferatur. Si vis efficacius, miſce cum eo gallarum immaturarum drac. x. facit enim mammillas rectas & tenſas.

Aliud R. gallarum cupreſſi, gall. quercus perforatarum ana lib. j. aluminis rochæ, ſcoriæ ferri præparatæ cum aceto ana lib. s. contuſa bulliant in bona quãtitate aquæ gallarum, qua vtuntur aptantes coria,& cum hac ſemicalida fomententur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tentur mammillæ cum ſpongia in ea infuſa fortiter expreſſa. Fricatura lapidis cotis viridis, quando ſuper ea rectè acuitur ferrum, eſt optima ad prohibendum augmentum mammillarum & teſticulorum

Vt mammillæ diu permaneant. R. cicutã, & cum ea cataplaſma diebus nouem, ſuperponens ſpongiam in aqua, & aceto ſimul coctis infuſam.

Aliud. Cyminum tere & cataplaſma, ſpongiam appone, ſuperliga, poſt tres dies aufer cyminum & cataplaſma cum rad. lilij cum melle, & dimitte tribus diebus. Idem repete ter in vno menſe.

De duritie, tumore, & vlceribus mammillarum. *Cap.* VIII.

BEtam in oleo coque donec ſoluatur, & cum cera applica. Herba canabis ſylueſtris contuſa cum axungia, tumores & durities mammillarum curat, ſaniem expurgat, & dolorem aufert, ſuperapplicata & ſuperligata. Eruca geratina diſſoluit antiquas durities mammillarũ cataplaſmata, & cancros. Hæc herba habet virgas ſubtiles, folia ſimilia erucæ ſylueſtri, in ſummitate virgarum florem citrinum, vaginas ſimiles cornibus, & vaginis fœnigræci: in quibus eſt ſemen

parum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

parum ſimile ſemini naſturtij, mordicans linguam, & naſcitur in muris.

Aliud ad durtiem vberum, inflationem, craſſitiem, & omnem paßionem. Caulem viridẽ tere, fac cataplaſma, ſuccum autem eius ſpiſſum illine. Valet ſimiliter emplaſtrum de mucilaginibus applicatum. Ad vlcera mammillarum portulacam tere cũ oleo roſaceo & appone. Ad vlcera coque folia hederæ fortiter, fac cataplaſma, & ex decoctione fomenta. Si verò in aliqua eius parte appareat nigredo, quæ corruptionem minetur, cum calore ſuperfluo, applica boli armeniæ drach. s. caphuræ g.ij. cum albo oui & cum cotto, appone defenſiuum circa locum. Si autem ad cancrum & vlcera mala terminetur, recurre infrà ad propria cap.

LIBER XI DE VENTRICULI affectibus.

De dolore Ventriculi *Caput* I.

DOlor ventriculi aut fit à pura intemperie, & curatur alteratione in oppoſitum ducente: aut fit à materia, quæ vel continetur in ventriculo, aut effunditur ab aliis mẽbris, ſicut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ficut cerebro, hepate, vel ſplene. Quando igitur ab alio mēbro effunditur, purgandum eſt quod in ſtomacho reperitur: deinde rectificandum eſt membrum mandans: poſtea roborandus eſt ventriculus. Si verò materia contineatur in ſtomacho, aut continetur in ſinu ſtomachi natans in eo, aut eſt imbibita in poroſitatibus tunicarum ventriculi. Quando materia eſt in cauo, tunc purgantia medicamenta exoluentia curant, & præcipuè vomitus: quando verò eſt imbibita in tunicis, nulla melior medicina reperitur hiera Gal. conſtans octo reb. de qua inferius dicetur. Quādo dolor fit à ventoſitate, coque cyminum, & ſemen dauci & petroſelini in oleo ſpicæ & menthæ, & ex eis vnge calidè. Quòd ſi percipiatur frigiditas, coque ſimul baccas lauri, rutam, nigellam, & ſemen fœnigræci, & vnge. Radix & ſemen ſileris montani data cum vino, tollunt dolores & torſiones ventriculi, & omnium interiorum. Idem facit ſemen ſerpylli cum vino bibitum. Meliſſa à ieiuno comeſta confert ſtomacho frigido & humido, facitque digerere cibum craſſum. Aniſum coctū in aqua mellis calidè bibatur. Ariſtolochia longa exhibita habet mirabilem

lem proprietatem in ſedando dolore ſtomachi. In vehementibus doloribus fac vaporationem cum milio calido: aut apponatur ventoſa magna ſuper vmbilicum, vt comprehendat eum totum, & dimittatur per horam: aut impone ſpongiam in aceto calido infuſam ſuper ſtomachũ. Scilla aſſata confert habenti torſiones, & cui cibus natat in ſtomacho. Si verò à capite ad ventriculum natura frigidum deſcendant humores phlegmatici, confert diatrionpipereon, item piper album. Abſinthij tamen potio his cõtrariiſſima eſt, facit enim pituitã ſtomacho adhærere. Neq; etiam dãda eſt aloe, quia habet virtutem attractiuam humoris bilioſi. Vnde in tali caſu nil præſtãtius (teſte Gal. 6. de Reg. ſanitatis) eſt hiera Gal. de octo rebus. pariter dioſpoliticum, diatrionpipereon, diacalamentum. Ad humores crudos ſtomachi, inflationem hypochondriorum, & conuerſionem cibi in ventoſitatem, ante cibum, & poſt cibum exhibeatur diaſphalthum, quod cõſtat ex cymino, ruta, & pipere æqualiter, & conficitur cum melle deſpumato. Cõfert etiam aſſumptio zingiberis viridis, & diatrionpipereon.

Aliud diſſoluens ventoſitates craſſas ventriculi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

triculi, cui non est simile. R. agarici drach. iij. ellebori nigri drach. ij. s. mast. drach. x. folij asari, ligni aloes, rad. iridis, turbith, squinãthi ana drac. ij. carui, anisi, ammoniaci ana drac. j. scillæ assatæ vnc. iiij. rosarũ rub. drac. vj. diagridij drac. j. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè despumato, & detur quãtitas auellanæ pro vice manè, duab. horis ante cibũ, inuoluẽdo in hostia vel nebula madefacta ĩ vino.

Ad ventositatem fortem mirabile. R. anisi, carui, cymini, satureiæ ana. cõfice cum melle despumato, dentur drach. ij. pro vice, cum drach. iiij. decoctionis agarici, quæ sic fit. R. rad. squinanthi, folij, cyperi, aristol. vtriusq; longæ & rot. agarici, rad. apij ana drach. vj. aquæ lib. j. coquantur omnia ad ignem leuem vsq; ad consumptionem duarum partium, exhibeatur vt suprá. Zedoaria valet ad dolorem stomachi & intestinorum, prouenientem à ventositate & frigiditate. Decoctio chamæmeli calidè bibita, curat omnes dolores fortes. Mẽtha aquatica manè sumpta, præseruat ab omni dolore.

Ad dolorem fortem solenne medicamentũ. R. florum chamæmeli, squinanthi, centaurij minoris, aristoloc. rot. ana. confice cum melle despumato, & da drach. iiij.

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aqua absinthij calida.

Ad idem mirabile. R. succorum chamæmeli, meliloti viridium ana drach. iiij. misce, & bibat calidè. Quòd si succi haberi non possint, coquantur ipsæ herbæ siccæ cum drach. iij. squinanthi, & gr. vj. croci in brodio pulli vel caponis iuuenis, ad consumptionem medietatis, postea colentur, & bibatur calidè.

Ad dolorem ventriculi ex oppilatione. R. rad. lilij cœlestis, agarici albi, ana drach. iiij. aristol. vtriusque, chamæpityos ana vnc. v. bulliant in lib. j. aquæ ad consumptionē duarum partiū, postea colentur, & in colatura dissolue laccæ drach. j. s. & bibat calidè. Sola lacca confortat stomachum, & aperit oppilationes eius. Item decoctio rad. iridis tollit oppilationes citó. Decoctio absinthij, & centaureæ, & vinum decoctionis sisymbrij, id est menthæ aquaticæ, bibitum, valet contra dolorē stomachi, & intestinorum à causa frigida & oppilatione ortum trahente.

Ad frigiditatem ventriculi, prouocandum vrinam, & aperiendum oppilationes. R. cinnamomi electi vnc. s. caryophyllorum, squināthi, granorum balsami, folij, cort. fisticorum, cardamomi, absinthij ana drach. ij. succi stœchados, sem. fœniculi, anisi,

anisi, asari ana drach. j. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè despumato. Dosis est drach. ij. cum aqua decoctionis fœniculi & asari calida, aut inuoluatur in nebula madefacta in vino.

Medicamentum mirabile ad ventriculum frigidum. R. triumpiperum, spicæ nardi, zingiberis, rosarum rub. ana drach. x. ligni aloes ad pondus omnium, confice cum melle optimo despumato, exhibe cum decoctione menthæ, ameos, & caryophyllorum. Vinum quoq; decoctionis sauinæ, & filipendula cum fœniculo puluerizata, tollunt dolorem ventriculi ex ventositate.

Illis qui frigore nimio, & frigore stomachi laborant, detur diatrionpipereon, aut piper cum absinthio. His verò qui congestione malorum humorũ stomachum repletum habent, & ob id syncopizant, prouocetur vomitus. Quòd si sponte non possit vomere, exhibeatur multum oleum, bonum, dulce, calidum, quia prouocabit vomitum, ac ventrem soluet. Aut exhibeatur oxymel scilliticũ cum aqua calida. Post vomitũ da absinthium cum mulsa coctũ, deinde vinũ cũ aqua calida. Sanat mordicationẽ stomachi & vẽtris spica nardi. Ardorẽ stomachi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

applicata curat centũnodia. Ad morſum, punctionem, & ardorem in præcordiis continuum, ex humoribus bilioſis imbibitis in poroſitatibus ventriculi, coquatur farina ordei cum brodio caponis, & vino granatorum, & exhibeatur. Ex Hippoc. ij. Epidemiorũ, Granata muza magis iuuant ventriculũ, quàm citonia. Acetum bonum eſt ſtomacho, prouocans appetitum, & quando coquitur in cibis, prohibet curſum ſuperfluitatũ ad ventrẽ. ex Dioſc. & Gal. Pineæ cum ſucco portulacæ acceptæ, ſedant ſtomachi ardorem, illum confortando. Gal. 7. Therap. in habẽtibus dyſcraſiam calidã ventriculi, nõ tãtùm exhibebat aquã frigidã, ſed etiam niue infrigidatã. Aliquibus exhibemus iuncatam, ſpumam lactis, fructus frigidos, & ptiſſanam bene coctam, infrigidatam, & conſimilia infrigidantia, prohibendo abſinthium, & alia ſtiptica tangere. Decoctio maſtichis bibita præſeruat ab ægritudinibus ſtomachi.

Ad frigiditatem & humiditatem ventriculi. ℞. ligni aloes, cinnamomi, ſpicæ nardi, rhabarbari, maſtichis, cinnamomi ana. confice cum decoctione roſarum & nucum cupreſſi: doſis eſt quantitas auellanæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Electuarium olibani contra humiditatem ventriculi. liquefacit phlegma, & conuenit senibus, quia confortat calorem naturalem. R. olibani drach. x. mastichis aur. iiij. squinanthi, aristol. rot. ana aur. ij. laccæ, ligni aloes ana aur. j. rhabarbari electi, rosarum rub. anisi, ana aur. vj. trita & cribellata conficiantur cum melle despumato. Dosis est auellanæ quantitas per horas duas vel tres ante prandium.

De eructatione. *Cap.* II.

RVctus fumosus calidam, acetosus verò frigidam causam significat, licet acetosus fiat quandoque à calida, scilicet quando materia dulcis ebullit, & huius signum est, quia cum eo sunt signa caliditatis, sicut amaritudo oris, inflammatio, sitis, & iuuamentum à rebus frigidis. Ideo dicit Gal. 1. de Locis affect. cap. 3. Si à materia calida, sunt cum siti, si à frigida, cum fame. Exhibeatur in acetoso mel, quoniam ducit pituitã. In fumoso exhibeatur hiera Galeni ex octo rebus cum aqua absinthij. Absinthium ducit choleram à ventriculo, intestinis & hepate, & extenditur operatio eius ad venas, ita vt mundificet eas ab humore bilioso aquoso, per vias vrinæ, & præseruet à putrefactione potus infusionis eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in vino: aut aqua decoctionis eius, vel ſublimationis ſingulis diebus ſummo mane. Zingiber in ore retentum & deglutitum. In fumoſo pariter, in quo ſentitur fœtor ouorum putridorum, confert comedere granata muza immediatè poſt cibum: aut bibere ſuccum vel aquam cachulæ, ſeu ſoldanellæ. In acetoſo ex frigiditate cauſato exhibeatur diatrionpipereon, & teneatur in ore galanga, & zingiber. Item valet cochlear vnum coriandri ante cibum. Comedat allium, & bibat vinum bonum ſine aqua.

Ad ructum acidum, punctionem & ventoſitatem in ſtomacho, & dolorem frontis. R. cort. myrobal. citrinorum, kebulorum, Indorum & emblicorum ana drach.x. terantur & cribellentur, & liniantur cum oleo amygd. dulcium recenti: deinde R. zingiberis, piperis, maſtichis, cinnamomi, aſari, croci ana drach.x. coſti dulcis, macropiperis, folij Indi, corticum caſs. ligneæ ana drach.iij. nucis muſc. macis, cardamomi, xyloaloes Indi, cubebarum, calami aromatici ana drach.ij. penidiorũ vnc.ij. trita & cribellata liniantur cũ oleo amygd. dulcium recenti, & conficiantur cũ melle optimè deſpumato. Doſis eius eſt aur.j. Huc etiam pertinet electuariũ

quod

quod est in principio capitis sequentis.

Quòd si ructus acidus proueniat à caliditate (sicut superius dictũ est) exhibeantur granata dulcia aut muza post cibum.

De singultu. Cap. III.

Electuarium ad singultum, appetitum caninum, ructum acidum, frigidámque complexionem, cum humiditatibus superfluis. R. piperis nigri, albi & longi ana drach. iij. xylobalsami vnc. j. spicæ nardi, amomi, seminis apij, seseleos, zingiberis, leuistici campestris, cassiæ ligneæ, enulæ, asari, ana drach. iij. s. trita & cribellata confice cum melle optimè despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ. Dosis eius est quantitas auellanæ per tres aut quatuor horas ante prandium omni die, inuoluendo in nebula madefacta in vino bono, & sanabitur in hebdomada. Singultus, quemadmodum & spasmus, fit vel ex repletione, vel inanitione: habet insuper tertiam causam, scilicet humores acutos mordicantes, qui cùm euomuntur, cessat singultus. Castoreum & ruta in vino, abrotanum, dictamnum, daucus, cyminum, anisum, pulegium, calamenthũ, piper, nepita, acorus, asarum & nardus coniunctim vel diuisim, curãt singultum ex repletione, ex frigiditate,

& ex humoribus crassis : augent tamen illum qui ex inanitione & siccitate. Vomere, vti sternutatione, retinere anhelitum, sorbere acetum cum cymino, sorbere decoctionem enulæ Campanæ calidè: fricare manus cum adipe porci, remouet singultum. Cyclamẽ naribus impositum sternutare faciet, & singultũ remouebit. Decoctio seminis carui & apij calidè bibita, folia scolopendrię cum vino bibita: semen anethi calefactum & odoratum: aspersio aquæ frigidæ in facie ex improuiso. Ponantur manus & pedes in aqua calida, sedeat in ea, & bibat decoctionẽ zingiberis & galangæ calidam. Ruta viridis & cyminum trita in oleo myrtino infusa, super ventriculum ligata: aut spõgia in aceto calido infusa applicata.

De siti. *Cap.* IIII.

NOn solùm causatur sitis à ventriculo, sed etiã ab his quæ circa thoracem, hepar, cor & pulmonem contingunt. Qui enim propter horum membrorum caliditatem sitiunt, inspiratione egent vehementiori, exufflãt longius, & percipiunt circa thoracem cauma, nõ eo modo, vt qui propter stomachum secundum hypochondria patiuntur. Bibentes nõ statim quiescũt, & potus frigidus magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

gis quàm calidus ſiſtit eorum ſitim. Refrigerat eos aër inſpiratus frigidus, qui tamen nihil alleuiat illos, qui propter ſtomachum patiuntur ex lib. artis med. Gal. in p°. de Simp. cap.7. dicit, quòd ſitis à caliditate ſuperflua generata ſicut in febre, & in æſtate, ſedatur potu aquæ frigidæ cum pauco aceto. Cum verò fit à paucitate humiditatis, tunc ſedat eam potus multæ aquæ frigidæ cum vino mo dico: vinum enim & acetum faciunt aquam penetrare eo quò oportet, & ſimul vinum humectat & acetum infrigidat. Aqua cum pauco vino bibita magis ſedat ſitim quàm aqua ſola, quia vinum (vt dictũ eſt) facit eam penetrare. Quando autem caliditas cum humiditate com ponitur, vt in iis qui habent phlegma ſal ſum inuiſcatum in ſtomacho, ſicut in hy dropicis, ſedatur per permiſtionem aquę cum modico aceto. Sitis quæ à potu aquæ calidæ ſedatur, fit à phlegmate ſalſo, aut à materia nitroſa, quæ autem ab eo augetur, fit à cholera. Quando cum ſiti eſt nauſea, magnificat materiam ſalſam phlegmaticam aut cholericam, & potus aquæ calidæ ſedat eam.

Medicamentũ, quod ſitim extinguit, & prouocat appetitum. R. roſarum rub. drach. x.

ſumach drach.ij. cardamomi drach.j. fac trochiſcos cum ſucco granatorum vel citoniorum. Doſis eſt drach.ij. facit enim appetitum, & incidit ſitim. Tenere in ore rad. recentem conſolidæ maioris, inſiticuloſum reddit maſticantem. Infuſio dragacanthi in aqua ordei per noctem, aut eius decoctio in ea, ſedat ſitim, quæ fit per conſenſum pulmonis aut cordis, cuius ſignum in principio huius capituli poſitum eſt. Attractio etiam aëris frigidi per os, & vigiliæ conferunt, & ſomnus auget eam. Quandoque paulatina ſuctio aquæ eſt vltima. Quando fit ab exiccatione meri, eſt parua ſitis. Cum verò vomitus facit ſitim, ſedat eam ſyrupus de pomis cum aqua roſacea. Confert etiam tenere in ore pruna exiccata, ſebeſten, citrangulos dulces vel acres, omnia genera granatorum, & dare vinum granatorum cum aqua ad bibẽdum, maximè in febribus. Confert amarenata cum ſaccharo, ſaccharum candidum, grana citoniorum, & eorum mucilago, grana citrangulorum, tenere cryſtallũ in ore. Itẽ grana vuæ acerbæ ſeu agreſtæ conditæ cũ ſaccharo, tollunt ſitim. Medulla lactucarum condita, cucurbita condita, & limones excorticati in ore retenti, & conſimilia.

Pilulæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Pilulæ remouentes ſitim & ardorem ventriculi. R. ſeminis citrulli domeſtici, ſeminis portulacæ ana drach. viij. dragacanthi drach. iiij. ſolue dragacanthum cum albo oui recentis conquaſſato, & colato, & additis reliquis fiant pilulæ in forma lupinorum paruorum, quę exiccentur in vmbra, da vnam tenere ſub lingua paulatim deglutiendo. Ego nihil melius inueni in ſiti intenſa, maximè in continuis febribus, quàm dare magnos hauſtus aquę hordei multum cocti, ponendo cum ea de conſeruis roſarum, violarum, boraginis, ſeu bugloſſę, cum manu Chriſti ſimul miſtis, longè tamen à cibo aſſumpto per quinque horas vel circa, ab aſſumendo verò per duas horas, vel circa.

De Prouocatione appetitus. Cap. V.

APpetitus fit ab ore ventriculi, digeſtio à fundo eius. Puluis ex cardamomo & ſemine aniſorum ſumptus in cibo, cum ſucco menthæ confectus, prouocat appetitum, & curat vomitum ex cauſa frigida. Mentha cum aceto, pipere, & cinnamomo facit appetere cibum. Abſinthium appetitum excitat, hepar & ventriculum corroborat. Piper in cibis ſumptum confortat ſtomachum, & appeti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tum prouocat. Vinum citoniorum cum ſaccharo coctum, donec fiat ſyrupus bene coctus, qui coletur per cribrum, ſuper quo ſit cinnamomum contuſum, dum eſt calidum, vt cinnamomi capiat odorem, eo vtere pro ſalſamento. Pone lactucas aut cucurbitas conditas cum ſaccharo in aceto albo optimo, per diem ac noctem ad minus, & vtere cum carnibus vel aliis cibis, vel pone in aceto citri carnem aut citrium conditum: hæc enim omnia excitant appetitum. Acetum eſt bonum ſtomacho, & excitat appetitum. Gelatina facta ex extremitatibus porcorum, hœdorum, caſtratorum, & vitulorum iuuenum, cum pipere, cinnamomo, cardamomo, & ſimilibus, eſt valde delectabilis, excitans appetitum. Idem faciunt cappares cum aceto conditi, oliuæ conditę, bacillę, & ſimilia. Oxyſacchara, ſyrupus de limonibus, de granatis, & ſimilia. Galen. 8 de Compoſitione medic. per loca cap. de Bulimo, exhibet carnes aſſatas & bullitas, & alia, quæ multum nutriunt: iubet odorare acetum, pulegium, pira, citonia & alios fructus odoriferos, dando panem infuſum in vino, & oua ſorbilia.

Ceratum valde bonum, ad excitandum appetitum.

petitum. R. Ladani, maſtichis, ceræ, reſinæ, ſtyracis calamitæ ana drach. ij. myrrhæ, macis, caryophyllorum, aloes, galangæ, croci, nucis moſchatæ, ſpicæ nardi, cinnamomi electi ana drach. s. gummi Arabici vnc. s. terebinthinæ abietis vnc. j. fiat ceratum, de quo extendatur ſuper corio ſubtili q. s. in forma ſcuti, & applicetur ſtomacho: confortat enim ſtomachum, & mirabiliter excitat appetitum.

De confortantibus debilem digeſtiuam Stomachi. *Cap.* VI.

NVx moſchata aromatizat ventriculum, ſtringit ventrem, & oris odorem efficit bonum, aufert ſuperfluitatem ſtomachi, digerit cibum, expellit ſuperfluitates & ventoſitates, corroborat ſtomachum & hepar, attenuat ſplenem. Oleum de mentha, de abſinthio, de ſpica nardi, de citoniis, de granis lauri, vngendo ex eis vel aliquo iſtorum, confortat ſtomachum, vigorando eius digeſtiuam, vngendo calidè ante cibum.

Electuarium Galeni à Meſ. deſcriptum in cap. de Ægritudinibus ſtomachi eſt optimum.

Aliud. R. Roſarum rub. ſtyracis, maſtichis ana drach. ij. abſinthij, florũ labruſcę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ana drach. iij. olei citoniorum, ceræ q.s. fiat ceratũ, de quo calido applicetur extenſo ſuper corio ſubtili ad formã ſcuti.

Aliud. Coque ramos duos vel tres menthæ in ſucco granatorum dulcis & acetoſi,& da in potu.Decoctio corticum fiſticorum, & decoctio maſtichis cum pul. coryophyllorum, confortant digeſtiuam ventriculi.

Ad debilitatem ventriculi, vomitum, & ſolutionem ventris. R. Granatorum acetoſorum, citoniorum ana n°. xx. pirorum n°. quinquaginta, iuiubarum n°. centum, ſumach aur.xxxx.granorum myrti, centaurij minoris ana aur.xxxij. coquantur in debita quantitate aquæ vſque ad bonam coctionem & conſumptionem, poſtea colentur exprimendo, & in colatura addantur mellis puri lib. iij. & iterum lento igne coquantur, donec mellis capiant ſpiſſitudinem. Doſis ſit cochlearium vnum omni mane. Vinum decoctionis galangæ confert digeſtioni, & valet ad dolorem ſtomachi ex cauſa frigida. Galanga in ore retenta facit magnam eructuationem, vnde digerit cibum antiquæ materiæ.

Ad malitiam digeſtionis, dolorem laterum & ſtomachi, ad eructuationem acetoſam, dolorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

lorem hepatis & splenis, & ad angustiam anhelitus. R. Scillæ assatæ lib.j. gingiberis, seminis fœniculi, petroselini, anisi, hyssopi, pyrethri, seminis ocymi, caryophyllati, costi, asari, ana vnc.s. piperis, cymini carmeni ana vnc.j. dauci, ameos, cardamomi, seminis leuistici ana vnc.ij. ocymi hortulani drach.x. mellis puri lib.iij. tere omnia, & infunde in aceto forti diebus tribus, in vase cooperto: coquantur ad cõsumptionẽ medietatis aceti: deinde infunde super ea vini maluatici boni, aut alterius vini albi optimi lib.j.s. & iterum coque vsque ad consumptionem medietatis vini. & cum fuerit colatura infrigidata, infunde super ipsam mel, & coquatur lento igni, continuè despumando, donec inspissetur sicut mel, & seruetur in vase vitreo vel vitreato. Eius dosis sit cochlearium vnum cum aqua frigida: & si vis ipsum solutiuum, detur cum aqua calida vna cum gr. vj. diagridij, estque mirabile ex secretis Gal.

Radix & semen sileris montani, conferunt debilitati digestionis, torsionibus ventris, & omnibus doloribus membrorum interiorum cum vino sumpta.

Electuarium rectificans ventriculum, sicut coria præparantur à galla: fugit enim ventositatem

ſitatem craſſam, digerit cibum, excitat appetitum, & reſoluit quod de phlegmate incraſſatur in ſtomacho, acuit viſum & mentem, delet obliuionem, clarificat vocem, tardat canitiem, diſſoluit podagram frigidæ cauſæ, & omnes ægritudines iuncturarum, curat ſodam ex frigida cauſa vaporoſa, & ægritudines veſicæ: & quicunque ſenes vtuntur hac medicina, non egent alia in cõſeruatione ſuæ ſanitatis, ex Gal.

R. Trium piperum, galangæ, caſſ. ligneæ, calami aromatici, ſpicæ nardi, croci, cardamomi, carpobalſami, aſari, gingiberis ſem. myrtil ſicci ana drac. ij maſtichis drach. x. trita & cribellata, conficiantur cum melle optimo deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, quod reponatur in vaſe vitreo leui, & detur drac. j. pro vice, eundo dormitum, inuoluendo in nebula madefacta in vino.

Stante humore craſſo ac viſcido in ſtomacho exhibitis prius inciſiuis & ſubtiliatiuis, prouocetur vomitus cum raphano & oxymelle, ſi aptus ſit ad vomendum. Si verò neque craſſus neque viſcidus ſit humor, exhibeatur ſuccus ptiſanæ cum melicrato cocto cum abſinthio: educit enim humores ſubtiles, quicunque ſint in corpore ventriculi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad malitiam Digestionis, nauseam, combustionem in stomacho & vrinæ retentionem.

R. Succorum basiliconis, granatorum dulcium & acetosorum, aquæ cassiarum tamarindorum, id est maleitatis tamarindorum, aquarum citrullorum, melonum, & citoniorum ana lib. j. rob. vuæ veræ dulcedinis, id est sapæ vini lib. iiij. coquantur donec reducantur ad spissitudinem vt conseruari possint, ne putrefiant, & detur singulo mane cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad corruptionem Digestionis, malitiam appetitus, frigus stomachi, febrem quartanam ex adustione phlegmatis, & debilitatem in corpore, renibus & manibus.

R. Vini antiqui boni & odoriferi lib. iij. gingiberis drac. v. cardamomi vtriusque ana g. viij. moschi, piperis, macropiperis, ana g. v. pulucrizata cribellentur & misceantur in vase vitreo obturato, & exponantur soli per multos dies. Dosis eius est cochlearium vnum cum aqua frigida. Acetosa comesta, curat appe itum. Enula confortat os ventriculi, t & mundificat superfluitates, quæ sunt in venis, per vrinam & menstrua, & propriè vinum decoctionis eius. Cyminum quomodocunque sumptum dige-stionem

ſtionem cõfortat: vinum verò decoctionis eius cum fœnogræco dolorem ſtomachi, & inteſtinorum torſiones ex ventoſitate tollit. Lapis exebenos cũ vino bibitus ſtomachicos curat. Omnia illa quę hepar expurgant, conueniunt etiam tardis digeſtionibus. Inter optima ſunt diatrionpipereon, oxymel, & tenuis diæta 6. de reg. Sanitatis. Aloe confert ſtomacho præ aliis medicinis, ex 6. de Simplicibus. Acetum ſcilliticum confert debilitati ſtomachi, & malitiæ digeſtionis, oppilationibus, ructui, & phlegmati craſſo exiſtenti in ſtomacho. Confert ceratum ex rhapontico, oleo roſaceo & cera. Ceratum factum ex aloe, maſtiche & cera, cum modico oleo ſpicæ, confortat digeſtiuam. Ille, in cuius ſtomacho congregatur plurimum phlegma, comedat porrum cum ſinapi & aceto. Quòd ſi phlegma ſit acetoſum, exhibeatur diacalamenthum cum oxymelle, aut hiera ex octo rebus. Verùm hiera & aloe non debent exhiberi ſenibus, niſi magna neceſſitate vrgente, debet potius eorũ venter per leuia purgari, vt per mercurialẽ, pineam reſinam, prunas, oliuas Hiſpanicas, & ſimilia. Teſte Galeno 5. de reg. Sanitatis: Inter omnes medicinas mundificantes

cantes stomachum à superfluitatibus,& quæ stomacho conueniunt, præcipua est hiera de octo rebus. In cuius tamen cõpositione seplasiarij communiter tres committunt errores. Primus error est circa dosim simplicium:quia vbi debent ponere de vnoquoque simplici drac. vj. ponunt de singulis drach. j. Secundus error est circa dosim mellis : ponderant enim aloem cum aliis speciebus, & ad illorum omnium proportionem ponũt mel, cùm tantùm debeat poni ad proportionem aliarum specierum sine aloe. Tertius error est : quia multi dum mel est bulliens imponunt species cum aloe, itaque species vruntur, aloe conglobatur, & fit compositio valde deformis. Ego verò vltra correctionem, eam hoc modo qui sequitur, vigoraui, & inueni eam pulchram & optimam.

R. Absinthij m. j. squinanthi, aristol. rot.ana vnc.s.rosarum rub.drac.vj.cubebarum, carpobalsami, cass. ligneæ ana. drac.ij.seminis sileris montani drach. vj. aquæ lib. vj. Contusis contundendis, & incisis incidendis,coquantur ad cõsumptionem duarũ partium, postea coletur. Colaturæ addantur mellis libr. ij. & iterum lento igni coquantur sine fumo &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

flamma, continuè despumando, donec acquirant formam syrupi bene cocti: remoueãtur ab igne, & permittantur infrigidari, semper cum baculo mouendo nemoreo: & post refrigerationem addantur pulueres infrascripti. ℞. Mastichis, asari, spicæ nardi, croci, cinnamomi electi, xylobalsami ana drac. vj. aloes hepatici drach. 100. trita & cribellata conficiantur cum syrupo suprascripto, & reponantur in vase interius vitreato. Est enim excellentissima.

De Apostematosa dispositione Ventriculi.
Caput VII.

VNguentum ad apostematosam dispositionem ventriculi, & ventris, & ad dispositionem hydropis, cum dolore hepatis, splenis, renum, pulmonis, duorũ laterum, vesicæ, matricis, omnium denique membrorum, item ad sputum sanguinis & pleuresin, prius tamen factis debitis euacuationibus. ℞. Terebinthinę, bdellij, thuris, ammoniaci, cordumeni, fructus myrti, florum labruscæ, tortellarum de seni, amomi, spicæ, mastichis, croci, myrrhæ ana drac. ij. oleũ violarum & de sesamo ana drach. x. vini boni odoris q. s. ad infundendum. Liquefac ceræ q. s. cũ duobus oleis, bulliãt

&

& liquefiat thus, bdellium, & ammoniacum in vino prædicto terendo. Cùm ergo cera est liquefacta, misce ammoniacum, bdellium, & thus liquefacta seu dissoluta cum oleis & cera, & bulliant parum simul: remoue ab igne, & impone alias medicinas puluerizatas, diu agitando: ac fiat vnguentum, quo vngantur loca prædicta, in quib. est mala dispositio, apostematosa durities, aut dolor, vt suprà

Aliud ad apostematosam dispositionem Stomachi. R. Styracis liquidæ vnc. ij. bdellij subalbidi mollis vnc. j. salis Indi drach. ij. squinanthi, cymini, menthæ, absinthij, cardamomi ana drach. j. s. emplastri de mucilaginibus simplicis, emplastri de meliloto secundum Mes. ana vnc. ij. s. puluerizatis subtilissimè puluerizandis, conficiantur in mortario cum vino rubeo boni odoris & aceto, & applicetur calidum stomacho.

Ceratum de hyssopo, descriptione Philagrij, resoluit omnes durities stomachi, hepatis, splenis, matricisque. Ceratum Alexandrinum à Mes. descriptum confortat stomachum & membra digestionis seu nutritionis, auferendo ab eis duritiem. Valet squinanthum & bi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bitum & cataplaſmatum. Matricaria re-
ſoluit apoſtemata ſtomachi & ſanguinē
congelatum in ipſo. Syrupus ex melle
& ſatureia, diſſoluit ſanguinem coagu-
latum in ſtomacho. Quando cum phleg-
mone ſtomachi abundat humiditas ſa-
liualis appone ceratum roſaceum vnà
cum floribus labruſcæ, meliloto, & roſis
ſiccis, addendo parum terebinthinæ adu-
ſtæ, acaciæ, & aluminis humidi non
leuis.

De Vomitu. *Cap.* VIII.

IN vomitu, qui fit propter humores acutos in ſtomacho genitos, ſicut eſt cholera praſſina, quæ in ipſo ſtomacho generatur, exhibeantur abſterſiua, ſicut aqua hordei multum cocti, cum pul. ſacchari & melle roſa. confortando poſtea ſtomachum ad intra & ad extra cum alteratione intemperiei. Porus, per quem, hepar choleram citrinam in ſtomachum euomit, in aliquibus eſt duarum partiū, in aliquibus verò vnius. Quibus ergo pars ſuperior latior eſt inferiore, illi euomunt choleram citrinam, vt ait Galenus in 2. de Temperamentis. Cura huius eſt, abſtergere primò, & educere per vomitum, quod effuſum eſt ad ſtomachum: deinde applicare ſtomacho

empla

emplaſtrum ex duabus partibus olibani, & tertia ſandarachæ cum albo oui calidè: ſedat enim vomitum cholericum & dyſenteriam. Quando effunditur humor melancholicus ad ſtomachum, mundifica & rectifica ſplenem, & appone ſuper ſtomacho alumen, vitriolum, & æs vſtum cum melle confecta. Exhibe decoctionē calamenthi, epithymi, vel vtriuſq; cum melle. Ceratum Andromachi de nouem rebus confortans ſtomachum frigidum recipientem ſuperfluitates.

Quando fit vomitus à malitia digeſtionis, & debilitate retentiuæ, rectificetur primò digeſtionis malitia, cum his quæ dicta ſunt loco ſuo. Debilitas verò retentiuæ, curatur cum confortantibus eam, ſicuti cum vnctione ſtomachi ex oleo myrtino, & ſimilibus calidis ante cibum, ſpargendo puluerem maſtichis & myrti poſt vnctionem ſuper ipſum ſtomachum: aut da decoctionem abſinthij in potu, cum modico vini citoniorum, vel coque cum abſinthio centauream, thymum, aut myrtum.

Emplaſtrum optimum ad ſedandum Vomitum. R. Abſinthij, menthæ viridium ana. m.j. cruſtæ panis aſſatæ & in aceto infuſæ libr. s. diacitonitis de melle vncias ij.

maſtichis vnc.s. caryophyllorum, macis ana drac. ij. puluerizatis puluerizandis, piſtentur omnia ſimul fortiſſimè cum debita quantitate olei citoniorum, fiatq́; emplaſtrum, & calidum applicetur ſtomacho ante cibum. Aut vngatur ſtomachus ante cibum cum oleo citoniorum, abſinthij, & menthæ calidorum, aſpergendo deſuper poſt vnctionem puluerem maſtichis, caryophyllorũ, & macis. Gummi arborum ceraſorum bibitum cũ vino faſtidium nauſeantis auertit. Hipp. epiſtola 2. Mulier corde patiebatur, & in ſucco granatorum farinam ordei miſcuit & ſolo hoc cibo contenta non vltra euomuit, cùm nauſealis eſſet, & corde doloroſa. Farina enim ordei humorẽ mordicantem exiccauit: ſuccus autem granatorum roborauit ventrem, vt ipſum humorem in tunicis ſtomachi exiſtentem, expellere poſſet.

Ad vomitum Sanguinis.

R. Acaciæ, ſeminis roſarum, balauſtiorum, gallarum, terræ ſigillatæ, ſeminis iuſquiami albi, opij, gummi Arabici ana, confice cum ſucco plantaginis vel burſæ paſtoris, da ſcrup. ij. cum aceto multum miſto cum aqua plantaginis.

Item Serpylli drac. iiij. cum aceto ſedãt eum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

eum, vt ait Serapio. Considerandum interim est à quo membro defluat, & illud est rectificandum.

Ad subuersionem Stomachi, vomitum & dysenteriam. R. Sueci granatorum acetos. quassatis nucleis libr. iij. succi menthæ, mellis puri optimi ana lib. j. coquantur in vase figuli, mouendo frequenter cum baculo, donec debitam formam syrupi bene cocti recipiant, da cochlear ante cibum. Decoctio medullæ ossium cerasorum, curat nauseam, & expellit superfluitates à stomacho. Piper album mundificat stomachum & ventrem. Syrupi de berberis & de myrto sunt optimi. Vide electuarium suprà inter confortantia stomachum descriptum.

De attritione Stomachi ex conuersione cibi in phlegma. *Cap.* IX.

GAlenus ponit hunc casum in libr. suarum Prognosticationũ, qui contigit filio Regis. Dicentibus aliis medicis esse principium febris (Incurrebat enim statim à cibo assumpto in lentissimum frigus, cum maxima contractione pulsus, & coarctatione anhelitus.) Galenus non esse principium febris asseruit. Rogante autem patiente, quid esset, respondit: Consueuit stomachus tuus

conteri

conteri à cibo aſſumpto conuerſo in phlegma ante excretionem. Petiit patiens quid agendum eſſet. Reſpondit: ſi eſſet alius, exhiberem vinum cum pipere. Sed in vobis principibus & regibus, ſecuriſſimis auxiliis conſueuerunt vti medici. Sufficit ergo nardino vnguento lanã intingere, & ori ventris applicare, pedibus calefactis. Recedentibus medicis Pitholaus vinum Sabinum attulit, piper immiſit, pedibus calefactis, appoſita lana in oleo nardino infuſa calida ſuper os ventris, bibit æger, & ſtatim ſanatus eſt.

Mihi licet ſim nunc ſenio confectus, ſolùm bis in vita mea caſus iſte innotuit. Primò fui vocatus ad caſtrum Burgari Maſini pro domino Stephano, ex nobilibus eiuſdem caſtri, qui ſtatim cùm acceſſi, dixit mihi: Ego non vos vocaui, vt ſperem ſanitatem recuperare, ſed ne videar omnino vitã negligere. Vnus enim auunculus meus ex tali ægritudine dies clauſit extremos. Ego dans ei bonam ſpem ſalutis, volui ſuæ cœnæ intereſſe, vt omnia accidentia poſſem perpendere. Statim cùm cœnaſſet totus frigidus vt glacies factus eſt, pulſus omnino contractus, ita vt vix ſentiretur, cum tanta

anguſtia,

angustia, frequentia, & compressione anhelitus, vt statim præfocari videretur: perseuerauit in eisdem symptomatibus spatio trium vel quatuor horarũ, deinde paulatim remissa sunt omnia. Ego verò memor loci allegati Galeno dixi: Estote bono animo, spero enim, Deo fauente, vos liberare ab hoc morbo. Mane sequẽti feci pedes cum pannis calidis fricare, & fricationibus fortibus calefacere, deinde lanã succidã carminatã decenter in oleo nardino calido infundere, & super stomachum applicare, superponendo pannos calidos: deinde dedi ei drac. j. piperis puluerizati inuoluti in hostia vel nebula madefacta in vino: postea dedi eidem circa tres vnc. boni vini calidi, feci voluere piper in hostiam, vt euitaret ardorem eius, quem fecisset in gutture: & illinc ad horam feci eum cibare. Testis sit mihi Deus, quòd nunquam postea minimam partem sensit illius passionis, cùm iam plus quàm per mensem ea ordinariè post omnem cibationem infestaretur. Secundò cùm essem vocatus pro magnifica domina Collaterala ex comitissis Plozaschi, habebat pedisse quam simili passione laborantem, quæ eisdem remediis fuit statim sanata.

LIBER XII. DE AFFECTIbus Hepatis & Lienis.

De temperie medicinarum Hepatis, & earum differentia. Cap. I.

MEdicinarum hepatis quædam sunt calidæ, quædam frigidæ, quædã æqualitati propinquæ. Frigidę sunt endiuia, & omnes eius species, lupuli, plãtago, fumus terræ, & consimiles. Calidæ sunt illæ, quæ fortiter sunt diureticæ, asarum, cassia lignea, aristol. rotunda & longa, rubea, iris, fistici, agaricum, petroselinum, polium, scilla, epithymum, centaurea, gentiana, syrupus acetosus de melle cum radicibus, & consimilia. Æqualitati vicinę sunt lupini, aqua endiuiæ, acetum & mel scilliticum, asparagi, radix lilij, lacca. Dantur autem cum aqua endiuiæ cum vino albo paucifero, cum aqua lupulorum, & syrupo acetoso secundum ordines suos. Similiter omnia quæ prouocant cum infrigidatione, sicut rhabarbarum, absinthium, licet in eis sit caliditas quædã, decoctio absinthij propriè cum aqua endiuiæ, radix absinthij, eupatorium, amygdalæ amaræ, & succi fœniculi, & absinthij cum syrupo acetoso melino

fortium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſortium ſeminum. Medicamenta compoſita ſunt trochiſci de lacca, de abſinthio, dialacca, diacurcuma, & propriè diacalamenthum. Item ſpicę Rom. partes iij. abſinthij p.j. cum melle deſpumato: fac electuarium in forma opiatæ. Agaricum cum ſucco eupatorij & ſyrupo de abſinthio. Succus eupatorij, pilulæ ſtomachicæ & de ſerapino. Emplaſtra verò ex polio, farina lupinorum cum ſeminibus diureticis, fœnogræco, ammoniaco, abſinthio, chamædry, maſtiche, croco, nardino oleo & cera.

Qualia debent eſſe medicamenta Hepatis. Cap. II.

MEdicamenta hepatis debent eſſe aperitiua, cum amaritudine, & ſtipticitate, confortantia, & odorifera, quibus confortetur ſubſtantia hepatis: ſicut cinnamomum, myrrha, & ſummitates ſquinanthi. Debent eſſe abſterſiua, mundificatiua, & in quibus ſit lenificatio, & maturatio, cum ſtipticitate, & confortatione: ſicut crocus, ſauina, paſſulæ, & quæ ſunt velocis penetrationis, ſicut vinum odoriferum, mediocre: calido exiſtente hepate. Præterea quando medicina ad has proprietates prædictas

habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

habet suauitatem, est amica hepatis, sicut ficus, passulæ, auellanæ. Mel non confert nisi in temperie frigida. Dulcia conueniunt hepati, & ipsum impinguant, verùm hepar oppilant, quia ea trahit laboriosè, associando ea humoribus aliis. Hac de causa qui patitur hepatis tumorem, dulcia relinquat, quia sunt crassioris substantiæ. Fistici sunt iuuatiui, propter suam aromaticitatem, stipticitatem & confortationem, verùm sunt calidi. Auellanæ omnibus temperaturis conueniunt, hepar lupi, & caro limaciarum à proprietate. In temperie mala calida hepatis non exhibeantur humectantia, mollificantia, aquosa, neque infrigidantia crassa. Dentur infrigidantia, quæ abstergant, penetrantia, aperientia, stiptica, non multum confortantia, & in aqua hordei hæc omnia aggregantur. Indiuia hortulana & campestris est vltima in hac intentione, licet sit frigida: habet tamen partes calidas, quibus aperitiua est, & non calefactiua, & in ea est stipticitas ęqualis, cõfortans sic, quòd non nocet hepati frigido. Berberi & tamarindi proprietate iuuant. Quando adest oppilatio hepatis, adde apium, & petroselinum cum saccharo. Pilosella in vino albo paucifero infusa,

ſa, vel aqua diſtillationis eius, aqua cuſcutæ, ſummitates ſquinanthi, ſuccus eupatorij, & lacca aperiunt omnes oppilationes. In eadem intemperie calida hepatis trochiſci de ſpodio, de berberis, de camphura conferunt: item aqua granatorũ, ſuccus cucurbitæ aſſatæ, & lac vaccinum extracto butyro, melior tamen eſt aqua lactis. Aqua pomorum & pyrorum, ſuccus roſarum, aqua lactucæ cum ſyrupo acetoſo, & ſemen endiuiæ. Localia verò, portulaca contuſa cum aqua roſacea & camphura cum ſucco ſolatri. Vnguentum ſandalinum eſt optimum ad vngendum regionem hepatis.

Aliud. R. Sandal. alb. & rub. caryophyllorum, ambarum violarũ ana drach. iij. roſarum rub. drach. j. croci abluti g. vij. s. abſinthij, camphuræ, ana drach. s. olei de ſalicibus, ceræ q. s. fiat linimentum, quod extendatur ſuper folio cucurbitæ, vel acetoſæ, vel ſide, & applicetur ſuper regionem hepatis frigidum. Aliquando fiunt emplaſtra cum ſucco cucurbitæ, & cucumeris cum ſauich, vel farina hordei, & lentium, cum oleo roſaceo, & ſandalis.

Epithema bonum.

R. Aquarum ſolatri, endiuiæ, hepati-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cæ,acetosæ, absinthij ana vnc.iij. specierum diarhodon,trium sandalorum, spodij ana drach.s. croci scrup.j.aceti drach. j.misce,& fiat epithema. Cibi in intemperie hepatis calida, aqua hordei, olera suprascripta,ordeum,passulæ acetosæ, aqua lactis acetosi,granata muza, caro limaciarum, citonia, agresta,aqua granatorum etiam ante & post cibum, melones: vuæ durę, paucæ dulcedinis,muzæ: lactuca, portulaca, cucurbita, spinachia, lentes cum aceto & sine, pisces parui aquarum fluuialium, & carnes laudabiles. Vinum sit subtile declinans ad albedinem: quòd si esset album,ponticum, pauciferum conuenientius esset.In mala temperie hepatis frigida, syrupus de absinthio, acetosus de melle cum radicibus, de eupatorio. Trochisci de absinthio sunt vehementis iuuamenti,dialacca,diacucurma,& similia.In syncope verò quæ eis accidit, exhibeatur diacostũ, gingiber conditum cum aqua apij, trochisci de costo, de lacca, de eupatorio, asarum cum vino, decoctio asari & absinthij.

Decoctio optima ad intemperiem hepatis frigidam. R. Seminis fœniculi,anisi,apij, mastichis an. drach.ij. corticum rad.apij, & fœni

& fœniculi ana drach.x.eupatorij,absinthij Romani ana drach.vij.laccæ, calami aromatici, costi, vtriusque aristolochiæ ana drach. iij. summitatum squinanthi drach. iiij. coquantur in lib. iij. aquæ ad consumptionem medietatis. exhibeatur omni mane vnc.s.

Localia.Emplastrum de calcade,emplastrum stomachicum,emplastrum de meliloto,emplastrum factum ex costo,myrrha,spica,acoro,fœnogræco,& similib.

Aliud. R. Berberorum, meliloti,spicæ, mastichis, rad.lilij cœlestis, rosarum ana. confice cum oleo mastichino, coquẽdo simul cum eo, & fiat emplastrum, quod tepidum applicetur.

Malagma ad affectiones hepatis valde chronicas, & spleneticas, etiam si fuerint valde pallidi, & febrientes cum duritie hypochondrij. R. Caricarum pinguium, ablato vmbilico, & multum de granis interioribus, ceræ albæ ana drach. decem, myrobalanorum lib. j. nitri marini lib. s. aluminis scissilis drach. x. bdellij, ammoniaci ana vnc. j. fœnigræci, cardamomi, nasturtij,origani,ana vnc.s.olei irini q.s.resoluantur bdellium & ammoniacũ in vino albo,terendo cum ficubus siccis,& liquefiat cera cum oleo irino:deinde con-

tund

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tundantur omnia in mortario cum pistello nemoreo, & applicetur super regione hepatis. Si autem sit intemperies cum materia, tunc debent euacuationes præcedere vniuersales, & oppilationes aperiri, postea intemperies alterari, vt dictum est in cæteris.

De tumoribus hepatis, oppilatione & duritie. Cap. III.

IN tumore calido hepatis, adest dolor fortis in hypochondrio dextro, parua tussis sicca, color linguæ rubens à principio, postea niger, sine appetitu cibi, sitis intensa, vomitus choleræ æruginosæ, vel vitellinæ, febris acuta, ducens quandoque ad secundam speciem hecticæ. Tumor qui est in concauo, generat ablationem appetitus, abominationem, vomitum, & sitim. Qui verò est in gibbo, producit difficultatem anhelitus, tussim, dolorem vsque ad furculas. Facta ventris lenitione, si expediat, fiat phlebotomia de basilica eiusdẽ lateris, scilicet dextri, vel de saluatella. Quòd si sit multa repletio, fiat primò sectio basilicæ, secundò verò saluatellæ dextræ partis. Postea festina ad repercutiẽtia tradita in cap. præcedenti, & applica super hepar. Sed ne hepar propter repercutientia ducatur ad

scirrhum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſcirrhum, debemus permiſcere cum eis ſubtiliantia, & reſoluentia, ſicut abſinthium, ſpicam Celticam, ſquinanthum, cyperum, expreſſionem myrobalanorũ, citonia in ceratis aut emplaſtris, chondrum & apium. In proceſſu, ſpicam nardi, aſarum, phu, meum, & petroſelinum.

Quando tumor eſt in concauo, adhibe mercurialem, vrticam, polypodiũ, & epithymum. Debent quoque exhiberi ea quæ per ventrem educunt: ſicut quando tumor, vel oppilatio eſt in gibbo, ſunt exhibenda purgantia per vrinam. Galen. 8. de Compoſit. per loca inquit: Cataplaſmes hepaticos malis citoniis cum farina hordei, & fœnogræco coctis, vel cum ſemine lini trito, vel alphitis in vino coctis, vel ipſo ſemine lini crudo, vel cocto in vino dulci, vel crudo miſto cum melle, vel cum radice capparis cocta cum melicrato, vel cum farina cocta cum ficubus, vel cum myrobalanis coctis cum vino, vel cum cerato facto ex dactylis: ſummè enim confert ad phlegmones hepatis, & maximè quibus ſtomachus compatitur, & coſtæ ſunt tenſæ. Cùm verò humor eſt frigidus, mediatè aggredienda eſt curatio. Oppilationes enim hepatis aut ſunt ex humoribus craſſis, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

viſcidis, aut multis: ex quibus etiam tumores frigidi generantur. Quando ſunt multi, eorum euacuatio præcedente cõcoctione eſt adminiſtranda. Quando ſunt craſſi, danda ſunt attenuantia: quãdo viſcidi, incidentia & abſtergentia. In curatione igitur earum incipiendum eſt à leuioribus. Facta ventris lenitione, exhibeatur ſyrupus de duabus radicibus cum aceto, & ſyrupus de endiuia cum aquis endiuiæ, cichoreæ, abſinthij, lupulorum, fœniculi, eupatorij, vel ſimilium. Deinde exiſtente oppilatione à multitudine, exhibeatur infuſio rhabarbari, & agarici in aquis endiuiæ & apij prius bullitis, & poſt horas duodecim facta forti expreſſione, in ea diſſoluatur mannæ granatæ orientalis, ſi habeatur, ſin minus, noſtratis vnc.ij. & hoc pro diuitibus & delicatis. Pro aliis verò diacatholiconis, caſſiæ pinguedinis nuper extractæ, & à granis mundatæ ana vnc. s. Si oppilationes ſint à cholera craſſa: pone drac.ij. diaphœniconis, vel electuarij roſ. Meſ. vel diaprunis ſolutiui, plus minus ſecundum patientis tolerantiam. Aut quoduis aliud ſolutiuum adde, quod reſpiciat materiam peccantem. Cùm verò aliquis eget infuſione, & abhorret

medi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

medicinas bibere, docebo te rem nouam à me expertam & repertam. Accipe infusionem quæ steterit tempore debito, & fac fortem expressionem: colaturam eius pone in vase argenteo super ignem leuem sine fumo & flamma: & quia in circumferentia citius exiccatur, quàm in centro, tene cochlearium in manu tua, & reduc continuè illud quod incrassatur à circumferentia ad centrum, donec totum sit incrassatū pro bolo, vel pilulis faciendis. Si exhibes in pilulis, adde cum eo vnc. s. pilularum aggregatiuarum: si verò in bolo, da cassiam nuper extractam, secundum proportionem, addendo de electuariis solutiuis suprascriptis: quale & quantum conuenit. Hoc reperies vtile valde: sicut ego pluries sum expertus. Sed animaduerte, quòd in diaphœnicone seplasiarij cõmuniter duos cõmittunt errores. Vnum circa dosim scammoneæ: quia non debent ponere nisi drach. xij. & ponunt drach. xxij. Secundùm in dosi mellis. nam plus mellis quàm conueniat, addunt. In tota enim compositione quam facit Mesues, sufficit libra vna, & drach. decem, vel ad summum lib. ij mellis. Præmissis vniuersalibus, secundum exigentiam exhibēda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſunt ea quæ oppilationes exobſtruunt. materias viſcidas incîdunt, craſſas attenuant & reſoluunt. Verùm in reſolutionibus duo ſunt conſideranda. Primùm ne reſoluentia ſint nimis debilia: quia in raritate materiali augmentum faciunt, & ipſius locum augmentant, ita quòd ad reſolutionem non perueniet: quare oppilationem augebit. Secundùm, ne fortiſſima ſint reſoluentia: quia reſoluitur ſubtile, craſſum verò relinquitur, & ſcirrhum generat.

Rifodea Andromachi ad Hepaticos, & ea quæ in thorace ſunt. R. carnium paſſularum vnc. xxv. croci drach. j. calami aromatici drach. ij. bdellij Iudaici drach. ij. s. cinnamomi electi drac. j. caſſiæ drach. s. ſpicæ drac. iij. ſquinanthi drach. ij. s. myrrhæ drac. iiij. terebinthinę drac. iiij. lineaturæ aſpalathi drac. ij. mellis drac. xvj. vinum q. s. Quidam miſcuerunt opium, ad calidas dyſcraſias, & vtile fuit. Philonium exhibitum quandoque ſanauit mirabiliter hepaticam dyſcraſiam. Agnus caſtus aperit oppilationes hepatis & ſplenis pluſquam ſemẽ rutæ. ex Galeni ſexto de Simplicib. Cuſcuta abſtergit, fortificat, & aperit oppilationes hepatis, ſplenis, renum, & fellis, mundificat venas paruas

& ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& magnas ab humoribus craſſis & bilio-
ſis, fortificat ſtomachum & hepar, & con-
fert icteritiæ. Decoctio corticum fiſtico-
rum mundificat canales hepatis & pul-
monis, & roborat ventriculum. Succus
fumiterræ exiccat, & in trochiſcos reda-
ctus cum aqua endiuiæ bibitus, aperit
oppilationes hepatis, & dolores ſedat.
Hepar equi in ſcrinio cedri repoſitum
cum vino bibitum, vlcera hepatis curat.
Confert etiam hepar lupi cum vino bi-
bitum. Succus maluæ cum melle bibitus
confert hepaticis. Idem præſtant violæ.
Succus pentaphylli acceptus vitia hepa-
tis & pulmonis emendat. Pulueris ex
cortice arboris lauri g.xij. cum vino ſum
pta conferũt hepaticis. Piper hepar mun-
dificat. hypericon aperit oppilationes he
patis & eum mundificat. Mentha aqua-
tica, dicta balſamita vel ſiſymbrium, va-
let contra oppilationes hepatis, ſplenis,
& vrinalium viarum, in vino cocta & bi-
bita, & cataplaſmata. Item polium mon-
tanum & piloſella omnium viſcerum a-
periunt oppilationes. Decoctio lupino-
rum cum ruta & pipere aperit oppilatio-
nem hepatis & ſplenis. Oleum de fiſti-
cis, & oleum de granis pini, impinguant
hepar, & ſedant dolores eius. Idem fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ciunt oleum laurinum & irinum, quando sunt à frigiditate. Gentiana hepaticos & stomachicos sumpta iuuat.

Mearchi confectio laudata ad hepaticos. R. Cinnamomi, cassiæ ligneæ ana drach. iiij. croci, costi, carpobalsami, nardi, hyperici, liquiritiæ ana drach. viij. mellis q. s. da quantitatem auellanæ pro vice per horas duas ante prandium.

Risodea ad hepaticos, tusses & expuitiones. R. Croci, cinnamomi ana drac. j. myrrhæ drach. ij. bdellij drach. iiij. aspalati scrup. j. & g. iiij. squinanthi, calami aromatici ana drach. ij. nardi, cassiæ ana drach. j. resinæ abietis drach. vj. carnium passularum drach. centum & lx. mellis vnc. ix. vini cani q. s. ad infundendum passulas. Bdellium, myrrham, & terebinthinam, colliqua cum melle, & omnia debitè permiscens repone, & vtere.

Electuarium optimum ad dolores hepatis, splenis & stomachi, ad ventositates & oppilationes in eis, ad malitiam digestionis, eructuationes, descensum rheumatis à capite, & alia multa mala symptomata, quod composui pro magnifico domino Hieronymo domino Vicinoui, qui (Deo nobis fauente) est sanatus, quum iam multis annis illis malis dispositionibus laborasset.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

℞. Radicum molliorum hederæ nemoreæ, rad. ſcolopendriæ & tamariſci, cort. rad. capparorum, cort. rad. fœniculi, petroſelini, apij, polypodij quercini, ana vnc. j. paſſularum de Corintho vnc. ij. corticum myrobalan. citrinorum, kebulorum, & emblicorum ana vnc. iij. radic. enulæ campanæ, radic. ariſtol. rot. cort. fiſticorum, ana drach. vj. cuſcutæ, piloſellæ, eupatorij, abſinthij, ana m. s. Contuſis myrobalanis cum paſſulis & aliis contundendis per ſe, coquantur ſecundum artem in lib. vj. aquæ ad conſumptionem duarum partium, poſtea colentur cum bona expreſſione, & colaturæ addantur mellis puri lib. ij. vini albi optimi lib. j. s. & iterum lento igni ſuper prunas coquantur ſine fumo & flamma: donec debitam formam ſyrupi bene cocti recipiant, poſtea addantur pulueres infraſcripti. ℞. Aſari. cinnamomi electi, ſpicæ nardi, caſſiæ ligneæ, ameos, rhabarbari electi, ſileris montani, cubebarum, cuſcutæ, myrrhæ, maſtichis, caryophyllorum, carpobalſami, cardamomi, ligni aloes, acori, calami aromatici, aniſi ana drachm. ij. radic. enulæ campanæ, cor. rad. capparorum, eupatorij, xylobalſami, ſeminis endiuiæ

ana drach.iij cum dimidio, ſpodij drach. j.s. trita & cribellata conficiantur cum ſyrupo ſuprà ſcripto, & fiat electuarium in forma opiatæ, de quo capiatur omni mane quantitas auellanæ pro vice, per duas vel tres horas ante prandium, inuoluendo in nebula vel hoſtia madefacta in vino claro, deglutiendo ex eo vino ſtatim quantum capit os vnica vice.

Electuarium de rhabarbaro confortans hepar magna cōfortatione, & eſt nimis expertum.

R. Ariſtol. rot. ligni aloes, ſpicæ nardi, folij, roſarum rubearum ana drac.x. rhabarbari electi drach.xx. trita & cribellata conficiantur cum ſyrupo facto ex melle & decoctione eupatorij inuicem coctis, continuè deſpumando, donec debitam formam ſyrupi bene cocti recipiant, & ſit conſumpta decoctio, & fiat electuarium in forma opiatę. Doſis eius ſit quantitas auellanæ pro vice, per duas vel tres horas ante prandium: inuoluendo in nebula madefacta in vino, bibendo ſtatim poſt de decoctione folij & caryophyllorum, quantum capit os vnica vice, & eſt optimum in confortatione hepatis, & omnium membrorum interiorum.

Aliud confortans Hepar magna confortatione, & eſt mirabile in intemperie frigida & humida.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

humida. R. Rhabarbari, laccæ, caryophyllorum, ligni aloes, rubeæ, roſarum rub. ana, confice cum aqua decoctionis cortic. fiſticorum & eupatorij.

Folia & ſemen plantaginis aperiunt oppilationes hepatis, ſplenis, & renum, & mundificant ea. Idem præſtat ſemen aſparagi. Gal. 6. de Simp. cap. 56. Rubea tinctorum mundificat hepar & ſplenem, aperiendo eorum oppilationes. Item piper album mundificat hepar.

Ad Hepar & canales eius, & ad extenuandum pingues. R. Ariſtol. rot. laccæ, rhabarbari, ſpicæ nardi ana drach. iij. trita & cribellata conficiantur cum melle: doſis eſt drach. iij.

Ad duritiem Hepatis & Splenis. R. ſucci apij lib. s. apij puluerizati vnc. s. aceti lib. s. ol. vnc. j. ſerapini drach. ij. ammoniaci puluerizati drach. iij. Maneant ſimul per noctem, mane coquantur ad medietatem: deinde appone pulueris acori q. s. & vnge.

Emplaſtrum Oribaſij ſcriptum à Meſ. reſoluens omnia apoſtemata hepatis & ſplenis, & ceratũ de hyſſopo, deſcriptione Philagrij, reſoluit omnia apoſtemata dura hepatis, ſplenis, ſtomachi & matricis

Ad tumorem ſeu apoſtema in Hepate, du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ritiem splenis, aquam citrinam, dolorem stomachi, renum & icteritiam. R. Spicæ nardi, cort. cassiæ ligneæ, ana drach.ij. seminis fœniculi drac.iij. piperis, sem.apij, acori, ireos, andacochæ, xylobalsami ana vnc. s.cort. radic. capparorum drac.v.passularum enucleatarum à granis suis drach.x. terantur passulæ, donec fiant sicut medulla, & tritis ac cribellatis aliis medicinis, confice cum melle despumato in forma opiatæ. Dosis est drach.iij. omni die cum aqua calamẽthi & oxymelle pauci aceti.

Ad duritiem Hepatis & Splenis difficulter resolubilem, ad hydropem, & colorem bonum. R. Croci, nardi, cassiæ ligneæ ana drach. ij. myrrhæ, cyperi, rad. cichoreæ ana drach.j. mellis despumati drach. xvj. Dosis est quantitas auellanæ.

Antidotus approbata ad schirrosas Hepatis dispositiones. R. Chamæpityos, sem. petroselini, seminis agni casti, gentianæ, fellis vrsi, sinapis, seminis cucumeris, arist. piperis, nardi, costi, seminis apij & erucę, polij, eupatorij ana drach.j. trita & cribellata cõficiantur cum melle, & detur quãtitas auellanæ cum vino mellis.

De fluxu Hepatico. Cap. IIII.

DIffert fluxus hepaticus ab intestinali sanguineo: Intestinalis exit cum

rasura, dolore, & punctura, continuè & paulatim. In hepatico verò quod exit, est æruginosum primò, deinde crassum, & sine dolore. Item hepaticus fit duorum vel trium dierum interuallo. 6. de Locis affect. cap. 1. Triplex autem est species digestionis in hepate. Prima est tarda digestio, Secunda quando hepar trahit, sed nō potest sanguificare id, quod à ventriculo traxit. Tertia est, quando cibus redditur semidigestus & non potest digestio compleri, vnde fiunt egestiones similes loturæ carnis: Galenus 8. de Composit. secundum loca.

Experimentum bonum ad fluxum ex debilitate Hepatis. R. Rosarum, ligni aloes, spicæ nardi, cinnamomi, berberis ana drac. ij. rhabarbari, laccę, caryophyllorum ana drach. s. confice cum aqua decoctionis rosarum. Dosis eius est drach. ij.

Aliud, quod valet ad fluxum & debilitatem membrorum causa frigiditatis. R. Cinnamomi, ligni aloes, caryophyllorum, carui, anisi, chamædryos, aristol. rot. acori ana drach. j. trita & cribellata conficiantur cum decoctione ligni aloes. Dosis eius est drach. j. pro vice.

Aliud expertißimum ad fluxum Hepaticum propter debilitatem membrorum, aperiens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

oppilationes, humores ſubtilians & hepar valde confortans, cui non eſt ſimile. R. Rhabarbari, ſpicæ nardi, aſari, chamæpityos, aniſi, caryophyllorũ, galangæ ana drach. iiij. roſarum rub. maioranæ, maſtichis, granorum balſami, phu, meu ana drach. j. ligni aloes, chamædryos, ſucci ſtœchados, ſquinanthi ana drach. j. s. trita & cribellata cõficiantur cum ſyrupo facto ex melle & decoctione ligni aloes, & ſpicæ nardi inuicem coctis ad cõſumptionem decoctionis. Detur de eo quantitas auellanæ pro vice.

Emplaſtrum Hepatis in fluxionibus Hepaticis, & in omnibus fluxibus excoriatiuis. R. Eupatorij m. j. macis, maſtichis ana vnc. s. ligni aloes vnc. ij. myrobalanorum emblicorum & kebulorum aſſatorum ana vnc. j. lapidis hæmatitis, boli Armeni, terræ ſigillatæ ana drach. vj. coriandrorum præparatorum vnc. j. s. ſpodij drach. ij. roſarum rub. vnc. j. farinæ hordei drach. ij. ſpecierum triaſandalorum ſine camphura vnc. s. ſcoriæ ferri præparatę drach. j. oleorum maſtichis, roſati, & myrtillorum ana q. s. ad impinguandum, & fiat emplaſtrum, quod applicetur in dextro hypochondrio.

Ad fluxum qui fit ex oppilatione me-

ſara

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

saraicarum, in quo egestiones sunt liquidæ, cineritiæ, priuatæ tincturę, & maioris quantitatis quàm sint assumpta, exhibeatur drach. j. specierum diacalamenthi, inuoluendo in nebula madefacta in vino albo, aut dissoluatur cum vino, & detur mane ante cibum per duas vel tres horas. Aut exhibe ex prædictis speciebus scrup. ij. & scrup. j. nucis moschatæ, puluerizando subtilissimè, inuoluendo vt suprà: facit enim penetrare cibum ad hepar, & curat fluxum prædictum, sicut sæpissimè expertus sum.

De tumoribus, duritiebus, apostematibus, & doloribus Splenis. Cap. v.

PVrgetur frequẽter humor melãcholicus & prouocetur vomitus post cibũ. Gal. in lib. curatiuo per sang. missionem, pręcipit spleneticos phlebotomari, dicens se magnum iuuamentũ inuenisse, etiam si vsque ad libram euacuetur (semper tamen virtutem considerando) quando mutatur color sanguinis à nigro ad rubeum, statim est sistendus.

Cinis vinaciarum cum oleo rosaceo, ruta & aceto, curat apostema calidum splenis. Ficus coctæ in melicrato cum absinthio contusæ, applicatæ, idem faciunt.

Ad resoluendam duritiem Splenis, quantuncunque

tuncunque magnam & antiquatam. R. Acori lib. j. summitatum tamarisci, corticum rad. fraxini, rad. scolopendriæ, corticum rad. capparorum ana vnc. ij, contusa macerentur in aceto per tres dies in vase cooperto: postea coquantur ad consumptionem medietatis, deinde colentur: colaturæ addantur mellis puri lib. ij, & iterum lento igni coquantur, vsque ad consumptionem aceti. De hoc oxymelle detur singulo mane cochlear vnum per duas vel tres horas ante prandium, superponendo hoc emplastrum.

R. Corticum rad. capparorum, rad. scolopendriæ & tamarisci. rad. cyclaminis ana vnc. s. foliorum hederæ m. s. serapini vnc. s. ammoniaci pulverizati vnc. j. contusa infundantur in aceto tantæ quantitatis, vt madefiant per noctem, mane coquantur ad medietatem: deinde addatur acori pulverizati q. s. ad debitam formã emplastri, & applicetur super regionem splenis superligando. Est singulare remedium, securum & expertum.

Aliud liquans Splenem. R. Frondium viridium sambuci & meliloti ana p. ij. s. aloes pinguis p. j. tere cum aceto, postea extende super panno, & appone.

Aliud. R. Fructuum tamarisci, carica-

rum

rum pinguium, ſinapis, corticum rad. capparorum ana. cõfice cũ aceto, & appone.

Aliud. R. Pulueris myrobalanorum vnc. j. ceræ, terebinthinæ ana vnc. iiij. aceti q. s. fiat linimentum, & ſuperponatur.

Ceratum Andromachi ad ſpleneticos, hydropicos, diſtenſionem hypochondriorum, iſchiadicos, & arthriticos. R. Ceræ, picis ana lib. s. arſenici, aluminis, calcis ana vnc. j. s. ol. q. s. fiat ceratum quod applicetur.

Ad Splenem durum. Vngatur primò cum oleo de capparibus calido, aut fomentetur cum abſinthio vel anetho cum rad. capparis in oleo decoctis: deinde applica hoc emplaſtrum. R. Ariſtol. rot. corticum rad. hederæ, ſinapis ana vnc. j. caricarum pinguium n°. xx. pulverizatis ſubtiliter puluerizandis & cribellatis, coquantur in oxymelle, & fiat emplaſtrum quod applicetur & dimittatur, donec ſit remota durities.

Aliud quando apoſtema eſt ſcirrhoſum. R. Radic. cort. capparorum vnc. ij. aceti vnc. vj. aquæ lib. j. contuſis radicibus coque vſque ad tertiam, da vnc. j. s. pro vice per interualla.

Emplaſtrum Oribaſij deſcriptũ à Meſ. & ceratũ de hyſſopo, deſcriptione Philagrij reſoluunt oẽs durities vt ſuprà. Folia

hederæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hederæ cocta super durum splenem cataplasmata, ipsum resoluunt. Oxymel de floribus & semine genistæ valet, sicut oxymel suprà scriptum. Folia hederæ coque in aceto, terens exprime, da parum de eo ad bibendum, delicatis cum aqua scolopendriæ vel tamarisci. Patiens verò antequam accipiat, deambulet, donec calefiat. Bryonia cum ficubus emplastrata omnem splenis duritiem tollit, & similiter peucedani radix. Agrimonia sumpta splenem consumit, succus centaurij minoris, vinum decoctionis rad. molliorũ hederæ bibitum, asarum, cardamomum cum aceto bibitum: & lacca in syrupis posita curat oppilationem splenis. Grana sex corymborum hederæ albæ cum oxymelle bibitæ, curant splenem.

Trochisci splenem tumidum liquantes.

R. Fructus tamarisci drach. iiij. piperis albi, ammoniaci, nardi ana drach. ij. quæ sicca sunt tere, & cribella. Ammoniacum verò in oxymelite scillitico dissolue, & fiant trochisci drachm. j. pondere: dentur drach. iij. cum oxymelite. Exhibere drac. iij. ammoniaci, curat splenẽ. Oleum laurinum, oleum de fraxino & vnguentum irinum curat splenem.

Potio ad Splenem. R. Scolopendriæ, grano-

granatorum balſami, ſummitatum tamariſci, rubeæ ana drachm. ij. confice cum melle,& da drach.iij.& ſtatim poſt bibat decoctionem infra ſcriptam. R. Acori drach.ij.aceti vnc.j.coquantur ad medietatem, poſtea colentur, & bibat colaturam,vt ſuprà.

Aliud ad Splenem expertum. R. Scolopẽdriæ,tamariſci,rad.capparorũ,ammoniaci ana confice cum melle deſpumato. Doſis eſt drac.iij.cum decoctione ariſtol.

Emplaſtrum reſoluens duritiem Splenis & ſcrophularum. R.Dragacanthi,florum camomillæ,picis liquidæ,ammoniaci, galbani,medullæ cruris vituli añ.q.s.Diſſoluatur galbanum & ammoniacũ in aceto antiquo,& liquefiat pix & medulla , miſtis omnibus ſimul fiat emplaſtrum,diligenter miſcendo.

Aliud. R.foliorum capparorũ,ammoniaci,galbani,capillorum Veneris, florũ camomillæ & meliloti ana.confice cum aceto,& appone. Vnguentum de artanita paruum, reſoluit ſplenem ſcirrhoſum. Item folia cetrach elixata cum aceto,bibita triginta diebus , ſiccant ſplenem : & vino addito appoſita idem faciunt.Idem operantur folia endiuiæ cũ hyſſopo ſicca ex vino bibita. Cataplaſma ex caule ſyl-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

uestri, aut fructu tamarisci cocto in aceto curat splenem. Cataplasma ex absinthio in oleo cocto, vel inunctio facta ex eius succo, ammoniaco, cera, ol. de capparibus, & aceto, curat duritiem splenis. Vinũ decoctionis corticis interioris fraxini bibitum splenem attenuat. Splenem vulpis vel hœdi liga super regionem splenis. Myrobalanum cum aceto liniens fac cerati spissitudinem, & appone. Succus absinthij cum puluere costi, & centaurium minus cataplasmatum iuuant. Radix capparis subtiliter trita, cocta in aceto, in petia inuoluta, spleni superapposita in vno die iuuat. Blactæ Byzantiæ potui datæ, splenem attenuant.

Ad resoluendum duritiẽ Splenis & hepatis.

R. Ammoniaci, bdellij, ireos, sepi vaccini ana drac. x. pyrethri, rad. capparis añ. drach. v. ficuum pinguium n°. v. opopanacis, galbani ana drach. j. piperis g. 150 ceræ, picis ana vnc. ij. s. aluminis iameni, sulphuris, myrrhæ ana drac. x. visci quercini, croci, aristol. longæ, amomi, cordumeni, ol. nardini ana drac. iij. terantur terenda, & cribellentur, liquefiat pix & cera cum sepo & oleo, & conficiantur cum aceto in mortario, terendo donec fiat vnum corpus, & applicetur super ligando.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

gando. Vinum decoctionis polij montani bibitum, curat oppilationes splenis, & dolores eius.

Aliud dissoluens Splenem durum. R. Ammoniaci drac. iiij. dissolue cũ succo chamæmeli aut anethi, aut in decoctione florum chamæmillæ, & misce cum eodẽ rad. capparis, & da drac. ij. cum decoctione carui ad bibendum. Viscus quercinus cum æquali põdere gummi pini & ceræ, cum modico calcis, siccat splenem. Idem facit oleum de been.

De icteritia citrina & aliis speciebus eius. Cap. VI.

AD *Icteritiam citrinam & extrahendam choleram.* R. Amygdalarum amararũ & dulcium, spodij, rosarum, absinthij, mastichis, anisi, spicæ, folij ana drac. iiij. seminis scariolæ drac. x. coriandri sylue stris drac. ix. aloes drac. vj. trita & cribellata conficiantur cum vino, & sit eius dosis drac. ij. singulo die, donec sanetur. Folia scolopendriæ, cum berbenæ radicibus, & succus foliorum pentaphylli cum vino bibita, sanant splenem & icteritiam. Coquantur ciceres rubei in aqua decoctionis radicum acori colata, & detur brodiũ patienti icteritiã. est enim summũ remediũ, quãdo est sine febre. Chamæmilla &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

chamępitys curãt icteriticos & hepaticos.

Ad aperiendum oppilationem quæ eſt inter fel & inteſtina, in qua ſunt egeſtiones albæ.

R. radicum rubeæ tinctorum drac. s. fiant pilulę tres cum ſucco limonum, quę exhibeantur poſt primum ſomnum.

Ad Icteritiam ex cauſa calida. R. Aquę lactis caprini coagulati cum tamarindis lib. j. s. ſucci endiuię lib. j. ſucci ſolatri vnc. iiij. aquæ abſinthij lib. s. berberorum, ſandalorum alb. aloes ſuccotrini ana vnc. j. rhabarbari electi, ſpodij, ſpicę ana drac. j. terantur terenda, & cribellentur, & omnia ſimul miſceantur in vaſe vitreo vel vitreato, & omni mane colentur vnciæ iiij. vel circa pro vice, & ſumatur cum vnc. j. s. iulep, vel mellis, roſ. ſeruando in loco frigido.

Ad icteritiam diffuſam per totum corpus.

R. Euphorbij, epithymi, aloes, ſulphuris ana tere, & da ſcrup. ij. inuoluendo in nebula, ſtatim pòſt bibendo aquam lactis: & eſt optimum, quando non eſt à cauſa calida. Galen. dat drach. ij. ſed propter euphorbium & ſulphur, tutius eſt à minori doſi inchoare. In libello de Icteritia inquit Galen. Ego purgo ictericos euphorbio, miſcens epithymum, aloem, ſemen petroſelini & dauci, & piper

piper album, & vt plurimum hoc ſolum ſufficit. Doſis eſt cochlearium vnum cum aqua mellis.

Trochiſci ad Ictericos & Hepaticos.

R. Amygdalarum amararum mundatarum drac.iiij. aniſi, abſinthij an̄. drac.ij. ſpicæ nardi, aſari ana drac.j. tere & cribella, & fac trochiſcos cū aqua: da drac.j. non febrientibus cum aqua mellis.

Ex Andromacho. In cortice colocynthidis pone vinum, & calefaciens da bibere. ſubducit enim ventrem: hoc etiam olibanum facit.

Aliud. R. Adianti ſcrup.ij. nardi ſcrup.j. & g.iiij. myrrhæ ſcrup.ij. abſinthij drac. j. confice cum vino dulci, da quantitatem auellanæ pro vice cum aqua. Succus praſſij tractus per nares purgat ictericos. Calamenthum curat ictericos, mundificans & purgans hepatis oppilationes. Expertum eſt ſumere de ſucco artamitæ drac.ij. vel iij. vel iiij. ſecundum patientis tolerantiam, cum oxymelite aut melicrato, & ſtatim ſe cooperire in lecto vt ſudet: reſoluit enim materiam icteritiæ in vaporē. Dare vnc.j. s. pro vice ſucci lapathi acuti radicū, in tribus diebus curat ictericum. Item rad. pæoniæ cum vino bibita, ſulphur cum ouo ſorbili, ariſtolochia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum aqua mellis bibita, & lacca curat icteritiam ab oppilatione. Folia cetrach, & folia hyssopi cum vino bibita. Asarum in syrupo positum curat ictericos ab oppilatione,& propriè eius infusio, tollitq; dolores intrinsecos. Asarũ in musto positum, ita vt cum eo bulliat, curat icteritiã, hydropem,& febrem antiquam, confortat renes & vesicam, & vinum illud bibitũ, tollit dolores intrinsecos. Alij ponunt asarum in musto per tres menses, deinde colant,& exhibent illud vinum in supradictis casibus, estq; mirabile.

De Icteritia nigra. *Cap.* VII.

TAmariscum coque in aceto,& da in potu: aut da decoctionem serpylli: aut drac.ij. vel iij. succi foliorum raphani ante balneum: aut decoctionem hyperici & adianti.

Ad Icteritiam nigram in corpore senili & extenuato. R. Aloes drac. vij. polypodij, carthami, epithymi ana vnc.ij. mastichis vnc.j. folij, cassiæ ligneæ, spicę ana drac.ij. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo despumato. Dosis est drac.j. cum vino, si non sit febris: educit enim melãcholiam,& est secretum magnum Gal.

Sternutatoria quædam infectionem Ictericorum mundificant, & bonum colorem

lorẽ inducunt, vt ſuccus praſſij exiccatus cum melle ſolutus, & naribus impoſitus.

Aliud. R. Elaterij quantitatem fabæ, diſſolue cum lacte mulieris, & in nares infunde. Aut trahatur per nares decoctio nigellæ, ſtante patiente in balneo. Aut odoret ſæpe nigellam in petia rara inuolutam.

De Hydropis ſpeciebus & ſignis. *Cap.* VIII.

NVnquam fit hydrops ſine vitio hepatis per ſe, vel per communitatem ex quinto de Locis affect. cap. 7. Signa hydropis quando fit ab hepate, ſunt: cum tuſſicula nihil ſpuentes, tumẽt pedes, parum egerunt, & cum anguſtia, circa ventrem ſunt apoſtemata non cõtinuè extra manantia, ſed quandoq; velut fugientia. Quando fit ex lumbis, & illis adeſt pedũ inflatio diuturna, ventris effuſio cum dolore & ventris tremore. Prognoſticum. Si caput & plantæ pedum, & volæ manuum frigidæ fuerint, venter verò & latera & mandibulæ caluerint, malum eſt. Bonum autem eſt, ægrum ex toto calere, & mollem ac ſuauem conuenienter eſſe. Si liuor admiſtus viridi vnguibus, digitiſque affuerit, mortem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aduenire non dubitabis. Sed si vngues non sint infecti, licet cætera membra infecta sint, spes salutis erit. Tres sunt species hydropis, hyposarca, ascites,& tympanites. In hyposarca afficiuntur omnia membra,& comprimendo digitis aliquam partem, remanet impressio digitorum in parte compressa, & hæc species carnosa dicitur. Alia est aquosa, & ascites dicitur, in qua tumet venter aquositate repletus, & arefiunt membra exteriora. Tertia species dicitur tympanites, quia venter tumidus digitis aut manu percussus, sonat ad modum tympani,& hæc est ventosa.

De curatione Hydropis. *Caput* IX.

VIdendum est primò in omni specie hydropis, an egeat vniuersali purgatione: tunc talis est administranda secundum exigentiam, ordinato debito victus regimine. Deinde facere oportet particulares euacuationes cum pilulis alephanginis, cum rhabarbaro & agarico trochiscato ante cœnam per horã, dando vnam pro vice: item per interualla dare vnc.s. hieræ de octo rebus, dissoluendo cum aqua absinthij per tres horas ante diem. Administranda sunt enemata resoluentia secundum exigentiam. Vngere

oportet

oportet ſtomachum & vẽtrem cum oleo ſpicæ, de abſinthio, & aliis appropriatis, adminiſtrando infraſcripta ſecundum exigentiam.

Electuarium quod ſæpiſsimè probaui, cum quo vidi etiam iſchiadicos eſſe ſanatos, quod Galen. compoſuit ad hydropiſin, apoſtema in hepate, ventoſitatem in ventre, maximè ex retentione menſtruorum. R. Eupatorij, ſpicæ nardi, corticum caſſiæ ligneæ, croci, ſeminis apij, ſeminis petroſelini, liquiritiæ, ſquinanthi, carpobalſami, rubeæ añ. drac. iiij. rhabarbari electi drac. iij. maſtichis, laccæ non operatæ, ſpodij roſarum rub. ariſt. rot. ana. aur. j. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, de quo detur ſingulo mane quantitas auellanę pro vice per duas horas ante cibum, inuoluendo in nebula vino madefacta. eſt medicina optima & experta, quam ſæpe probaui cum effectu mirabili.

Aliud ad Hydropem, aquam citrinam cum aſtrictione naturæ. R. ſpicæ nardi, ſpicæ Rom. ana vnc. s. agarici albi, ariſtol. amomi, croci, æris combuſti, epithymi, maſtichis, hyperici, chamædryos, coſti ana drac. iij. myrrhæ, cinnamomi, ſquinanthi, tithymalli ana drac. j. aloes vnc. j.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

fiat maſſa pilularum cum ſucco eupatorij. Detur drac.j. vel ſcrup.iiij.pro vice, vel drac.ij.cum vino.

Medicamentum expertum ad Hydropem, & craſſas ventoſitates, quod confortat ſtomachum debilem, & eſt ſicut bezoar ad has ægritudines.

R. Aniſi, iridis, laccæ, ſpicæ nardi, ligni aloes, caryophyllorum, agarici ana drach. iij. carui, harmel, fœniculi ana drach.ij ariſtol. vtriuſque, centaurij minoris, ſatureiæ, ameos, myrrhæ, origani ana vnc.s. maſtichis, roſarum ana vnc.j. rhabarbari electi, gentianæ ana drach.v. ſquinanthi, myrti ana drac.vj trita & cribellata conficiantur cum melle optimè deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ. Doſis eius eſt à drac.ij.ad drac.iij & eſt medicina nobilis ad præmiſſa.

Aliud medicamentum valde expertum, diſſoluens Inflationem. R. Iridis, ariſtol. agarici albi ana. confice cum ſyrupo facto ex decoctione carpobalſami & aſari cum melle inuicem coctis ad conſumptionem decoctionis, & fiat electuarium in forma opiatæ, de quo dentur drach. ij. pro vice cum decoctione fœniculi, vel aqua deſtillationis eius. Item dare drac. iij. ſucci radicum ebuli, purgat hydropicos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

dropicos, & non ſubuertit ſtomachum. Mezereon tritum & cribellatum confice cum melle, fac glutinis conſiſtentiam, & da cochlearium vnum cum vino mellis. Aſarum in muſto poſitum (vt in capite de Icteritia dictum eſt) eſt optimum: item radix ebuli elixata. Cachile ſeu ſoldanella, & eius ſuccus, exhibita educunt aquam citrinam: ſimiliter ſerapinum exhibitum. Syrupus factus cum ſucco rad. ireos & ſaccharo inuicem coctis ad debitam formam ſyrupi, dando ex eo vnc. j. vel vnc. j. s. in aurora, educit mirabiliter aquam citrinam hydropicorum. Carduus albus, & decoctio graminis data conueniunt. Si exhibeatur de ære vſto quãtitas fabæ, & de ſtercore columbino drach. j. cum vnc. iiij. vini in vna potione, eſt valde vtile. Vmbilicus Veneris cum oxymelle datus, ſingulare eſt remedium. Magnes pulueriƶatus, datus cum aqua mellis. Caro ericij comeſta, conuenit in hypoſarca. Myrrha in potu ſumpta, & ſuper ventrem emplaſtrata, valet ad aquam citrinam. Folia ebuli fomento adhibita, iuuant hydropicos. Vnguentum de arthanita maius, vngendo ex eo ventrem ab vmbilico infra, educit aquam citrinam.

Ceratum resoluens humiditates quæ sunt in profundo, & soluens scirrhos.

R. Ceræ, picis siccæ ana vnc.ij.aluminis iameni, sulphuris viui, nitri rubei ana vnc.s.terebinthinæ drach.j.s.olei antiqui vnc.iiij.aceti q.s.puluerizatis puluerizãdis, fiat ceratum secundum artem, quod applicetur.

Aliud ad spleneticos & hydropicos, soluens omnem duritiem, & exugens omnes materias quæ sunt in profundo.

R. Ceræ, resinæ pini, picis siccæ, baccarum lauri siccarum, nitri, ammoniaci, adipis vituli liquefactæ & colatę ana vnc. ij.fiat ceratum quod applicetur. Archigenes facit cataplasma ex stercore vaccino, & gregali, exiccato, & subtilissimè puluerizato, cocto cũ oxymelle & quarta parte sulphuris super ventrem: vel cum stercore capræ exiccato, vt suprà cum vrina pueri non corrupti.

Aliud. Semen rutæ agrestis (quod har mel vocant) tere cum adipe porci, & appone. Item emplastrum ex ficubus, ruta, & absinthio appositum confert.

Electuarium conueniens in hydrope, vrinam prouocans. R. Seminis cucumeris, amygdalarum dulcium, aristoloch. long. asari ana drach.j. confice cum syrupo facto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cto ex melle & decoctione rubeæ inuicem coctis.

Aliud etiam prouocans vrinam. R. Saliuncæ, ſeminis cucumeris, laccæ rubeæ ana. confice cum melle deſpumato, & da drach. iij.

Ad hydropem citò laxans tumores, inflationem diſſoluens, & vrinam prouocans. R. Turbith, agarici, fœniculi, aniſi ana drac. j. diagridij g. vij. radicis iridis, laccæ, ſpicæ nardi, rubeæ, phu, ana drac. s. trita & cribellata conficiantur cum ſyrupo facto ex melle & decoctione hyſſopi, ſatureiæ, & origani, & dentur drach. ij. vel circa pro vice.

Aliud mirabile ad hydropem, hepatis debilitatem, prouocans vrinam & menſtrua, laxans humores diuerſos.

R. Ariſtol. rot. laccæ, ſquinanthi marrubij, ana drach. iij. ligni aloes, roſarum rub. ana drach. iiij. agarici electi vnc. j. radicis iridis drach. x. trita & cribellata conficiantur cum melle optimè deſpumato, & detur de eo ſecundum qualitatem patientis, cum decoctione aſari & ſatureiæ.

Ad hydropem, icteritiam citrinam, & hepatis debilitatem.

R. Agarici, ireos, laccæ, ariſt. vtriuſque, ſucci ſtœchados, ſucci marrubij, olibani,

phu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

phu, chamædryos, chamæpityos, cinnamomi ana drach. ij. folij, caryophyllorũ ana drach. v. aniſi, rhabarbari, ana drach. iij. ligni aloes ad pondus omniũ. Trita & cribellata cõficiantur cũ melle optimo deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, de quo dentur drach. iij. pro vice.

Medicamentum cui non inuenitur ſimile ad hydropem & frigiditatem hepatis, prouocat vrinam fortiter, & generaliter nulla medicina eſt ei ſimilis in affectibus hepatis.

R. Radicis lilij cœleſtis, agarici, calami aromatici, laccæ, aſari, roſarum rubearum, ſpicæ nardi, cinnamomi electi, ligni aloes ana drach. j. eupatorij, nucleorum fiſticorum ana drach. j. s. aniſi, maſtichis ana drach. ij. trita & cribellata conficiantur cum ſyrupo facto ex melle & vino albo inuicem coctis, deſpumando. Doſis eſt drach. s. cum decoctione ireos & eupatorij, & eſt vltimum.

Perfecta decoctio curans hydropicos.

R. Ariſtol. vtriuſque, centaurij minor. ſquinanthi, chamædryos, laccæ, ligni aloes, roſarum rubearum ana drach. x. ſpicæ nardi, phu, meu, ſem. apij, aniſi, rad. ireos, rad. apij, fiſticorum, cubebarum, caryophyllorum, hyſſopi, marrubij, ſtœchados, cinnamomi ana vnc. s. ameos, myrrhæ

myrrhæ ana drach. v. costi drach. ij. aquæ lib. vj. coquantur vsq; ad cõsumptionem duarum tertiarum, postea colentur, & de colatura dentur drach. iiij. per quatuor horas ante cibum, cum drach. iiij. electuarij infrascripti. R. Aristol. rot. granorum iuniperi, centaurij ana dracg. ij. ligni aloes aur. j. spicę nardi drach. j. marrubij drach. iiij. trita & cribellata conficiantur cum q. s. decoctionis suprascriptæ in forma opiatæ, & detur vt suprá.

Electuarium Gassit curat hydropicos habentes complexionem corruptam, confortat hepar, & aperit oppilationes.

R. Eupatorij drach. xx. laccæ drach. x. ligni aloes drac. vj. caryophyllorum drac. ij. agarici drach. iij. mastichis drach. x. trita & cribellata conficiantur cum syrupo facto ex melle & decoctione agarici inuicem coctis. Dosis est quantitas auellanæ pro vice per quatuor horas ante prãdiũ, inuoluendo in nebula madefacta in vino: est enim excellens.

Electuarium de rhabarbaro, est ex melioribus medicinis, quas habuit Zeno, teste Galeno, valens ad hydropem & fluxibilitatem stomachi, confortans hepar. Zeno tenebat secretum.

R. Rhabarbari electi aur. xij. s. laccæ aur. ij. s. ligni aloes aur. iiij. s. cinnamomi

electi

electi aur. ij. & ſcrup.ij. ariſtol. vtriuſque ana aur.iiij fiſticorum aur.vj. s. ſquinanthi aur.x.aniſi, maioranæ, terræ ſigillatæ ana aur.ij.s.agarici, folij ana drach.j.eupatorij aur. iiij. ſpicæ nardi aur. ij. trium piperum, gingiberis ana aur.j. & ſcrup.j. ſtœchados, origani ana aur.j. & ſcrup.s. rad.ireos, rad.endiuiæ ana ſcrup.ij.& g. v.hyſſopi ſiccæ, maſtichis, croci an.ſcrup. ij. s. carpobalſami, xylobalſami ana aur. ij. & g.vj. conficiantur cum melle deſpumato. Doſis eſt drach.iij.vel drach.iiij.

Aliud quod abſumit humiditatem hydropicorum, ſuper ventrem poſitum.

R. Farinæ ſpeltæ, & panici ana vnc. ij. thuris pulverizati, floris lapidis aſij ana vnc. j. cum axungia porcina infuſa prius in vino, aggregentur ſimul, & applicetur.

Aliud quod dicitur Diabiſacia.

R. Seminis rutæ agreſtis vnc.ij.thuris minutiſſimi vnc.x.adipis porcini q.s.appone vt ſuprà.

Purgant aquam per ventrem hæc.

R. Elaterij, ſatureiæ, hyſſopi, fellis tauri ana, caricarum ad pondus omnium: miſta diligenter apponantur ſuper ventrem calidé. Emplaſtrum ex nitro & ficubus ſuper ventrem, aut ex carne limaciarum, aut ex ficubus, abſinthio, & farina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hordei inuicem coctis, super ventrem posita, faciunt detumescere hydropicum. Emplastrum relatum ad Aristarchum, quod describit Mesues. Vnguentum Agrippæ, vngendo ventrem ex oleo calido. Fiunt etiam vnctiones super stomachum & ventrem ex oleis menthæ, spicę, absinthij, chamæmillæ, de capparibus, & consimilibus, superponendo petiam calidam ante cibum.

LIBER XIII. DE AFFEctibus ventris & intestinorum.

De ruptura Siphac. Cap. I.

A*D rupturam Siphac, quando incipit tumor, & nondum descendit in scrotum.* R. Thuris bdellij, ammoniaci, aloes, sarcocollæ, acaciæ, glutinis ana aggregentur cum aceto forti, & liniatur super crepaturam subitò cùm sunt permista, superligando, vt superexiccetur. Resupinus iaceat, sobrius, cauendo à cibis ventosis.

Aliud. R. Mastichis, corticum thuris, nucum & foliorũ cupressi, myrrhę, sarcocollæ, glutinis piscis ana. dissolue gluten in aceto forti, & misce alia, & superliga,

Aliud. Muscum seu fursur lapidum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſuper rupturam emplaſtratum facit eam detumeſcere, & glutinat. Idem facit radix conſolidæ maioris appoſita. Herba dicta Trinitas, quæ habet tria folia punctis albis ſignata, pulueriʒata cum vino ſumpta, dimidij cochlearis quãtitate pro vice, mane per aliquot dies, curat rupturam. Idem facit pentaphyllon bibitum & cataplaſmatum. Herba craſſula, piloſella, folia caudæ equinæ, & ſuccus ac radix eius, radix burſæ paſtoris, ſigilli Salomonis, Valerianæ, herba hepatica, tam coniunctim quàm diuiſim pulueriʒatæ cum vino bibitæ mane, aut ſuperappoſitæ, ſunt mirabiles. Herba craſſula cum ſummitatibus ramorum oliuarum trita cum axungia, colando per cribrum, addendo thus & maſtichen, bulliendo cum vino albo, curat ramicem puerorum appoſita & ſuperligata. Gallæ cupreſſi conueniunt herniæ inteſtinali, abſumunt materias, quæ ſunt in profundo, exiccant, & mollibus robur addunt. Folia cicutæ torrefacta, trita & applicata ſanant in duodecim diebus. Bdellium diſſolutum cum ſaliua ieiuni, diſſoluit tumorem crepaturæ inteſtinalis. Pſyllium tritum in aqua infuſum, donec inſpiſſetur, ſuperemplaſtratum, & hypericon emplaſtratũ, idem

faciunt

faciunt. Tubera exiccata, puluerizata mista cum glutine piſcium diſſoluto in aceto, ſuperligata curant.

Aliud. R. Thuris, aloes, glutinis ana. diſſolue gluten in aceto forti, miſcendo alia, ſuperappone. Ceratum de pelle arietina inter reliqua obtinet principatum. Item puluis foliorum balſaminæ, mane ſumptus cum vino, eſt mirabilis, & oleũ foliorum eius vnctum. Puluis radic. herbæ Bonifaciæ, quæ dicitur herba pagana: (habet folia ſimilia linguæ, & aliud paruum folium ſimile folio buxi, in radice maioris folij apud tirſum, naſcitúrq; in montibus) ſi capiatur quantitate parui cochlearis cum vino à ieiuno, glutinat crepaturam, licet à principio videatur nocere. Decoctio capitis caprini cum pilis bibita, conſolidat ſciſſuram ſiphac, & omnium interiorum, dicit Iſaac 6. ſuæ Practicæ. & ſubdit: quòd pilulæ factæ ex pilis leporis, & melle cocto ad indurationem: item ſtercus leporis cum melle conditum, capiendo quantitatem fabæ omni die, ſine dubio conſolidat, & ſanat crepaturam.

De egreßione vmbilici. Cap. II.

*Q*Vando vmbilicus intumeſcit & egreditur. R. Aluminis ſciſſilis, ſeu

plumæ drach.v.tartari drach.vii.roſarum ſiccarum drach.x. gallæ immaturæ drac. ij.terantur cum vino, donec fiant ad modum mellis, & liniatur vmbilicus cum eis, & ſuperligetur ſpongia in aceto infuſa & expreſſa.

Aliud. Reſoluatur limatura plūbi in ſucco hypociſtidos,&ſuperliniatur, vt ſuprá.

Aliud. Comburantur lupini,& petiæ telæ lini, & cum vino ſtiptico diſſoluta ſtupa appoſita, ſuperligetur diligenter. Pſyllium tritum infundatur in aqua, donec inſpiſſetur, & ſuper ſtupis extenſum ſuperligetur, quia curat. Idem facit pſyllium cum pice miſtum & ſuperligatum.

De fluxu ventris. *Cap.* III.

OMnis fluxus ventris, aut eſt diarrhœa, aut lienteria, aut dyſenteria: De fluxibus autem hepaticis dictum eſt ſuprà, in paſſionibus hepatis. In lienteria aut exit cibus indigeſtus, abſque alterius rei humoralis admiſtione, & abſq; punctione & dolore, aut exit cum cibo indigeſto portio cibi vel humoris corrupti, purulenti, cum punctione & dolore.

In primo modo lienteriæ ſufficit confortare digeſtiuam ſtomachi cum ſtipticis ad intra & ad extra: quorũ multa ſunt dicta ſuprà de debilitate digeſtiuæ. Nux

quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quoq; moſchata, macis, diacidonites ante cibum ſumpta, ſunt optima. Inunctio ſtomachi cum calidis oleis maſticis, cidoniorum, menthæ, & huiuſmodi, ante cibum. Aut ſtomacho applicetur ceratum ex puro maſtiche, dãdo diacorallum aut diacidonitem de ſaccharo ante cibos, vel aromaticum roſatum. In principio ciborum puluis ex duabus partibus nucis moſchatæ, & tertia macis conuenit. Vtendum eſt cibis bonis ſtipticis, & vino puro, in modica tamen quãtitate. Cõfert puluis factus ex granis granati excuſſo vino, exiccatus & pulueriʒatus cũ gummi Arabico, & nuce moſchata, inuoluendo in nebula, & acceptus mane ante cibum. Quando autẽ in lienteria eſt punctio & dolor in ſtomacho & ventre, & ante cibum exit materia purulenta ſimul cum cibo indigeſto per fluxum, ſignum eſt quòd non eſt lienteria purè cibalis. Quapropter dicunt eſſe acerba exhibenda cum eorum cibis, ſicut agreſta, ſuccus granatorum, ribes, roſarum, vinum citoniorum, trochiſci de ſpodio, & conſimilia, adminiſtrando clyſteria lauatiua, dando etiam per os magnum hauſtum aquæ hordei multum cocti cum vnc. j. pulueris ſacchari, & vnc. j. mellis roſacei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cei calidis per horam ante cibum: hoc e-
nim punctionem tollit & dolorem, vn-
gendo stomachum & ventrem, vt suprà.

In diarrhœa verò seu fluxu humorali,
oportet à principio purgare humorem
peccantem, cum iis quæ post purgatio-
nem relinquunt vestigia stipticitatis in
membris. Magnus enim est error restrin
gere à principio. Si ergo sit diarrhœa
cholerica, incipere oportet à clysteriis,
& aliis lauatiuis, ac abstersiuis: deinde
exhibere infusionem rhabarbari & my-
robalanorum cum passulis, secundum
hanc formam. ℞. Rhabarbari electi
drach. ij. corticum myrobalanorum ci-
trinorum & kebulorum ana drachm. iij.
passularum de Corintho drach. vj. spicæ,
squinanthi ana scrup. s. incidatur minu-
tim rhabarbarum cum spica & squinan-
tho, & irroretur cum vino albo odori-
fero: myrobalani verò contundantur
cum passulis: postea infundantur omnia
simul in s. q. aquarum endiuiæ, & aceto-
sæ, per horas decem: mox fortiter expri-
mantur. In hac expressione dissoluatur
cassiæ pinguis, diacatholiconis ana vnc.
s. rhabarbari electi puluerizati subtiliter
scrup. ij. & detur in aurora. Animaduer-
tendum, quòd illud rhabarbarum, quod
ponitur

ponitur puluerizatum in expressione, debet noctu inuolui in modico syrupi de succo acetosæ, & mane cum expressione dissolui: nam hoc modo non petit fundum. Aliter bibendo reliqua, rhabarbarum remanet in fundo. Deinde est procedendum cum lauatiuis & abstersiuis, membra mittentia confortando, & prohibendo ne propter acuitatem humorum intestina lædantur: sicut cum puluere facto ex crystallo, margaritis, corallis, gummi Arabico, granis granatorum excusso vino exiccatis, cornu cerui vsto, macere, nuce mosc. semine plantaginis acetosæ, & huiusmodi, perseuerando in clysteriis lauatiuis, bibendo aquam hordei loco vini, quæ sit bene cocta. Confert etiam hordeum & farina eius in cibis, amylum cum lacte amygdalarum, & similia, vngendo stomachum & ventrem vt suprà. Exhibeantur syrupi digerentes, de succo acetosæ, de endiuia, de infusione rosarum siccarum, & miua citoniorum cum aquis plantaginis, acetosæ, endiuiæ. Post ipsos, si sit opus restrictione, detur decoctio myrobalanorum kebulorum, citrinorum, cum passulis contusis, simul coctis in aqua plantaginis, acetosæ, ad consum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ptionem duarum partium. In colatura dissoluatur rhabarbari torrefacti drach. i.vel circa,& vnc.s. sacchari rosacei antiqui,& bibatur in aurora. Quādo autem vis restringere,da drach.s.vel scrup.j. vel scrup.ij. philonij Persici, vel aureæ Alexandrinæ, per horas duas post cœnam. Applica super vētrem & stomachum emplastratum diaphœnicō,aut aliud ex his, quæ infrà dicentur, dando ante pastum diacidoniten de saccharo. Potes quoque facere misturam cordialem, cum conseruis rosarum, manus Christi, & foliis auri, vt suprà.

De Dysenteria & excoriatione.

Cap. IIII.

DYsenteria dicitur, quando diuersa cum egestione exeunt, vt dicit Gal. 2.de Locis affectis cap.5.Excoriatio verò est dolor abrasiuus, in superficie intrinseca intestinorum.Porrò illud abradens, aut est cholera,& terminus generationis vlceris, ex ea sunt duæ hebdomadæ:aut est materia baurachia, & terminus eius est mensis: aut est humor melancholicus,&eius terminus est quadraginta dierum, postquam incipit fluxus,antequam excoriationem faciat. Species excoriationis sunt sex, sanguinea, virulenta, saniosa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

niosa, curathia, mucosa, & corticalis. Medicinæ conuenientes in dysenteria & aliis speciebus fluxus, de quibus suprà, sunt hæc. Succus virgæ pastoris, sanat vlcera intestinorum, & fluxum sanguinis antiquum. Durum grani granati excusso vino exiccatum, pulverizatum, in cibis positum, curat dysenteriam. Radix filicis diarrhœas & dysenterias bibita curat, hypericon, pentaphyllon, cortices interiores glandium, & arboris glandium, curant vlcera intestinorum. Lentes etiam coctæ cum rad. rubi, addito oleo comedantur.

Aliud. Dimitte tria oua in aceto tribus diebus, & cum illis impasta similam, coque, infunde in vino, & da ad comedendum. Amylum tritum coque cum lacte amygdalarum, & cum pinguedine vituli, da cõmedere calidum: deinde bibat aquam hordei frigidam.

Aliud. Partem interiorem gallæ tere diligenter, permisce farinam, impasta cum albo oui, & fac paruos panes, coque, frange eos, infunde in vino, & da comedere. Margaritæ subtilissimè tritæ assumptæ curant fluxum sanguinis dysentericum, lientericum, & dyarrhœam. Vinum decoctionis sumach bibitũ idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

facit. Radix consolidæ maioris sanat fluxum dysentericum rubeum, coquendo in vino rubeo, & solidat vlcera intestinorum. Argumentum huius inde sumitur, si carnes recentes incidantur in frusta, & cum eis coquantur radices consolidæ maioris simul glutinantur. Cauda equina curat vlcera intestinorum subtilium. Flores hederæ puluerizati sumpti bis in die, pugilli quantitate pro vice, curant dysentericos. Clyster ex aqua lactis, curat vlcera intestinorum sanguinolenta. Succus foliorum vitis domesticæ, conuenit vlceribus intestinorum. Conueniunt etiam clysteria facta cum decoctione vinaciarum, pulueris sacchari, melle rosaceo & vitellis ouorum. Item clysteria facta ex lixiuio confecto ex cinere ramorum ficus, vel ex decoctione scabiosæ.

Conuenit etiam iterare decoctionem myrobalanorum in hunc modum. R. Corticum myrobalanorum, citrinorum, kebulorum ana drac. ij. passularum vnc. j. contundantur crasso modo, & decoquantur in vnc. vj. aquæ plantaginis ad cõsumptionem duarum partium: postea colentur, & in colatura dissoluatur rhabarbari electi torrefacti, puluerizati & irrorati cum modico vini albi vnc. s. spicæ

ex scrup. s. squinanthi scrup. ij. sacchari rosacei antiqui vnc. s. & fiat potio breuis, quæ in aurora sumatur.

Confert etiam multum puluis factus ex quatuor partibus cineris limaciarum combustarum cum suis corticibus, ex duabus partibus gallarum viridium, & vna piperis subtiliter trita, & super cibis aspersa: est enim medicina singularis, vlceribus intestinorum & vesicæ maximo iuuamento, & similiter sumpta in potu cum vino vel aqua.

Linimentum sedans dolorem Dysentericorum. R. Seminis iusquiami albi, opij ana drach. j. cupularum glandium, balaustiorum, acaciæ, hypocistidos, thuris, myrrhę ana drach. v. conficiantur cum succo iusquiami albi, aut succo corticum papaueris albi, vel cum decoctione ipsorum, & fiat linimentum, quo liniatur venter calidè ante cibum.

Confert etiam plurimum iterare per interualla drach. s. vel scrup. ij. aut scrup. j. (secundum patientis tolerantiam) philonij Persici per duas horas post cœnam: sedat enim dolores & fluxum.

Aliud. Coque citonia in oleo rosaceo cum cera, fac emplastrum, & applica. Item puluis balsaminę sumptus, curat vlcera

cera inteſtinorum. Spodium reſtringit ſanguinem, ſemina fluxũ ſtomachicum, pſyllium aſſatum & arnogloſſa tollunt puncturam: thus verò & eius cortex ad fluxum ſanguinis & vlcera inteſtinorum conferunt. Cornu cerui vſtum & ablutum curat vlcera inteſtinorum. Sanguis leporis frixus & comeſtus confert dyſenteriæ, ſolutioni antiquæ, & apoſtemati inteſtinorum. Clyſtere factum ex brodio pulli in aqua pluuiali, in qua diſſolutum ſit dragacanthum cum ſucco plantaginis, curat dyſenteriam. Duas partes olibani & tertiam ſandarachæ puluerizatorum ſume, confice cum albo oui conquaſſato & modico aceto, ſuper inferiorem ventrem appone calidum: nam curat dyſenteriam. Pſyllium ſedat dolores pungitiuos inteſtinorum, lenit aſperitatem vlcerum ipſorum, & abſcindit teneſmum. Doſis eius drach. ij. in aqua infuſi. Bibatur aqua infuſionis cum ſacchar o: nimia enim eius quantitas eſt venenoſa: eius tamẽ bezoar eſt mel bullitum in aqua decoctionis anethi. Radix acetoſæ conuenit raſuræ inteſtinorum. Amylum cum lacte amygdalarum, confert in dyſenteria & fluxu ſanguinis. Nucis moſchatæ vires vide ſuprà, de confortanti-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bus digestiuam stomachi.

Ad fluxum ventris, qui fit propter debilitatem retentiuæ. Confortat intestina, & membra interiora, constipando naturam. R. Rosarum rub. granorum myrti, sumach, boli Armeni ana q. s. cum succo plantaginis fiant pilulæ debitæ quantitatis. dentur drach. ij. vel circa, cum decoctione granatorum myrti. Gummi Arabicum stringit ventrem, & fortificat intestina. Decoctio foliorum oliuæ agrestis, & succus ex eis bibita, & emplastrum ex eis cum farina hordei, curant fluxum ventris. Decoctio radicis pæoniæ cum vino stringit ventrem. Oryza cocta donec dissoluatur vt puluis, conuenit si comedatur. Durum grani granati excusso vino exiccatum & puluerizatum super cibis aspersum, aut in potu sumptum, stomachi & ventris fluxum sistit. Radix filicis masculæ diarrhœas & dysenterias bibita iuuat. Decoctio corticum interiorum glandium cum cortice interiore arboris glandium bibita, curat fluxũ chronicum. Radix pẽtaphylli valde vtilis est. Hypocisthis stringit ventris fluxum fortissimum, & fluxum sanguinis sine mora reprimit. Hypericon ad diarrhœam & omnem fluxum ventris fortissimum est

remedium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

remedium, si ipsa herba cum vino bibatur, febre non existente, aut cum aqua, febre existente.

Puluis mirabilis ad fluxum ventris post purgationem. R. Lapidis hæmatitis, ossis de corde cerui, karabæ, coralliorum rub. psyllij assati ana scrup. j. cum succo plantaginis misce, & da cum vino antiquo.

Ad confortandum virtutem retentiuam. R. Gallarum, sumach, berberis ana aur. j. gũmi Arabici vsti, ligni aloes ana drac. j. rhabarbari drach. iij. confice cum decoctione sem. lapathi acuti & gr. myrti, & detur de eo cum decoctione cupressi. Optima cum ouo sorbili est agresta.

Ad fluxum chronicum, confortans stomachum & membra interiora, & auferens vomitum. R. Nucis cupressi, ligni aloes, tamarisci ana drach. iiij. rosarum rub. mastichis, laccæ, cinnamomi ana drach. ij. confice cum aqua decoctionis rubeæ & myrti, & da cum decoctione cupressi.

Ad Dysenteriam & fluxum muliebrem. R. Coral. scrup. ij. gummi Arabici g. xij. olibani scrup. j. & gr. iiij. confice cum albo oui, & exhibe medietatem cum aqua frigida.

Ad fluxum ventris, & vomitum immoderatum cum febre occulta, siti, & adustione vehementi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hementi. R. Citoniorum mundatorum coctorum cum aceto lib. j. gallæ, seminis myrti, sumach, granorum vuæ, acaciæ, myrrhæ, mastichis ana vnc. s. tortellarum de seni vnc. j. calami aromatici drach. j. trita & cribellata conficiantur cum oleo rosaceo, aqua & aceto, & liniatur ventriculus ex eis: est enim mirabile.

Ad fluxum ventris cum sputo sanguinis. R. Karabæ marini combusti, acaciæ ablutæ, gummi Arabici, spodij, rosarũ, erui seu pisorum ana drach. x. opij drach. j. mastichis drach. iij. coralliorum rub. drach. iiij. trita & cribellata conficiantur cum mucilagine seminis citoniorum, & fiant trochisci drach. j. pondere. Dosis sit vnius trochisci cum aqua frigida. Si seruentur per aliquot dies, sunt meliores.

Ad fluxum chronicum ex debilitate. R. Folij, spicæ nardi, nucis cupressi, rosarum rub. ana drach ij. confice cum aqua decoctionis ligni aloes. Dosis eius est drac. iij. cum decoctione rosarum. Emplastrũ diaphœnicon descriptione Alexandri valet ad fluxum ventris, vomitum, cholericam passionem, dysenteriam, & fluxum hepaticum, confortat stomachum ricipientem superfluitatem ab aliis membris, & omnia membra nutritionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Pinguedo capræ, farina tritici, & amylum, conferunt fluxui mordicatiuo, teste Gal. primo de Simp. Clysterizatio cum cera, ol. rosaceo, adipe & pinguedine cũ aqua hordei multum cocti, sanat dolores mordicatiuos in fluxu ventris, teste Gal. 2. de Simp. Decoctio rad. altheæ in clysteri, & etiam bibita, valet ad vlcera intestinorum. Radix filicis, & nenupharis, item portulaca ad vlcera intestinorum valent.

Quando fit à frigiditate, clysteriza cum ol. calidis, vt de ruta, & consimilibus oleis.

Quando cum fluxu ventris est tussis, conueniunt in vtroque myrtus & syrupus eius, gummi Arabicum, thus, mastiche, psyllium assatum, spodium, castaneæ, & auellanæ assatæ.

Ad fluxum Sanguinis superfluum, qui accidit propter syncopen & frigiditatem in hepate & corde ad debilitatem in stomacho, corruptionem in venis, solutionem & humectationem totius corporis, & mutationem coloris.

R. Costi, folij, caryophyllorum, calami aromatici ana vnc. ij. cassiæ ligneæ, salis Romani ana vnc. j. galliæ, florum rosarum, acaciæ, spodij, piperis, hyssopi, thuris masculi ana vnc. s. trita & cribellata confician-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

conficiantur cum rob citoniorum, & detur quãtitas nucis moſchatæ pro vice, cùm fuerit neceſſe, & eſt vltimum.

In fluxu ventris ſanguineo: vide ſi cũ raſura fuerit pinguedo. Raſura ſignificat eſſe in craſſis inteſtinis. Quòd ſi raſura cum ſanguine exierit, vide an vtraque miſta ſint, quia tunc ex ſuperioribus venit: ſi verò ſeparata, ex inferioribus ſit. Idem dicendum de ſanguine, ſicut de raſuris. Quando igitur raſura eſt in ſuperioribus inteſtinis, curatio debet fieri per ea, quæ per os adminiſtrantur. Quãdo autem eſt in inferioribus, curatio fit per clyſteria, 6. de Locis affect. cap. 1. Egeſtionum ſanguinearũ quatuor ſunt ſpecies, vna eſt puri ſanguinis, ſicut in his, qui excretionem ſeu euacuationem relinquunt conſuetam. Secunda eſt ſicut lotura carnis, quæ fit ex hepatis debilitate. Tertia eſt melancholicus ſanguis lucidus. Et hæ tres ſpecies ſunt cũ multa ſuperfluitate ſubitò. Quarta ſpecies paulatim effluit & rarò, aliquando purus ſanguis, aliquando ſicut ſanguiſugæ cũ ſanie miſtus, aut cum corticibus inteſtinorum, aliquando cum guttis ſanguineis. Cauſa huius ſunt inteſtinorum vulnera. Alia eſt ſpecies, quæ dicitur teneſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mus, propter vulnus inteſtini recti: ex tertio de cauſis Symptomat. cap.2.

Dolores mordaces in ventre per tempus ante exitum ramentorum, ſignificāt nocumentum eſſe in inteſtinis ſuperioribus,& tunc ſunt adminiſtranda ea,quę per os aſſumũtur. Cùm verò ſtatim moto dolore cogitur egerere,nocumentum eſt in inteſtinis inferioribus, & tunc cum clyſteriis operandum eſt, ex primo de Locis affect.cap. 4.

Polygonium curat dyſenteriam ſanguineam: item ſemen ferulæ,& conſolida maior in vino cocta. Quando accidit fluxus ventris infantibus tempore emiſſionis dentium,ſi paruus ſit fluxus,pręter victum nihil moliendum:ſi verò nimius ſit, embrocetur venter calidè cum decoctione antherę,cymini,roſarum,aniſi, ſem.apij,aut aliquorum ex ipſis. Appone ſuper ventrem emplaſtrum ex roſis, & cymino in aceto infuſis:aut ex ſpelta cocta in aceto. Aut da de coagulo leporis aut hœdi,g.xv.cum aqua frigida: verùm ea die non ſugat lac, ne coaguletur in ſtomacho,ſed nutriatur cum vitello oui, lacte amygdalino, & ſimilibus. Detur quantitas auellanæ de nuce contrita cum ſaccharo frixo.Grana vuarum paſſa-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rum valent iuuamento completo, & paruum clystere ex decoctione vinaciarum: Aut detur de hoc puluere cum lacte. R. Seminis papaueris albi, granorū myrti, thuris masculi, cyperi ana drac. s. fiat puluis, de quo detur vt suprá.

De dolore Ani, Tenesmo, solutione Ventris, & punctura facta debita purgatione.

Caput V.

REc. Myrrhæ, mastichis, thuris, croci ana drac. ij. trita & cribellata confice cum albo oui, vel cum mucilagine psyllij, & fiant suppositoria secundum formam paruarum glandium, ex quibus imponatur vnum pro vice, vnctum ex oleo rosaceo reiterando secundum exigentiam: quia valent mirabiliter.

Ad Tenesmum propter frigiditatē, maximè in pueris. R. Cymini, nasturtij ana drac. iij. trita & cribellata confice cum butyro vaccino veteri. aspergendo butyrū super ea paulatim, & detur de eo ad bibendum cum aqua frigida: anus verò fomentetur cum furfure calido.

Suffumigetur anus patientis tenesmum à causa frigida cum decoctione sauinæ in vino & aceto coctæ. Cortices & folia pini minoris cataplasmata curāt tenesmum, & nulla alia est melior me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

dicina. Cortex vtriusque pini super ano puluerizatus. Fumus ferruginis ignitæ candentis aceto aspersæ per anum receptus, curat tenesmũ. Suffumigium similiter ex sarcocolla cum emboto receptus per anum, & suffumigium ex colophonia valet ad tenesmum ex causa frigida. Puluis quoque ex ea & nasturtio aspersus super renes prius vnctos melle calido Gummi Arabicum glutinat intestinum, in quo est tenesmus, & rectificat medicinas laxatiuas. Clystere ex decoctione fœnigræci, curat tenesmum. Calefiat artemisia super lapidem, & sedeat super eam calidam. Suppositorium ex adipe hirci, sedat tenesmum & punctionem.

De exitu Intestini recti. Caput VI.

Rec. Scoriæ plumbi, sumach. ana vnc. s. florum rosarũ drac. ij. myrti drac. j. fiat puluis subtilissimus, qui aspergatur super, prius lauando cum vino austero.

Aliud. R. Gallæ omphacitidis, florũ mali granati siccorum, rubeæ tinctorum ana drac. j. plumbi vsti drac. j. s. lithargyrij drac. iiij. olibani drac. j. tere & asperge vt suprà.

Ad exitum Ani, seu intestini recti.

Abluatur cum vino extinctionis ferri, deinde aspergatur puluere ossium dactylorum

lorum combuſtorum, & intromittatur, quieſcendo paululum capite depreſſo.

Aliud. R. Fructuum tamariſci, gallarũ, ceruſſæ, acaciæ, hypociſtidos, corticum pini, thuris, myrrhæ ana. q.s. fiat puluis ſubtiliſſimus, qui ſuperaſpergatur vt ſuprá. Cornu cerui vſtum eſt optimum. Spõgia in aceto infuſa ſuperligata cõfert. Seſſio in decoctione gallarũ optima eſt.

Aliud. R. Corticum granatorum, roſarum, myrtillorum recentium, cupularum glandium, cornuum combuſtorum, aluminis plumæ, vngulæ caprarum, gallarum, balauſtiorum, hypociſtidos ana. cõtuſa coquantur in vino ſtiptico vſque ad diſſolutionem: poſtea colentur, & in colatura tepida ſedeat, ſtando per quartam partem horæ in ea, & in exitu ab ea aſpergatur ſubtiliſſimo puluere oſſium dactylorum combuſtorum vt ſuprà, & intromittatur inteſtinum, ponendo ſuper anum ſpongiam in aceto infuſam ſuper ligando, iacendo aliquantulum ſupinè: Aut poſt ſeſſionem prædictam aſperge inteſtinum, quod exiuit, ſubtiliſſimo puluere cornu cerui vſti, picis combuſtæ, thuris & maſtichis. Quòd ſi nõ facis ſeſſionem prædictam, prius fomenta cum aqua & aceto: deinde aſperge puluerem

desuper,& tange anum cum apostolicone ad ignem calefacto:statim enim intestinum reducetur. Anagallis, cuius flos est cœlestis, curat exitum ani. Suppositorium de lana infusum in succo porrorũ, ablatis foliis, calidum impositum, remouendo quando infrigidatur, ter aut quater iteratum, est experimentum tutò curans. De aliis Ani ægritudinibus, quia huc non pertinent, inferius dicetur.

De torsionibus ventris ex ventositate.

Cap. VII.

AD torsiones ventris, exhibe in potu radic. arist. cum vino calidã. Coque flores chamæmillæ & meliloti in brodio caponis, da ad bibendum calidè: aut exhibe cymini torre facti cochlearia duo cum vino calida. Pulegium cum calamẽtho & castoreo sedat inflationes & torsiones ventris. Idem facit cardamomum, prouocando vrinam & menstrua.

Aliud. Baccas lauri siccas, excorticatas, terens da bibere cochlearia nouem: est enim cochlearium, ni fallor, pondus seu mensura drac. vj. Aut da serpyllum cũ vino, aut decoctionem sampsuci, vel radicis eryngij, vel spicæ, cum vino. Rosmarinus bibitus aufert torsiones ventris. Baccæ lauri, & folia eius cum pipere

conferunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

conferunt torsionibus ventris bibita: similiter grana iuniperi. Verùm nihil melius est, quàm apponere clysteria educentia materias facientes torsiones,& resoluentia ventositates. Exhibere similiter drac.j.s. hieræ de octo rebus rectificata, vt suprà in libro de ægritudinibus stomachi, cum aqua absinthij. Electuarium de baccis lauri, aut diacyminum, & similia conferunt, vngendo ventrem cum oleo anethi, rutæ, absque spica & huiusmodi.

De his quæ leniunt ventrem exterius. *Cap.* VIII.

HÆc solent administrari pro his, qui abhorrēt medicinas sumere per os. In qua re vnica & communis erit intētio, præparare scilicet pharmacum delectabile, quantum est possibile: dummodo virtus custodiatur, ne ratione delectationis dissoluatur: ex quarto de reg. Sanit.in fine.Misce fel tauri,aloem, & sal gemmæ cum oleo,& vnge orificium ani intus & extra. Radix cyclaminis trita super vmbilicum applicata, soluit ventrem.

Aliud. R.Elaterij,hyssopi,staphisagrię, fellis tauri ana.p.æquales, ficus siccas ad quantitatē omniū.Pistētur omnia simul.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& applicentur ſuper vmbilicum & infrà. Coque rad. cucumeris aſinini in vino decoctionis ficuum ſiccarum, & radicis altheæ, tere omnia ſimul, & appone vt ſuprà. Item R. Fellis tauri, nitri ana partẽ vnam, piperis partem s. permiſce cum melle, & appone ſuper ventrem ſpacio mediæ horæ, hoc etiam hydropicis confert. Clyſteria ex puro oleo purgãt ſenes, & omnes ventrem ſtipticum habentes. ex 5. reg. Sanitatis. Vnguentum de artamita magnum à Meſ. deſcriptum, ſi ex eo vngatur vmbilicus vſque ad pectinem, ſoluit ventrem ſolutione catartici. Similiter ſi ex eo vngatur ventriculus, prouocat vomitum, & eiicit vermes. Suppoſitorium ex felle taurino, colocynthide & melle optimum eſt. Malua & Mercurialis coctæ in brodio, & comeſtæ, aut earum brodium bibitum ante cibum, leniunt ventrem.

Vnguentum aliud ſoluens. R. Ellebori albi & nigri, hermodactylorum, bryoniæ, eſulæ, iuſquiami, acori, ſucci ſemperuiui, colocynthidis, aloes ana. fac vnguentum cum ſucco bryoniæ. Cùm volueris ventrem ſoluere, vnge eo plantas pedum: cùm autem vomitum volueris prouocare, vnge volas manuum

Quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quòd si rursus volueris restringere, laua partes, aut vnge cum vnguēto marciato. Item medietatem testæ nucis imple butyro, & liga super vmbilicum, & laxabitur venter sufficienter. Sauinam bullitam in aqua tere cum axungia porci, & fac vnguentum, vel sola decoctione sabinæ foue vmbilicum. Fel taurinum super vmbilicum ligatum, soluit ventrem. Si infans sit constipatus, teratur stercus muris, & parum de eo in vmbilicum immittatur. Aut frica orificium ani eius cum paruo digito, oleo aut saliua intincto: aut impone paruam candelam ceream oleo inunctam, & modico sale aspersam: aut fiant parua clysteria cum puluere sacchari, melle rosaceo, vitello oui & drac. ij cass. nouiter extractæ cū brodio carniū.

De Colica paßione. *Cap.* IX.

A Principio, siue sit à ventositate, siue à materia crassa phlegmatica, siue à retentione fæcum, confert operari cum clysteriis primò lenientibus, cum aliquali carminatione ventositatis, maximè in ea in qua fæces retinentur, ponendo pinguedines anatis & gallinæ, & olea leniētia anodyna, sicut amygdalarum dulcium, de lilio, chamæmillæ, anethi, & huiusmodi, cum brodio carnium, vel deco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ctione communi, cum floribus chamæmillæ, & anethi, in fine decoctionis ponẽdo pulucrem sacchari, mel rosaceum, cassiam nuper extractam, & diacatholicon: Successiue deinde fortiora misceantur, hiera, electuarium Indum, benedicta simplex & similia. Quando adest multa ventositas, conferet electuariũ de baccis lauri, cum decoctione calamenthi, origani, parietaria, senetionis, cymini, anisi, fœniculi, carui, ameos, fœnogræci, seminis lini, & similibus, addẽdo flores chamæm. & meliloti in fine decoctionis. Perseuerandum est autem cum clysteriis, donec via inferius sit aperta, vt fæces exeant: tunc exhibe aliquid ad euacuandum, vt hieram de octo rebus rectificatam, vt suprà in libro de ægritudinibus stomachi, cum aqua absinthij, dando vnc.j.s. in aurora: aut diacatholiconis cum cass. & electuario Indo maiori vnc.ij. vel iij. vel iiij. secundum exigentiam.

Ad Colicam ex crassis humoribus, & dolorem membrorum interiorum. ℞. Agarici vnc.s. radic. ireos, aristol. rot. hyssopi, mastichis, squinanthi, carpobalsami, anisi, ana drac.s. turbith ad pondus omnium. Trita & cribellata conficiantur cum decoctione agarici: da drachm.iij. vel

circa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

circa cum aqua calida virtualiter & actualiter. Decoctio autem agarici sic fit. R. Radic. squinanthi, folij, cyperi, agarici, aristol. vtriusque, radic. apij, ana drach. vj. Coquantur ad consumptionem duarum partium super ignem leuem.

Ad dolores fortes. R. Cymini, assæ fœtidæ, carui, aristoloch. chamæmil. coronæ regiæ, absinthij, agarici, ana drach. x. trium piperum, opij, ana drach. j. croci, carpobalsami, squinanthi, cinnamomi, ana drach. ij. asari, gentianæ, ana aur. j. trita & cribellata conficiantur cum syrupo facto ex melle & decoctione squinãthi, & coronæ regiæ, chamæm. & anisi inuicem coctis. Da cum decoctione anisi drach. ij. vel vsque ad iiij. secundum patientis tolerantiam.

Medicamentum citò soluens ventrem, & ventositatem dissoluens. R. Mastichis, anisi, gingiberis ana drach. j. turbith optimi drach. ij. confice cum melle despumato. Dosis est drach. ij.

Aliud consimile expertũ. R. Turbith, agarici ana drac. j. anisi, masticis, ana drac. j. s. confice cum melle. Dosis est drac. iij.

Ceratum solutiuum ventris in colica.

R. Coccignidij excorticati, contriti q. vis, cõfice cum cera, & appone ventri. Ius

galli

galli antiqui, deplumati, viui, deinde verberati, in cuius ventre ponatur polypodium, ſena, ſem. carthami, daucus, anethum, ſal gemmæ, cocti deinde in olla magna plena aqua, & poſt conſumptionē medietatis, ponatur in olla minore, & ſic ſucceſſiuè: donec remaneant ſolùm lib. ij vel iij. De hac decoctione da lib. j. s. ad bibendum calidè, aut libr. j. ad minus, per duas horas ante cibum. De reſiduo conſice clyſteres. Educit enim fæces ſi retinentur, reſoluit ventoſitatem, & ſedat dolorem. In forti dolore da drach. s. vel ſcrup. ij. vel drac. j. philonij Romani per horas duas poſt cœnam, inuoluendo in hoſtia madefacta in vino. Aut pone in ſuppoſitorio parum opij cum ſucco lactucæ diſſoluti. Conuenit multum decoctio chamæmillæ in brodio caponis, bibendo magnum hauſtum per horam ante paſtum. Patiens colicam ſuſcitet canem dormientem, & mingat in loco vbi dormiebat canis, ipſe iuuabitur, & canis lædetur. Quod etſi ſit, Galeno tamen videtur ſuperſticioſum. Galanga valet ad colicam ventoſam, & frangit omnem ventoſitatem. Cornu cerui bibitum, ſtatim ſedat dolorem. Cataplaſma ex ſauina, curat iliacam. Oleum laurinum de

enula,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

enula, de ruta, de carthamo, de kerua, vtilia ſunt tam dolori colico quàm iliacæ, & dolori ſtomachi à phlegmate viſcido.

Ad colicam, vomitum, ileon, & dolorem ſtomachi. R. Myrobalanorum citrinorum & Indorum, maſtichis, aniſi, ameos, ſeminis apij, corticum caſſiæ, medullæ ſeminis carthami ana drach. j. ſalis Indi drach. s. fiat maſſa pilularum cum ſucco foliorum citri, vel aqua eius, addendo aloes hepatici ad pondus omnium. Eius doſis eſt drach. ij. cum aqua calida, & valet ad colicam ventoſam, dolores dorſi, indigeſtionem, & lenit ventrem, educendo humores crudos. Colica quæ augetur à medicinis calidis, & à ieiunio, & in qua dolor eſt mordax, fit à materia impacta in ſubſtantia inteſtini coli, & exhibitione hieræ picræ ſanatur: ex primo de locis affect. cap. iiij. Infirmus cibis temperatis vtatur. Cui verò cibaria facilis digeſtionis nocent, cum dolore mordaci in ventre, & eius egeſtiones ſunt corruptæ, dentur ei cibaria ſolidiora ſtiptica. Gale. loco allegato.

Electuarium quod dicitur Euadens, valet ad dolores colicos & chronicos confeſtim, & eſt Galeni. R. Spicæ nardi aur. xvj. myrrhæ, opij, laccæ, opopanacis, olibani, caſto-

rei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rei ana drach.vij.galbani drach.vj.masti-
chis,aur.v.folij aur.vj.piperis longi aur.
ij.croci aur.vj. squinanthi aur. ix.ameos,
cinnamomi ana aur. iiij. scordij aur. ij.
bdellij aur.j.radic.ireos, agarici ana aur.
xvj. trita & cribellata conficiantur cum
melle optimo despumato,& fiat electua-
riũ in forma opiatæ, quod reponatur in
vase vitreato. Vsus eius sit post sex mẽses,
sicut aliarũ medicinarũ, in quibus est o-
pium. Dosis drach.j.vel drach.j.s.ad plus.

Electuarium Zaccaron, quod est commune colicæ & lapidi, quando est ambiguitas, quis illorum sit, valet contra ventositatem & colicam, frangit lapidem, & laxat ventrem.

R. Turbith, acori ana drach.vj,cymi-
ni,carui ana aur.j. agarici,rad.ireos, ari-
stol.ana aur. vj.origani, hyssopi ana aur.
iij.squinanthi,mastichis ana drach.j.trita
& cribellata confice cum melle optimo
despumato. Dosis est quasi auellana. Ego
verò do drach.s.& plurimum confert.

Aliud Asclepiadis ad passiones colicas & ventositates. R. Cymini drach.vj.seminis
apij drach. v. dauci drach. ij. piperis albi
drach.j.tere,& da drach.j.

Aliud. R. Seminis rutæ agrestis, se-
seleos ana drach. viij. petroselini sylue-
stris drach.iij.piperis albi drach.ij.tere,&
da vt

da vt ſuprá. Mentha cataplaſmata confert. Herba ſerpentina, quæ habet folia ad ſimilitudinem ſalicis foliorum ab vna parte piloſa, quæ oritur in pratis ſuper montes, puluerizata, bibita cum vino albo, medij cochlearij quantitate purgat ſubitò colicam. Chamæmilla malaxata cum melle data, curat dolorem ventris, & renum, & prouocat vrinam. Calcaneũ porci dictum aſtragalum combure, tere, & exhibe cum aqua in potu. Fel tauri infunde in ſuppoſitorium, aut in ſapone, & impone.

Ad iliacos, colicos, dyſentericos, ſpleneticos, cibum vomentes, ventoſitates & interiores diſpoſitiones

℞. Seminis apij, & aniſi ana drach. vj. abſinthij drach. iiij. piperis, myrrhæ ana drac. ij. cinnamomi drac. vj. opij, caſtorei, ana drac. ij. trochiſcos cũ aqua. Da colicis & cibum vomentibus drac. s. vel ſcrup. ij. vel drac. j. cum aqua, iliacis & dyſentericis cum decoctione myrtillorum, ſpleneticis cum oxymelle calido, teſte Galeno 9. de Compo. per loca: anodynorum colicorum primum eſt philonium Tharſenſe, ſiue doleat colō, ſiue doleat hepar, ſiue dyſenteriam patiatur, ſiue lapidem, ſiue pleureſim, ſiue ſputum ſanguinis, ſiue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſiue catarrhum. Spolium ſerpentis in va-
ſe æreo frica, donec comburatur, & vn-
ge cum digito anum interius. Exhibere
drach. j. calami aromatici cum drach. j.
theriacæ cum vino albo, curat colicam
ſubitó. Sint cibi eorum boni nutrimenti,
& potus paucæ quantitatis.

De cholerica paßione. Cap. X.

QVando ſentitur punctio in ſtoma-
cho, & triſtitia, cum abominatio-
ne, ex indigeſtione corruptarum mate-
rierum, quæ mouentur, vt expellantur à
corpore, per ſeceſſum, aut per vomitum,
aut per vtrunque, tunc curandum eſt, vt
materiæ illæ per vomitum expellantur,
non quidem cum oleo oliuarum, & a-
qua calida, quia laxaretur ſtomachus, &
debilitaretur, ſed exhibeatur aqua mellis
calida frequenter, quandiu durauerit vo
mitus. Quòd ſi vomitus ſit ſolus, & ni-
hil per ſeceſſum expellatur, prouocetur
ventris ſolutio cum leuibus, ſicut cum
ſuppoſitoriis & clyſteriis, aut dare man-
nam cum rhabarbaro, & ſimilibus. Si au-
tem videris, quòd non ex cibi indigeſti
corruptione proueniat, ſed ex cholera, o-
portet infrigidare ad intra & ad extra,
dando aquam hordei in bona quantitate
cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum puluere ſacchari, & melle roſ. ana vnc.j. Quòd ſi ſuperfluat vomitus, ponatur ventoſa magna ſuper ſtomachũ ſine inciſione: demùm vnge ſtomachum cum ſandalis, roſis, camphura, cum ſucco granatorũ, & poſtea appone album oui conquaſſatum cum vnc.s. olibani, & drach.ij. ſandarachæ calidè: Exhibeatur per os ſuccus granatorum & citoniorum. Aqua roſacea calefacta confortat ſtomachum, & prohibet ægritudines. Frequẽtetur exhibitio medicinarum adſtringentium ex ſuccis prædictis, maximè in corporibus cholericis. Confert ſyrupus factus ex ſucco granatorum cocto, in quo dum coquitur, infundantur rami menthæ viridis, & coquatur donec inſpiſſetur, remouendo mentham. Detur de eo, quoniam optimum eſt medicamentum.

Quando verò pulſus minoratur: da aquam carnis aſſatæ, quæ perforetur, & exprimatur, & ſuccus qui exit, eſt optimus, amouendo pinguedinem, ponendo in eo de vino granatorum, vel citoniorum. Quòd ſi vis facere optimam aquam carnis, accipe caponem iuuenem, aut gallinam, aut quatuor vel ſex pullos, amoue ab eis pellem, collum, & tibias, & omnia viſcera, vnà cum pinguedine, &

post ablutionem cum aqua, laua cum vino albo, & pone in olla interius vitreata: cooperiatur olla cooperculo nemoreo bene mundo, obturetur cum pasta, ne vllo modo respiret: pone ollam super carbones, ponendo lapidem, aut aliud ponderosum, quod comprimat cooperculum, & adde paulatim prunas circa ollam, vt non sit ignis fortis, sed remissus. Post duas horas aperi ollam, & reperies bonam quantitatem aquæ aurei coloris, quam colabis per stamineam laneam, super qua sit parum cinnamomi pistati, vt eius capiat odorem. Adde si videatur, parum vini granatorum, vel citoniorum. Hæc est vera aqua carnis. Conuenit panem infundere in vino veteri odorifero, fiat salsamentum cum vino citoniorum cocto cum saccharo ad formam syrupi bene cocti, qui coletur per stamineã cum cinnamomo, vt suprà. & est res vtilis ac delectabilis valde. Plurimi distillant carnes per alembicum, aut per balneum Mariæ, & ponunt cum carnibus fragmenta lapidũm pretiosorum, & folia auri, sed illud est maximi dispẽdij, & nullius vtilitatis. Si enim quis vult ministrare fragmenta lapidum pretiosorum, aduertat: quia sunt multa sophisticata, &

debent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

debent dari in puluerem, inuoluendo in hostiam madefactam: quia si ponuntur in illis distillationibus nihil prosunt, quia eorum virtus cum distillatione non transit. Exhibeatur in fine cibi diacidonites cum saccharo, & super stomachum ponatur ceratũ vel emplastrũ diaphœnicon, descriptione Alex. cica finem. & est optimum.

De curatione vermium. *Cap.* XI.

RAdix filicis fœminæ, expellit lumbricos, dando cum melle vel iulepo, radix filicis masculæ expellit cucurbitinos. Ille qui habet cucurbitinos est macilentus, & cum egestionibus emittit grana similia seminibus cucurbitæ, & est mali coloris, cum dolore ventris, maximè stomacho ieiuno. Detur ei decoctio granati dulcis. Carui eos expellit, vt & lumbricos. Semen caulium interficit vermes. Lupinorum farina cum æquali pondere marrubij super vmbilicũ posita, expellit lumbricos. Cortex rad. mori celsi latos interficit, & limatura cornu cerui, lũbricos. Medullæ ossium cerasorum, & similiter puluis ex sandaracha, expellunt lumbricos, & ascarides. Endiuia amara, lactuca amara, & tribuli occidũt ascarides. Suppositoriũ ex pice. Farina ni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

gellæ, cum ſucco abſinthij ſuper vmbilicum emplaſtrata. Folia perſicorum, & abrotanum trita & appoſita ſuper vmbilicum, vermes interficiunt & expellunt. Idem facit abſinthium, & centaurium minus. Puluis corallinæ cum melle, vel iulepo ſumptus in ieiuno interficit eos, & expellit. Clyſtere ex lacte cum ſaccharo pulueriʒato, & vitello oui, quando non eſt febris, eſt optimum. Aqua graminis, herbæ turchæ, abſinthij, & portulacæ exhibitæ, ſunt vtiles. Oleum de abſinthio, de amygdalis amaris, de nucleis Perſicorum, & huiuſmodi, vngendo ventrem & ſtomachum calidé. Vel R. Theriacæ optimæ vnc. ſ. myrrhæ, aloes, dictamni, gentianæ, abſinthij, tormentillæ ana drach. ſ. pulueriʒata conficiantur cũ felle vaccino, & aceto, & applicetur ſuper ſtomachum & ventrem.

Aliud. R. Succorum abſinthij, abrotani, perſicariæ, fellis tauri ana. contundantur cum modico axungiæ, & ſuper vmbilicum applicentur. Lupini comeſti & emplaſtrati necant vermes. Calamenthum in clyſteri poſitum necat aſcarides, & vermes aurium, & eos qui in vlceribus generantur. Puluis rhabarbari, aut rhapontici necat vermes ſeu lumbricos.

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Idem abrotanum ſua amaritudine facit. Pilula ex galbano, melle intincta, necat lumbricos. Limatura cornu cerui in potu data drach. j. ſucci plantaginis in potu, & plantago ipſa contuſa & poſita ſuper vmbilicum. Suppoſitorium ex carne pingui ſalita cum filo per horam dimiſſum, poſtea extractũ, extrahit eos. Rubea tinctorum ſumpta cum ſaccharo. Clyſtere ex decoctione centaurij, hyſſopi, & carthami cum modico ſalis, deponit vermes. Stœchas citrina collo appenſa, enecat vermes. Farina lupinorum cum æquali pondere marrubij ſuper vmbilicum applicata, expellit lumbricos.

LIBER XIIII. DE AFFEctibus renum & veſicæ.

De apoſtematibus calidis renum. Cap. I.

Signa apoſtematis calidi renum ſunt, febris inſeparabilis, habens commotiones inordinatas, dolor qui mouetur, & ſedatur: propriè in aldubellati augetur dolor, iacendo ſuper latus oppoſitũ. Quando apoſtema fit aldubellati, augetur dolor & grauitas, maximè quãdo eſt in pãniculo & ſuſpenſorio, prohibetur erectio, & ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tatur dolor in resupinatione: quãdo maturatur, augetur horripilatio, & minuitur febris: quando rumpitur, cessat febris, & rigor omnino. Aqua casei, aqua sacchari & mellis, aqua hordei, & cassia fistula cõueniunt. Vitentur diuretica, nisi post maturationem, quã cognosces ex vrina rubea cum sedimine. Non dentur semina, neq; pilulæ, neq; balnea, nisi post declinationem. Si verò apostema phlegmaticum, est grauitas & tensio, & minoratio in operationibus renum, & non est illic inflammatio. Cura est cum emplastris calefacientibus & diureticis mundificatiuis. Oleum quoque laurinum, folia lauri, & ruta, & clysteria conueniunt.

De his quæ præseruant à lapide renum & vesicæ. Cap. II.

PRæseruantia à generatione lapidis. Obseruatio debita regiminis sex rerum non naturalium, & debitæ purgationes vniuersales bis in anno, scilicet vere & autumno, deinde particulares, vt mox dicetur. Vniuersales purgationes fiunt cum rebus leuibus, renes temen & vias vrinæ respicientibus. Fiat primò clystere, si opus sit: deinde exhibeatur potio infrascripta: R. Sebesten n°. x. liquiritiæ, passularũ an. drac. j. hordei capi l.

Veneris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Veneris ana m.s.ſeminis aniſorum & fœniculi ana drach.j. ſem. maluæ drach. iij. aquę lib.j. fiat decoctio vſque ad conſumptionem duarum partium, deinde coletur, & colaturæ addantur caſſiæ optimæ nuper extractæ drach. x. ſyrupi violacei vnc. j. bibat per horam ante prandium, facta prius operatione vnius clyſteris, vt ſupra.

Item R. Syrupi de duabus rad. cum aceto vnc. j. ſyrupu de liquiritia vnc. s. aquarum betonicæ, capillorum Ven.& maluarum ana vnc. j. miſce pro ſyrupo, capiendo in aurora,& continuando donec materia videatur digeſta. Tunc purgetur infra ſcripta medicina:R. Prædictę decoctionis vnc.iiij. in qua diſſoluantur diacatholiconis, caſſiæ nuper extractæ ana vnc.s.electuarij Indi maioris, benedictæ ſ.ana drach.j.vel drachm.j.s.ſyrup. viol.vnc.j. & bibat in aurora cum debito regimine. Pòſt ſumat puluerem ſacchari pro lauatiuo. Facta purgatione ſupraſcripta, capiat ſemel in menſe potionem ex decoctione ſebeſten ſupraſcriptam, & illinc ad quindecim dies capiat quatuor matutinis continuis vnc. iiij. aquæ mellis factæ ſecundum artem, clarificatæ & aromatizatæ cum cinnamomo pro

ſingulo mane, iterando ſemel in menſe per aliquod tempus hæc duo remedia.

Confectio mirabilis præſeruans à generatione Lapidis, & expellens eos. R. Lapidis lyncis, lapidis ſpongiæ, lapidis Iudaici contriti ſuper cotem barbitonſorum & abluti ana drach. j. cinnamomi electi, ſeminis geniſtæ, corymborum hederæ ana drachm. j. s. rubeæ tinctorum, nitri combuſti ana ſcrup. ij. ſacchari boni diſſoluti in aquis ſaxifragiæ & capillorum Veneris q. s. fiat confectio in morſellis, de quibus capiat vnum pro vice per horam ante cibum. Quando ergo ſentit grauitatem renum & alchatim, & videt vrinas albas, ſubtiles & claras, & metuit ne corripiatur à doloribus renum, ſumat ex hac confectione. Quòd ſi ceſſet dolor & grauitas, & vrinæ appareant turbulentæ, & arenoſæ, deſinat. R. Olei roſ. violati ana vnc. j. s. lauentur in aqua acetoſæ, deinde agitentur cum modico aceti albi, & ex eis frigidis vngantur renes, lauando per interualla dictos renes cum vino albo, & tertia parte aquæ roſaceæ calidis. Confert etiam ad præſeruandum dare vnc. s. terebinthinæ abietis in aurora, inuolutam in hoſtia, vel nebula, vino madefacta. Comedere vrticas virides

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in cibis aut ſiccas puluerizatas præſer-
uat à generatione lapidis & arenula-
rum. Semen geniſtæ mundificat renes
ab omnibus ſuperfluitatibus, & non per
mittit materias in eis figi, neque in lapi-
dem conuerti. Doſis eſt drachm.ij.vel iij.
cum aqua mellis roſacei, vel cum melle
roſaceo, vel cum aqua mellis roſacei cũ
roſis & maſtiche. Item bibere decoctio-
nem ſeminum melonum præſeruat. De-
coctio maluæ campeſtris in brodio ca-
ponis, addendo butyri recentis & mellis
vel ſacchari ana vnc. j. ſi bibatur lib. j. ad
minus per horas duas ante cibũ calidè,
valet mirabiliter ad præſeruandum & cu
randum: mundificat enim renes, & ven-
trem lenit.

De curatione lapidis Renum & veſicæ:
Cap. III.

QVando incipit dolor in rene & in
latere, ſecundum deſcenſum pori
veteris, tendentis à rene ad veſicam: ad-
eſt quoque frequentia mictus, aut vrinæ
retentio, tunc incipe à leuioribus, primò
exhibendo clyſtere, ſi opus ſit, vt in præ-
cedenti cap. dictum eſt. Vnge latus do-
lens ex oleo de ſcorpionibus, & fomen-
ta cum parietaria, vel ſenecione, vel cum
vtroque debitè calefactis ſuper tegula,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aut in vino albo, aut in ſartagine cum oleo communi. Poſt fomentationem, & ante vnge eam calide cum oleo ſupraſcripto, & repete clyſteria. Quòd ſi dolor non remoueatur, da potionem ſcriptam cap. præced. ex caſſia cum decoctione ſebeſten, facta prius purgatione vnius clyſteris, iterando fomenta & vnctiones vt ſuprà: ponendo in potione caſſ. ſeruatam, loco ſyrupi viol. vnc. j. olei amygdalarum dulcium recentis. Si autem dolor non quieſcat, & arenulæ ſeu calculi non exierint, da drachm. j. ex puluere maxillæ piſcis lucij (quem Galli brochetum vocant) cum vino albo, aut vnc. vj. aquarum maluę & ſaxifragię cum ſaccharo per horas duas ante cibum calidé. Aut da decoctionem maluæ campeſtris, vel terebinthinam abietis, vt cap. præced. dictum eſt: hæc enim etſi conferant ad præſeruationem, valent tamen quoque ad curandum: præſeruatio enim futurorum morborum ſimilis eſt correctioni iam generatorum. Dicentur autem medicinæ ſucceſſiuè, quæ ſunt magis ad curandum idoneæ. Non eſt ceſſandum à fomentis, vnctionibus, clyſteriis, ſecundum exigentiam, donec exeant calculi. Quòd ſi dolor inualeſcat, & calculi

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

non exeant, nullum est securius remedium, quàm ingredi balneum, vt infrà. R. Senecionis, parietariæ, foliorum caulium, anethi, abrotani, saxifragiæ, florum chamæm. & meliloti ana m. ij. sem. milij solis vnc. iij. seminis lini & fœnigræci, anisi, fœniculi, ameos vnc. j. fol. & semin. maluarum ana m. j. s. fiat decoctio in s. q. aquę vsque ad tertiæ consumptionem, & in ea decenter calida balneetur vsque ad vmbilicum, & in balneo bibat drach. j. lithontribon, vel Iustini Imperatoris, dissoluti cum vino albo. Non stabit per decimam partem horæ in balneo, quin omnis dolor quiescat. Quòd si opus erit balneo iterato, reuertatur bis aut ter: & non est remediũ ei simile. Sunt aliæ multæ medicinæ expellentes, & frangentes lapides, quæ ante & post balneum administrari possunt, vt infrà. Semen genistæ mundificat renes ab omnibus superfluitatibus, & prouocat vrinam fortiter, & frangit lapides renum & vesicæ. Dosis eius est drac. ij. vel iij. cum melle rosaceo, vel cum aqua mellis rosſ. cum rosis & mastiche. Folia cetrach, cortex lauri cum vino bibitus: fructus albi hederæ cum vino albo bibiti: chamædrys cum melle cocta, aut cum aqua mellis: gummi vitis

domesticæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

domesticæ cum vino bibitum, decoctio graminis bibita, radix vmbilici Veneris cum foliis comesta ol. de granis citri & citrangulorum, lapides frangunt, & vrinam prouocant. Pæonia renes mundificat. Serapinum cum succo rutæ dissolutum frangit lapidem, & facit mingere. Decoctio medullæ ossium cerasorũ prouocat vrinam, & frangit lapidem renum & vesicæ. Lapis Iudaicus contritus super cotem viridem barbitonsorum, ablutus, datus cum aqua calida, vel vino albo, frangit & expellit lapides, & similiter succus virgæ pastoris.

Ad lapidem Renum. R. Aristol. dauci, florum squinanthi, carpobalsami, spicæ nardi, croci, mei, succi apij, cassiæ ligneę, chamædryos, scordij, ameos, prassij, tragacanthi, ireos, origani montani, carui, seseleos, caryophyllorum, cort. rad. capparorum, cymini, seminis fœniculi, scillæ assatæ, sinapis, myrrhæ, seminis erucę, condisi ana drach. j. pinearum excorticatarũ recentium ad pondus omnium. Trita & cribellata conficiantur cum melle optimo despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ. Dosis eius est drach. iij. omni die mane.

Medicamen vltimum sedans dolorem, & extrahens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

extrahens Lapides. R. Apij campestris vnc. j. cyperi, spicæ aromaticæ, seminis papaueris albi, cinnamomi, cassiæ ligneæ.piperis albi, seminis bauciæ, acori ana vnc.j.s.lapidis Iudaici, lapidis lyncis, ana vnc.s. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo despumato, & detur quantitas auellanæ pro vice cum vino albo. Semen maluæ cum vino albo bibitum, frangit lapidem renum. Sanguis hirci, qui comedit petroselinum, seseli montanum,& bibit vinum, frangit lapides renum & vesicæ. Folia salicis bibita cum vino albo, & gummi arboris cerasorum cum vino bibitum, frangit & expellit lapides & arenas à renibus & vesica, aperitque meatum vrinæ obstructum. Sedere in decoctione crithmi marini vsque ad vmbilicum, quæ sit salsa, & decenter calida, sedat dolorem iliacum, dysuriam, stranguriam, & vitium lapidis renum & vesicę. Gummi prunorum cum vino albo bibitum, frangit lapidem renum, prouocat vrinam (vt & Matricaria) & soluit sanguinem coagulatum in vesica. Abrotanum, bdellium, cinis rad. caulium, chamæmelum, lapis spongiæ, lumbrici terrestres, siccati, puluerizati, cum vino albo bibiti: vitrum combustum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum vino albo bibitum: cinis testæ oui, à qua exiuit pullus: pimpinella, sem. milij solis, stercus muris cum olibano sumptum, & radix rubi tam coniunctim, quàm diuisim, expellunt lapides à renibus & vesica.

Trochisci diuretici educentes lapides & sabulosas hypostases. R. Asari, petroselini, phu, meu ana drachm. iiij. seminis anisi, dauci, apij montani, carpobalsami, dragacanthi ana drachm. ij. dissolue dragacanthum in vino dulci, permisce alia, fac trochiscos, & da scrup. ij. cum vnc iij. vini lymphati. Corymbi hederæ septem vel nouem triri, cum vino albo poti, lapidem renum & vesicæ frangunt, & vrinam potenter prouocant. Sanguinem leporis & totam pellem cum pilis combure in olla cruda, da cineris cum aqua calida cochlearium vnum ieiuno, rumpit enim lapides & expellit.

Ad lapidem Renum & Vesicæ, expellens superfluitates per vrinam. R. Capil. veneris recentium, cineris scorpionum facti secundum artem, gentianæ, vitri combusti, lapidis Iudaici, seminis cucumeris, cucurbitæ, anisi, rad. ireos, ana confice cum syrupo facto ex melle despumato cum decoctione chamæmillæ inuicem

coctis

coctis. Dosis est drach.j. s. pro vice cum drach.iiij.decoctionis agarici,quę sic fit: R.Rad. squinanthi,folij,cyperi, agarici, aristolochiæ vtriusque, radic. apij ana drachm. vj. aquæ lib. ij. coquantur super ignem leuem, donec absumantur duæ partes: postea coletur, & detur vt suprá.

Aliud ad lapidem Renum & Vesicæ, expellens superfluitates per vrinam, laxans humores diuersos, soluendo ventositates, & est Bezoar. R. Turbith,agarici, vitri combusti, gingiberis, lapidis Iudaici, sanguinis hirci sicci,semin. anisi & fœniculi, trium piperum, chamædryos chamæpityos,bdellij ana drach. iiij.trita & cribellata conficiantur cum optimo vino decoctionis agarici, & detur de eo drac. ij.vel iij.pro vice vel circa.Cubebæ frangunt lapidem renum & vesicæ, similiter & flos squinanthi. Electuarium ex tribus partibus chamæpityos, & vna lapidis lyncis, & alia saxifragiæ cum melle despumato: est mirabile ad lapidem, stranguriam, &c.Prodest & chamæpitys cataplasmata.

Decoctio ad Lapidem. R. Aristol. aur. x. asari, aur.ij. marrubij, aur. j. rad.ireos aur. iij. saliuncæ sem. anisi, seminis cu-

cumeris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cumeris ana drach. vj. coquantur in lib. ij. aquæ ad consumptionem duarum partium, colētur, & dentur drach. iiij. Oleum de keiri citrina sedat dolorem renum & vesicæ. Oleum de scorpionibus, & oleum sericinum, id est de tribulo (qui est cicer Imperatoris) remouent difficultatem mictionis, vngendo ex eis calidis. Brodium cicerum rub. mundificat renes & frangit lapides.

Galenus in libello de Cura lapidis ponit hoc electuarium frangere lapidem. R. Corticum rad. asparagi, cort. rad. fœniculi exiccatorum, polij scolopendriæ, cubebarum ana drach. v. ebeni, gummi prunorum, lapidis Iudaici contriti super cotem, cassiæ, cyperi bdellij, ameos ana drach. ij. trita singulariter & cribellata conficiantur cũ syrupo de saccharo, & dentur drach. iij. vel circa, cum aqua calida, in qua bullitum sit semen fœniculi.

Ad vehementiam doloris ex Lapide. R. Fœnigræci drach. iiij. seminum apij & dauci ana scrup. ij. coquantur in vnc. vj. aquę ad consumptionẽ medietatis, deinde fricentur digitis, donec aliquantulum viscidũ fiat: coletur, in colatura dissolue syrupi violacei vnc. j. s. & bibat in aurora. Hyeme verò detur ante drach. j. theriacę.

R. Pin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

R. Pingued. gallinæ. vnc. j. olei anethi drac. iij. liquefiant simul, & in eis calidis infundatur lana quæ applicetur loco doloris, fomentando cum ea calida.

Ad dolorem Capitis, qui accidit eis.

R. Sacchari rosacei drac. x. cassiæ nuper extractæ mundatæ à granis drach. vj. syrupi violacei vnc. j. s. dissolue cum aqua capillorum Veneris calida, exhibeatur in aurora. Vngatur frons cum oleo rosaceo, & tertia parte aceti simul agitando. Si autem dolor capitis accidat tempore frigoris, dentur scrup. iiij. agarici, & drac. j. rhabarbari puluerizata, & confecta cum syrupo acetoso ex saccharo. Dolorem brachiorum, remouebit vnctio ex oleo anethi calido.

Medicinarum, quæ ad calculos administrantur, quædam sunt quæ commistæ faciunt alias penetrare, sicut calamenthum, piper & cinnamomum: Quædam sunt quæ extrahũt superfluitates crassas, sicut fœnumgræcum, daucus, phu, meu, asarum, acorns, ammi, leucoium, seseli, semen agni casti, squinanthum, cordumeni. Quædam dolorem sedant, sicut semen lini, & eius mucilago, auellanæ, semen altheæ. Quædam confortant, sicut ben, aristol. longa, lilium siccum, semen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

agni casti, rosæ, balaustia, sandali, & squinanthum.

Ad dolorem Renum chronicum.

R. Spicæ nardi, seminis anethi, dauci, sem. milij solis ana drac. s. amyli vnc. ij. caphuræ drac. j. boli Armeni vnc. s. sang. draconis, terræ sigillatæ ana drac. ij. croci scrup. j. vitellorum ouorum n°. iij. fiat vnguentum in mortario plumbeo longa agitatione, quo vngantur renes mane & serò. Confert etiam oleum de fisticis, de granis pini, & de granis lauri, quando ægritudo est chronica.

De lapide Vesicæ specialiter, & de symptomatibus eius. Cap. IIII.

MVlta tradita in præced. cap. sunt cōmunia lapidi renum & vesicæ: in hoc verò cap. ponentur remedia magis specialia & appropriata lapidi vesicæ.

Electuarium Galeni pro rege, qui fuit sanatus à lapide Vesicæ. R. Pyrethri, euphorbij, castorei, corticum radicum capparorum, sem. iusquiami albi, galangæ ana drac. j. opij drac. iij. acori g. iiij. s. cinnamomi, seminis bauciæ syluestris, seminis apij, costi, petroselini, cassiæ ligneæ, menthæ, myrrhæ, chamæpityos, calamenti fluuialis & montani, gentianæ, liquiritiæ, enulæ, chamædryos, prassij,

scolo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſcolopendriæ, ariſtol. rot. ſeminis ameos, maſtichis, radic. ireos, cymini carmeni, caryophyllorum, ſeminis fœniculi, ſcillæ aſſatæ, ſinapis, granorum pini, aniſi, carpobalſami, ſeminis erucæ ſylueſtris, ſeminis agni caſti, aniuden (& eſt herba ex qua fit aſſa fœtida, & dicitur ſilphium) ana.g. iiij. s. trita & cribellata liniantur cum oleo amygdalarum dulcium recenti, quantitate drach. ij. conficiantur cum melle optimo deſpumato, & fiat electuariũ in forma opiatæ. Doſis eius eſt ſcrup. j. vel drac. s. omni mane.

Electuarium expertum, curans lapidem Veſicæ. R. Squinanthi, ſtœchadis ana drac. j. ſanguinis hirci ſicci drach. vj. lapidis Iudaici drac. ij. aniſi drac. iiij. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo deſpumato cum decoctione radic. apij inuicem coctis, & detur quantitas auellanæ ſingulo mane.

Medicamentum ad lapidem Veſicæ prouocans vrinam.

R. Seminis cucumeris, amygdalarum, ſeminis cucurbitæ, lapidis Iudaici, agarici, florum chamæmillæ, gentianæ ana drachm. iiij. ariſtol. capil. Veneris, ſaliuncæ, ſanguinis hirci ſicci, vitri combuſti, lapidis citrini, qui inue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nitur in felle vaccę, anisi, rad. apij, bdellij, myrrhæ ana drac. v. trita & cribellata cõficiantur cum melle despumato, & dẽtur drach. iiij. cum decoctione rad. apij & fœniculi. Succus rad. lauri vitrum combustum cum vino albo bibitum, vtrunq; frangit lapidem vesicæ. Iniectio sanguinis vulpis aut leporis calidi in vesicam, frangit lapidem vesicæ: atque etiam si ponatur lapis extractus de vesica in dicto sanguine in triduo dissoluetur.

Aliud quod frangit Lapidem & ad minuta secernit, quousque mundificet vesicam, & clarum mingat: & quod plus est, ita curat, vt non amplius regeneretur. R. Seminis dauci, anisi, citrulli, petroselini, myrrhæ ana drac. vj. cassiæ ligneæ, baccarum lauri, cinnamomi, nardi celticæ ana drac. iiij. trita & cribellata conficiantur cum aqua, & fiant formæ lupinis similes, da vnam omni die vsque ad triginta dies cum aqua in ieiuno. Hoc speciali modo ostẽdit confici Galen. 9. de Compos. per loca. Teratur in mortario ligneo cum pistello ligneo, & oportet terentem non habere anulum ferreum, nec sotulares perforatos: & licet hoc sit superstitiosum, tamen Gale. dicit, Et hos sicut occultum accepimus.

Lapis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Lapis,qui inuenitur in capite limacis magnæ quæ est sine ostraco tritus, & cũ vino albo potus,frangit lapidem vesicæ. Radix vmbilici Veneris seu cymbalarię, & radix cardonis, cocta & comesta cum saccharo: item sanguis hirci cum vino albo exhibitus, & folia scolopendriæ bibita,frangunt lapidem vesicæ.

Trochisci ad arenosas hypostases,& ad dispositiones vrinæ,quæ sunt cum vlceratione.

R. Seminis apij,anisi,petroselini ana. drac.iiij. squinanthi, croci, dragacanthi ana drach.j.s. seminis dauci,piperis albi ana drac.j.trita & cribellata conficiantur cum protropio, & detur drac. j. pro vice mane,cum protropio lymphato: Est autẽ protropium,vinum factum ex vuis passis super vite.

Aliud pharmacum, quo multi nephritici, patientes lapidem Vesicæ sanati sunt, & valet ad colicam & indispositionem vesicæ. R. Auellanarum,amygdalarum, seminis citrulli omnium mundatorum ana drac.j. seminis carui,croci,seminis maluæ, opij ana drach.vj.seminis iusquiami albi, seminis apij ana vnc.j.s. trita & cribellata conficiantur cum melle despumato, & fac trochiscos.Da obolos tres pro vice cum vnc.iiij.melicrati in mane:obolus autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

eſt pondus xij.granorum hordei.

Ad dolorem ex lapide Veſicæ, & ad dolores in vtriſque lateribus, & ad debilitatem coitus. R. Pinearum excorticatarum, medullæ ſeminis cucurbitæ, been rubei, & citrini, granorum ſeſami excorticatorum, galangæ, ſecacul (& eſt ſigillum ſanctæ Mariæ) gingiberis, ſeminis aſparagi, ſepi, ſcinci ana vnc.x. ſeminis vrticæ, ſeminis papaueris albi, liquiritiæ excorticatæ, ſeminis bauciæ ana drac. vij. penidiorum ad pondus omnium. Trita & cribellata conficiantur cum melle deſpumato.

Doſis eius ſit quantitas nucis moſchatæ mane & eundo dormitum. In diebus quibus capit hanc confectionem, cibetur cum lib.s.bauciarum excorticatarum, & mundatarum à venis interioribus, elixatarum vſque ad diſſolutionē, addendo oleum omphacinum & mel, fermentando cum quinque vitellis ouorum recentium, & aliquando coquantur cum eo paſſeres, colorando omnia cum croco & gingibere, aromatizando cum modico moſcho. Elixatura foliorum lauri in ſacculo poſita, ſedendo ſuper eo calido, ſedat dolorem veſicæ.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De lapide Vesicæ puerorum *Cap.* V.

QVando pueris aut infantibus fit lapis in vesica, facit eis stranguriam dolorem magnum, tenuitatem vrinæ, pruritum in virga, & eorum virga manet erecta. A principio cùm hæc apparere incipiunt, fac puerum vel infantem vti rad. pæoniæ in cibo & potu: præseruat enim eos & curat. Balneetur quotidie in aqua decenter calida, & da illi de hoc medicamento. R. Olibani, matricariæ ana. confice cum melle, & da quantitatẽ auellanæ pro vice mane & sero.

Medicamentum expertum ad Lapidem eorũ & difficultatem vrinæ. R. Septem nuces virides, pista eas cum exteriori cortice. Item accipe porrorum m. j. non lotorum, & extrahe succum ab vtroque, & cola, miscendo vtrunque simul, & da puero septem diebus, & quãdo ibit dormitum, vnge virgam, testes, & perinæum, inter testes & anum, ex oleo de been calido, aut oleo antiquo: sunt enim optima & experta. Fomentatio ex foliis meu super pectinem tollit stranguriam ipsorum. Semen serpylli datum & fomentatum confert difficultati vrinæ ipsorum & lapidi. Gummi amygdalarum exhibitum um vino albo similiter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quando lapis est in collo vesicæ, tunc vrina est subtilis & aquosa, quæ prius fuit arenosa: resupinentur, & leuentur eius crura ad superiora; mouendo eum huc atque illuc, vt lapis remoueatur à collo vesicæ. Quòd si non possit remoueri, oportet vti argilla, & rad. cyperi.

De vlceribus Vesicæ & renum Cap. VI.

INter vlcera renum & vesicæ hoc interest, quia in vlceribus renum non impeditur vrina, in vlceribus autem vesicæ impeditur, & cum difficultate & ardore mingitur. Item cortices, qui egrediuntur à vesica sunt albi, lati, aut crassi: qui autē à renibus sunt rubei, aut exeūt trhombi, saniosi, oblongi. Quando verò vlcera sunt in poris vreteribus, cortices exeunt parui, albi, & tenues. Item dolor in vlcere vesicæ, est vehemens, sicut dolor parturientis, cum frequenti mictu sanguinis, minoris tamen quantitatis, & minoris mistionis cum vrina. Quando autem exeunt cortices sine sanguine, & sanie, signum est excoriationis: quando cum sanie, signum est vlceris. Curatio est primo, vt patiens abstineat ab omnibus acutis, salsis, acribus, & vehementis dulcedinis, & sint cibi eorum glutinantes ac boni. Exercitium nocet eis, quoniam inflammat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

flammat & exacuit humores. Egent abſterſione à principio cum aqua mellis, poſitis in ea diureticis, dando in potu. Iniiciatur etiam in veſicam cum ſyringe. Deinde ad alia mundificantia & incarnantia tranſeundum, de quibus loco ſuo inferius dicetur.

Puluis curans vlcera Veſicæ. R. Cineris limaciarum combuſtarum cum ſuis teſtis partes quatuor, gallarum immaturarum partes duas, piperis partem vnam, fiat puluis, qui aſpergatur ſuper cibos, & ſanat. Cauda equina comeſta aut bibita, ſanat vlcera veſicæ. Radix nenupharis bibita, ſanat dolorem veſicæ.

Ad vlcera Renum & veſicæ. R. Seminũ lini, papaueris albi, citrulli, dragacanthi ana drac. ij. amyli drac. viij. fac trochiſcos cum mucilagine dragacanthi: valent enim ad veſicam vlceratam, & ad dyſenteriam.

Alij Trochiſci quibus vſus eſt Galenus. R. Seminis citrulli drac. iiij. ſeminis iuſquiami albi drac. vj. opij, ſem. fœniculi, croci ana drac. iij. caſsiæ drach. s. fiſticos n°. x. auellanas totidem, ſeminis apij drac. ij. ſem. maluæ ſylueſtris drac. vj. fiant trochiſci cum mucilagine dragacanthi, & detur drac. j. pro vice cum ſapa vini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

non febrientibus. Lac asinæ,& lac capræ dando vnc.iij.pro vice summo mane, est plurimi iuuamenti. Item conferunt trochisci de alchekengi , & de papauere dando drac.j. pro vice cum sapa vini per horas duas post cœnam.

Vnguentum bonum. R.Pinguedinis anseris recentis drach.iiij. styracis liquidæ drac. j.ceræ albæ drac.ij.fiat vnguentum, quo vngatur perinæum.

Quando dolor est vehemens iniiciatur in vesicam collyrium album,quod fit ad oculos,cum lacte mulieris.

Medicamentum bonum. R. Sem. cucumeris, melonis, & cucurbitæ excorticatorum,auellanarum assatarũ ana drac. v. succi liquiritiæ vnc.j. amygdalarum dulcium mundatarum, amyli ana drac.s.seminum dauci , apij , erucæ ana drac. iij. sem.portulacæ drac.iij. s. granorum pini drac. iiij. gummi dragacanthi , gummi amygdalarum , sem. iusquiami albi ana drac. iij. cicerum nigrorum vnc. x. croci drac. v.fiant trochisci cum rob drac.j.pro singulo,& detur vnus pro vice cum aqua ciceris , raphani & apij propriè post mũdificationem vlceris. Moderetur potus aquæ,quando dolor est vehementior, & iniiciatur collyrium album, vt suprà.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad mictum sanguinis ex Vesica.

R. Aluminis scissilis drac. j. dragacãthi drac. ij. gummi Arabici g. xij. da scrup. j. vel circa, cum vino dulci. Satureia sumpta cum syrupo facto ex melle, dissoluit sanguinem concretum in vesica.

De retentione Vrinæ. *Caput* VII.

VRinæ retentio fit, aut propter debilitatem expulsiuæ, aut ab oppilatione. Vt cognoscatur: si tua collum vesicę inferius, & comprime pectinem cum manu: si exibit vrina, retentio erit propter expulsiuæ debilitatem: si verò non exierit, tunc est ab oppilatione. Oppilatio autem fit vno trium modorum: aut quia collum vesicæ intumescit, & induratur præter naturam, adeò quòd via clauditur: aut quia res extra naturam nata est in meatu, sicut verruca, caro superflua, porus, & similia: aut quia concurrit res aliqua ad meatum, sicut lapis, vel frustum sanguinis, vel sanies crassa, vel humores viscidi viã claudentes. Syringis immissio materiam obstruẽtem per extractionem indicat. Congelatio autem in vesica cognoscitur per flauitiẽ coloris patiẽtis, per paruitatem & frequentiá pulsus & anhelitus, sudorẽ frigidum, febrem, rigorẽ, & nauseam:

nauſeam:& pauci ab ea euadunt. Quando verò fit ab apoſtemate, paulatim generatur. Cura retentionis vrinæ, quæ fit à lapide, eſt cura lapidis, quæ dicta eſt in præcedentibus. Quando lapis in collo veſicæ impedit vrinæ exitũ, oportet imponere argaliam, aut ſtylum, aut aliquod proportionatum cum diligentia, & impellere lapidem in concauitatem veſicæ: quia exibit vrina. Quòd ſi lapis ſit paruus, exhibeantur frangẽtia & expellentia lapidem à renibus & veſica, de quibus ſuprà abundè eſt dictum, & ingrediatur balneum ſupraſcriptum ſi opus ſit. Cùm verò vrina detinetur propter ortum pororum in meatù, conueniunt pilulæ Heracliti, quæ diſſoluunt poros in veſica, & conferunt ſtranguriæ. R. Piperis, galbani ana drac.j. opij, iuſquiami albi, myrrhæ ana drach.iiij. aggrega cum protropio (hoc eſt, vino facto ex vuis paſſis ſuper vite) & ex his leuiter exiccatis, fac pilulas quantitate ciceris, & da tres in mane, & ſuperbibat vnc.iij. de dulci. Quando fit ab apoſtemate, curatio eius eſt eadem quæ & apoſtematis. Quando fit ab humoribus meatum vrinæ impediẽtibus, vel à ſanguine, aut ſanie, aliáue re conſimili, conueniunt primò clyſteria,

& alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& alia ventrem lenientia: deinde ſunt exhibenda ea, quæ meatus vrinæ mundificāt, & ſuperfluitates in eis retentas expellunt. Gummi ceraſorum cum vino albo bibitum, à proprietate eiicit omne quod eſt in meatu, exitum vrinæ impediens. Difficultatem mingendi tollit inunctio facta ex ſumach, & corymbis hederæ tritis cum vino albo & oleo, vngendo partes quæ ſunt ſub vmbilico. Decoctio hordei cum ſemine fœniculi bibita vrinam prouocat. Cyminum, naſturtium, ſquinanthum, mentha aquatica, radix filipendulæ, ſenecio, ac parietaria, coniunctim & diuiſim ſuper pectinem cataplaſmata, calida, in vino albo bullita, aut in ſacculo poſita & applicata, tollunt ſtranguriam, & conſimiles dolores, & faciunt mingere. Vinum decoctionis ſauinæ bibitum, & decoctio carui, aſari, ſeminis apij, graminis & centumnodiæ bibita, prouocant vrinam. Suffumigium ex pelle ericij curant retentionem vrinæ, niſi ſit ex lapide, vel apoſtemate. Lumbrici terreſtres exiccati & puluerizati cum rob ſumpti, prouocant vrinam. Anethum cataplaſmatum, & bibitum, dyſuriam & ſtranguriam tollit. Quidam percuſſus inter teſtes & anum, tumefa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cto loco percusso, vrinam mittere nequibat: vesica erat plena, tumore circumscripta, neque argalia imponi poterat. Fecimus superfundere aquam tepidam spacio trium horarum: deinde oleo perungere. Cessauit dolor, & infirmo comprimente vesicam, & se exprimente, minxit, & quieuit. Galenus primo de Locis affect. cap. I.

Ad prouocandum vrinam, statim dolorem & ventositatem auferendo, ex secretis Galeni.

R. Radic. iridis, sem. fœniculi, apij, anisi, chamædryos, asari ana drach. ij. cinnamomi, gingiberis, carui, foliorum chamæmeli ana drach. j. succi stœchados, marrubij, gentianæ ana drac. ij. s. puluerizata cõficiantur cum decoctione asari, squinanthi, & seminis fœniculi, & fiat massa pro pilulis. Detur drach. j. cum decoctione florum chamæmeli. Non est ei medicina similis in prouocãdo vrinam, subtiliando humores, aperiendo oppilationes & stomachum frigidum temperando & confortando.

Ad prouocandum vrinam & menstrua.

R. Pulegij, cymini, rad. lilij cœlestis, aristol. rot. ana. cõfice cũ melle, da drac. iij.

Aliud expertum. R. Asari, fœniculi, rubeæ, costi ana drach. j. satureiæ, hyssopi

ana

ana drach. ij. fiant ex eis pilulæ cum ſucco fœniculi: detur drach. j. cum decoctione fœniculi & aniſi. Pilulæ de opopanaco prouocant vrinam & menſtrua. Carduus albus in vino ſumptus, vrinam prouocat, & dyſuriam ſiccat. Cubebæ, hypericon, roſinarinus, polium, eruca, mẽtha aquatica, tam ſumpta quàm cataplaſmata: flores labruſcæ, folia ſcolopendriæ trita cum vino bibita, conferunt deſtillationi vrinæ. Galbanum ſumptũ, aut in capite virgæ poſitum, prouocat vrinã. Oleum ſericinum in veſicam iniectum & vnctum, tollit dolorem renum & veſicæ, & difficultatem mingendi.

De ardore vrinæ. *Cap.* VIII.

AD ardorem vrinæ, qui fit cum excoriatione veſicæ. R. Mucilaginis ſebeſten coctorum lib. s. mucilaginis, ſem. citoniorum, granorum ſeſami ana vnc. ij. penidiorum vnc. iiij. medullæ granorum citri drach. j. pinearum recentium lib. s. ſeminis portulacæ drach. ij. ſeminis ſcariolæ, endiuiæ, acetoſæ ana drach. j. s. vitri combuſti drach. ij. s. ſpodij, dragacanthi, gummi Arabici, gummi ceraſorũ an. drac. j. ſacchari boni lib. s. puluerizentur omnia ſeparatim, & cribellẽtur: deinde incorporentur cum penidiis &

ſaccharo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſaccharo vltima contritione, poſtea bulliant cum vnc. iiij. vini granatorum dulcium, vſq; ad eius conſumptionē, & fiat electuariū: de quo detur vnc. ſ. pro vice, bis aut ter in die, poſt debitas purgationes.

Aliud optimum. R. Trochiſci de alkachengi drach. j. conficiantur cum ſapa vini in forma opiatæ. Detur per horas duas poſt cœnam, inuoluendo in nebula madefacta in vino, aut diſſoluatur cum ſapa vini, & fiat parua potio, quam bibat vt ſuprà. Grana pini recentia cum ſemine cucumeris, confecta cum rob, comeſta, mitigant ardorem vrinæ, & prouocant vrinam, mundificant renes & veſicam ab humoribus craſſis. Radix nenupharis bibita, confert patienti ardorem vrinæ.

Ad ardorem vrinæ, quæ fit propter arenulas. R. Sebeſten nº. xxx. liquiritiæ, paſſularum ana vnc. ij. capillorum Veneris, foliorum cupreſſi, caudæ equinæ, foliorum vrticæ, hordei ana m. j. quatuor ſeminum frigidorum maiorum ana vnc. ſ. ſeminis aniſi, & fœniculi ana drach. ij. ſem. papaueris albi drach. ij. ſ. aquæ lib. vj. fiat decoctio vſq; ad conſumptionem duarum partium, deinde coletur, & in colatura diſſoluantur caſſiæ pinguis nuper

extractæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

extractæ, & à granis mundatæ vnc. iiij. penidiorum lib. s. iterum lento igni coquantur, donec acquirant formam mollis opiatæ: deinde addatur cinnamomi electi subtilissimè puluerizati drach. ij.s. Reponatur in vase interi⁹ vitreato, & detur cochlearium vnum pro vice per horam ante prandium, bis aut ter in hebdomada, statim post bibendo brodium carnis: aut dissoluatur cum brodio, & bibatur, vt suprà: est enim valde vtile.

Puluis ad idem. R. Liquiritiæ excorticatæ vnc. ij. quatuor seminum communium frigidorum maiorum ana drach. iij. seminum portulacæ, endiuiæ, scariolæ ana drach. j. s. seminis papaueris albi drach. ij. cinnamomi electi drach. ij. s. sacchari vnc. x. fiat puluis, de quo capiat singulo mane drach. j. stomacho ieiuno. Confert etiam plurimum capere vnc. ij. cassię in canna, per interualla, per horam ante prandium, cum brodio carnium, vel comedere ipsam siccã, & bibere post statim brodium. Item confert lymphare vinum cum aqua decoctionis liquiritiæ. Conferunt etiam multùm clysteria lenitiua, & vngere renes vnguẽto Gal. camphurato: & abstinere à salsis acutis, labore forti, coitu, & similibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad dolorem vrinæ, qui fit propter vlcus in virga. R. Succi virgæ pastoris (& est carduus maior) succi cõsolidæ minoris, succi plantaginis ana vnc.ij. camphuræ subtilissimè tritæ scrup. iiij. amyli vnc.ij. cerussæ factæ de plumbo vnc. j. lithargyrii vnc. s. tutiæ Alexandrinæ præparatæ in aqua rosacea drach.vj. alborum ouorum recentium n°.iij. fiat vnguentum in mortario plumbeo longa agitatione, ex quo inungatur perinęum, & tota virga: intingatur in eo tenta, quæ ponatur in orificio virgæ: & de eo dem dissoluto cum lacte mulieris iniiciatur in virga. Ardori vrinæ, qui fit sine sanie, conferũt illa quæ sunt similia auellanis, facta ex seminibus communibus frigidis, iulepo & syrupo violaceo, mucilagine psyllij, & rob: frequens introitus aquæ tepidæ, sorbeat oua sorbilia, oleum amygdalarum dulcium, & ius gallinarum. Cibaria ex hordeo, amylo, rist hordei, & cucurbitis, cõferunt: cauendo à salsis, acutis, labore & coitu.

De Diabete. *Cap.* IX.

IN diabetica passione, maior est quantitas vrinæ, quàm quantitas ebibitorum. mingitur aqua sicut bibitur. adest alui stipticitas, & sitis clamosa. Gal. 6. de Locis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Locis affect. testatur se non vidisse diabeticam passionem, nisi bis in vita sua. Curatio fit per contraria, vt si sit ex caliditate, per frigida, & è cõuerso, ad intra & ad extra. Aqua lactis extracto butyro, lac acetosum, aqua hordei, fructus, & olera frigida sunt cõuenientia. Clysteria ex aqua rosacea & mucilagine psyllij. frequenter conuenit infrigidare renes, & exhibere trochiscos de camphura, & de balaustiis, descriptos ab Auicenna cap. proprio, & trochiscos de spodio cum aqua cucurbitæ. Emplastrentur renes cum lumbricis terrestribus cum aqua rosacea & dorsum similiter.

Electuarium optimum ad Diabetem.

R. Spodij torrefacti, xyloaloes, sem. portulacæ, gummi Arabici, gummi dragacanthi, berberis, turbith, seminis endiuiæ, boli Armeni ana drach. iiij. trita & cribellata conficiantur cum melle rosaceo, & detur omni mane drach. j. Puluis lapidis hæmatitis cum vino antiquo bibitus, stringit fluxum vrinæ. Hæc omnia administrãda sunt præmissis vniuersalib.

Ad superfluã mictionem. R. Puluis pellicularum stomachorum gallinarũ præparatarum cum vino albo, & exiccatarum drac. j. thuris masculi, glandium sic-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

carum, balauftiorum, gallarum, ana drac. iij. fiat puluis, de quo detur drach. s. pro vice in ieiuno cũ melle rofaceo, vel cum aqua frigida. Licet hæc paffio cõmuniter fiat à caliditate (quæ per remedia præfcripta curatur) fit tamen aliquando etiam à frigiditate. Tunc corpore mundificato laborandum eft cum clyfteriis leuibus, & cum pilulis de aloe. Sedetur fitis eorum cum his quæ dicta funt, loco fuo: deinde prouocetur vomitus poft cibum cum raphano, & fimilibus: poftea calefiat corpus cum frictionibus, & ventofis fine fcarificatione, cum vaporationibus, & fumigationibus, maximè extremitatum, cum exercitiis & balneo calido, quibus calefiat corpus in declinatione.

De mingente in lecto. *Cap.* X.

COmbure guttur galli, & exhibe in potu ieiuno cum aqua tepida.

Aliud. Tefticulum vulpis ficcum tere, & cum vino odorifero da in potu.

Aliud. Calamenthum & myrrham da cum aqua in potu ante cœnam.

Aliud. Da murem excorticatũ in cibo.

Aliud. R. Tres linguas anferũ, da fingulo die vnam coctam tribus diebus cõtinuis: Aut exhibe in cibo tribus dieb. femen

men rutæ agreſtis. Vel exhibe pulueris agrimoniæ drachm. j. cum vino eunti dormitum. Vngantur pudenda cum cimolia diſſoluta cum ſucco parietariæ: Aut da drachm. j. pellicularum interiorum ventrium gallinarum pręparatarum cum vino albo.

Aliud. R. Thuris maſculi, glandium ſiccarum, balauſtiorum, gallarum ana drach. iij. fiat puluis, detur de eo drachm. s. ieiuno cum melle roſaceo & aqua frigida, continuando omni die, addendo ſimul drac. j. pulueris pellicularũ ſupraſcripti. Caro ericij ſylueſtris, vtilis eſt ad idẽ.

Aliud propriè pro mulieribus. R. Succi foliorũ cupreſſi, olei de ſeſamo ana vnc. ij. miſce, da in potu mane, & eundo dormitum, tribus diebus, & nõ comedat acetoſitatẽ, neque olera. Pinguedines verò ſunt vtiles, & adeps perdicis maſculi habet proprietatem in hoc. Etiam detur in potu aqua frigida, & ſanat.

Aliud. R. Glandium, balauſtiorum, myrrhę, fol. myrti ſiccorum, aluminis, alkanne ana. fiat puluis, qui exhibeatur cum aceto acri, quia ſanat.

Aliud. R. Myrobalanorum citrinorum, & Indorum, roſarum integrarum cum ſemine, cupula & floribus, cupu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

larum glandium, coriandri ſicci, veſicæ vſtæ ana. fiat puluis, de quo detur vt ſuprá. Suppoſitorium ex nimia diſſoluta cum oleo de ſambuco conuenit non potentibus retinere vrinam. Veſica capræ, aut ouis nigræ, vel tauri exiccata & puluerizata cum aqua & aceto bibita eundo dormitum, valet mirabiliter. Veſica puluis fluuialis data per tres dies continuos, luna decreſcente ſanat. Cerebrum leporis cum vino bibitũ. Veſica ſcrophę, aut apri aſſata potui data curat. Galanga ſumpta, & pulmo hœdi comeſtus aut emplaſtratus valent. Si vrina præter voluntatem emittatur, da in potu vinum, in quo ſit cocta ruta, caſtoreum, cupulæ glandium, ſemen myrti, & thus. Iſtamet facias, ſi lentè mingat, vngens partes illas frequenter. Pròuocat vrinam retentam ex quacunque cauſa obſtruente, teſte Galeno in libro de Cura lapidis. Et ſubdit: Bibat in hunc modum: Menthæ, ſaluiæ, calamenthi, nucis moſchatæ, galangæ ana. fac bullire in ventre gallinæ pinguis, & in ipſa ebullitione, pone olei communis bonam quantitatem. Bibatur de illò brodio bona quantitas per horas duas ante prandium. Da in cibo gallinam, & de dicto oleo vnge circa

pudenda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pudēda. Iſtud oleum valet ad ſciaticam, in ore retentum ad torturas, in nares po ſitum ad epilepſiam, diſſoluit ſanguinem coagulatum in veſica, frangit lapidem, & prouocat vrinam.

Raſis 9. ad Almanſorem, ad inuoluntarium exitum vrinæ facit hunc puluerem. R. Glandium vnc.j. olibani drachm.xxx. ſeminis coriandri ſicci, boli Armeni, gummi Arabici ana drac.x. fiat puluis, & dentur de eo drachm. iij. mane, & totidem veſperi.

Emplaſtrum ad idem. R. Ladani, maſtichis ana drach.ij. ligni aloes, ſtyracis calamitæ, cinnamomi, terebinthinæ ana drach.j. fiat emplaſtrum cum ſucco menthæ, applicetur pectini, & perinæo.

Aliud. R. Succi menthæ, lib. mediam, maſtichis, olibani ana vnc. s. nucum cupreſſi, ligni aloes, galangæ ana drach. ij. cinnamomi puluerizati q. s. fiat emplaſtrum & applicetur vt ſuprà. Hoc etiam valet ad debilitatem coitus.

Ad inuoluntarium exitum Vrinæ. R. Veſicæ capræ, aut ouis vſtæ, calamenthi, ſeminis myrti, teſticulorum leporis ana. fiat puluis de quo exhibeatur cum vino odorifero ante ſomnum drachm. j. vel ſcrup.ij. pro vice.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Encathiſma. R.Menthæ,myrti, verbaſci, roſarum, cupularum glandium ana. coque in aqua,& fac encathiſma,herbas autem expreſſas pone ſuper pectinem,& peritonæum,& ſuper collum veſicæ,maximè quando prouenit ex debilitate retentiuæ veſicæ.

Antidotum ad lubricitatem Vrinæ. R. Galliæ,caryophyllorum, cubebarum, aſari,maſtichis,thuris,galangę ana drach. ij.cinnamomi , caſſiæ, cyperi , roſarum, cardamomi vtriuſque, piperis longi,gingiberis,ſpicæ,cordumeni ana drachm.j. confice cum vino citoniorũ,& da drach. ij.vel iij.pro vice cum aqua ferrata.

Aliud optimum. R.Granorum myrti, glandium,corticum thuris , cymini,carmeni,cyperi ana terantur & miſceantur, & dentur drach.ij.pro vice cum vino antiquo.

Inuoluntarius exitus vrinæ cuidam superuenit, ſpondylis egreſſis exterius, nullo ſtante dolore in veſica. Arbitratus itaque ſum (inquit Galen.6.de Locis affect. cap.3.) quòd neruus ſtringens veſicam pateretur, & tunc curaui eum, apponens medicinam oſſibus dorſi.

LIBER

LIBER XV. DE AFFECTIBUS Muliebribus.

De cognitione an Conceptio cesset ratione maris vel fœminæ. Cap. I.

ACcipe duo vasa fictilia signata, vt vnum ab altero cognosci possit, pone in vtroque hordeum, & mingat vir in vno, & mulier in altero, & dimittantur in loco frigido per duodecim dies: illius est culpa, cuius hordeum non germinauerit.

Aliud. Pone furfur frumenti in duobus vasis fictilibus signatis, vt suprà. Mingat vir in vno, & mulier in alio: Dimitte nouem diebus. Illius est culpa, in cuius vase vermes inuenientur, & furfur fœtidum. Quòd si in vtroque vase, vterque sterilis: si in neutro, vterque beneficio medicinæ poterit aptus reddi ad generationem.

De his quæ Conceptionem fieri prohibent. Cap. II.

MVlier quæ peperit, & cupit per aliquam causam bonam stare per aliquod tempus sine conceptione, liget in secundina infantis, quem peperit, tot grana cataputiæ, quot annis vult sterilis permanere. Radix filicis fœminæ data mulieri, prohibet conceptionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Vt mulier non concipiat. R. Nitri, vel aluminis, vel picis quantitatem ciceris vel fabæ, & poſt coitũ ponat in ore matricis.

Aliud. Teſticulos muſtelæ maſculi, abſcinde, permittendo viuere muſtelam, liga eos in pellicula anſeris, vel aliqua alia, & ferat mulier in ſinu ſuo, quia prohibet impraegnationem. Idem facit matrix capræ, quæ nondum fœtum habuerit, in nudo corpore portata. Vſus piperis aſſiduus, & naſcale ex ipſo poſt coitum idem facit. Mulier accipiens ſtatim poſt menſtruationem drach. j. pulueris facti ex extremitatibus hederæ, generare non poterit. Sunt alia multa, quæ à proprietate conceptionem impediunt: ſicut, ferre os de corde cerui, matricem mulę, gagatem lapidem, ſmaragdum, vel ſapphyrum in anulis, comedere grana hederæ nigræ, aut rad. pimpinellæ. Item appendere in camera ſcolopẽdriam aut corium mulæ: portare limaturam ferri, quæ aliquando fertur in ſacculis cordialibus. Hæc enim prohibent conceptionem. Caueat tamen medicus, ne prædictis vtatur, niſi ad legitimam cauſam, & neceſſariam pro vita mulieris ſeruanda, non autem ad generationem prohibendam ſine legitima cauſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De his quæ conferunt ad Conceptionem. Cap. III.

IMpedimentũ conceptionis cauſa mulieris communiter fit ab humiditate ſuperflua matricis, ex continuo ferè fluxu menſtruorum alborum. Quapropter ordinato debito regimine victus, & in aliis rebus non naturalibus, fiat purgatio vniuerſalis, iterando ſi opus ſit: poſtea purgetur matrix, ſupponendo mercurialem contritam, poſitam in ſacculo longitudinis quatuor digitorum, qui ligetur cum filo ad coxam, miſcendo cum ea drach. j. boni mithridati, & ſcrup. s. maſtichis, tenendo intus per tres dies, deinde fiat balneum infraſcriptum. ℞. Matricariæ, abſinthij, origani, calamenthi, artemiſiæ, florum chamæmillæ, & meliloti ana m. j. ſem. rutæ ſylueſtris, ſtyracis calamitæ, xylobalſami, coſti, carpobalſami, rubeæ, been rubei, ana vnc. s. coquantur in s. q. aquæ pro balneo, in quo decenter calido ſedeat vſque ad vmbilicum. Vide quę infrà in cap. de Fluxu menſtruorum alborum diximus.

His peractis, & ſublatis iis, quæ conceptionem impediunt (de quibus dictum eſt cap. præced.) properandum eſt ad ea, quæ conferunt ad ipſam conceptionem: quorum

quorum quædam administrantur ante actum coeundi, quædam in actu, vel circa actum, & quædam post actum.

Ante actum omni mane per tres dies continuos imponatur hoc pessarium, retinendo per tres horas, expulsis prius egestionibus & vrinis. R. Mastichis, olibani, nucis cupressi, styracis liquidæ ana drachm. ij. rasuræ eboris drach. j. ambræ drac. ß. moschi scrup. s. confice cum vino maluatico optimo, & supponat in collũ matricis, cum lana vel cotto carminato.

Vesperi fiat Suffumigium infrascriptum. R. Thuris, mastichis, ladani, myrrhæ, nucis cupressi & foliorum eius, ligni aloes, folij, blactæ bysantis, cupularum glãdium, zedoariæ, rasuræ eboris ana drachm. s. conficiantur cum axungia anserina recenti, & fiat pasta, ex qua formentur pilulæ planæ in modum lupinorum, & ponatur vna vel duæ super prunas sub cathedra perforata, & recipiat fumum per embotum in ore matricis impositum. R. Cinnamomi electi, caryophyllorum, cardamomi ana vnc. s. galangæ, gingiberis, macis, nucis moschatæ, cyperi, liquiritię, rasuræ eboris, seseleos ana scrup. j. matricis leporis exiccatæ, coaguli leporis ana scrup. ij. cassiæ ligneæ, moschi, ambræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bræ ana g. iiij. ſacchari boni in aqua roſacea diſſoluti q.s. fiat confectio in morſellis, de quibus capiat vnum pro vice, quando ſurgit à lecto.

Aliud Arnoldi de Villanoua, valde expertum. R. Vtriuſque teſticuli, (vulpis ſcilicet animalis teſticuli, & radicis herbæ) teſticuli dextri verris exiccatorum in vmbra, raſuræ eboris ſeſeleos, matricis leporis exiccatæ & eius coaguli ana drach. ij. ſacchari dimidium ponderis totius. Fiat omnium puluis. Detur de eo ieiuno: eſt enim præcipui iuuamenti. Ad hãc intentionem iuuat ſectio ſaphenę. Si mulier ſit calidæ complexionis, prodeſt hepar temperare cum vnguento ſandalino, aut cum epithymo ex aqua endiuiæ, & modico aceti. Omnia prædicta ſunt adminiſtranda poſt menſtruorum expurgationem. Quòd ſi viri temperies diſtemperata ſit, eſt æquanda: & in vtroque requiritur tanta dimiſſio coitus, vt in vtroque ſemen poſſit eſſe prolificum. Inter cætera, quæ habilitant ad cõceptionem, eſt vngere ab vmbilico inferius & renes ex oleo facto de ligno hederæ: confortat enim matricem, & conſumit humiditatem, quę impedit conceptionem, & pręparat ad eam. Quæ autem circa actum

ſunt

ſunt peragenda : quia accidit aliquando vt mulier ſit viro tardior, aut è conuerſo : ſi conceptio debet fieri, oportet vt fiat concurſus vtriuſque ſeminis in eadem hora & momento. Quapropter qui tardior eſt, præparari ac diſponi debet tactibus, blanditiis, & ſimilibus, vt inuicem in emiſſione ſeminis conueniant. Poſt actum autem aduertat vir, vtrum percipiat in fine actus velut virgæ ſuctionem : etiam aduertat mulier, vtrum poſt actum iniectum ſemen viri retentum ſit. Si non exierit extra matricem, & appareant alia ſigna conceptionis, quæ infrà dicentur, cap. 5. ſeq. tunc quieſcat mulier per horam, tenendo coxas ſtrictas, & vngatur vulua ex pice liquida, olibano, & oleo per duos vel tres dies : & ſi intra illud tempus ſemen non exierit, ſignum eſt conceptionis. Si verò nondum ſigna conceptionis appareant, reuertatur ad ſupraſcripta remedia, & inter cętera confert hoc peſſarium. R. Foliorum hyperici, raſuræ eboris ana ſcrup. iiij. moſchi, ambræ orientalis, ana ſcrup. j. ceræ drac. j. s. cum ſucco nepitæ & polenta ex orobo, fiant peſſaria mollia cum ſerico tincto in grana kermetis : imponatur cunno, & teneatur longo tempore: eſt enim

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

de eis quæ à proprietate ad conceptionem disponunt. Artemisia valet contra sterilitatem prouenientem ab humiditate superflua: puluerizata cum bistorta & nuce moschata æqualibus portionibus, detur in puluere mane, & sero cum vino decoctionis artemisiæ: aut conficiatur cum melle in forma opiatæ, & fiat semicupium ex artemisia & foliis lauri, fomentando vuluam cum tali decoctione calida. Sunt alia multa, quæ sterilitatem remouent, & ad conceptionem habilitant: sicut comedere caricas cum foliis abietis, & spumam oui recentis, quando coquitur, cum vino bibere.

Aliud. Nasturtium tritum cum aceto da in cibo per quatuor dies continuos, statim post menstruationem.

Aliud. Pone in nascali stercus vulpis, & eo vncta coeat.

Aliud. Matricem leporis siccam tere, & da in potu cum vino, post menstruorum purgationem.

Aliud. R. Castorei, piperis ana g. xij. tēpera cū vino decoctiōis pulegij, & bibat.

Aliud. R. Hepar testudinis, & testiculos parui porci, quem solum mater ediderit: siccentur, & pulurizētur, & sumat in potu sterilis, siue mas, siue fœmina.

Aliud.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Aliud. Intingat mulier lanam in lacte asinæ,& vmbilico superligans coeat. Vsus sileris montani ad conceptionem potenter habilitat.

Aliud. Testiculi verris siccati in vmbra, puluerizati, cum vino bibiti post menstruationem mirabiliter valent. Saggenea seu Egetea supposita cum oleo de lilio in lana inuoluta & bibita, valet contra sterilitatem.

Ad mulierem quæ prius erat fœcunda, deinde sterilis est facta. Folia mali granati sicca, tere,& cum melle fac pessarium lõgitudinis quatuor digitorum,& post mẽstruationem impone, dimittendo diebus tribus, vt non tollatur. Item fac pessarium cum vua passa contrita cum granulis, & quando coagulata stillauerit, viro commisceatur.

De signis Conceptionis. Cap. IIII.

VLtra signa posita in præced.cap. plura alia sequuntur. Si capitella mammillarum suffusa & amplexata videãtur, ipsa quoque colore variato, oculis profundis, acie oculorum acuta, albugine plena atque turgida: hæc prægnantem declarant. Hippo. in libello de Superfœtatione dicit: Oculi prægnantis retracti & caui magis sunt, & liuidius eorum album.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

album. In Aphoriſmis verò inquit: Si vis ſcire ſi concepit mulier, dormituræ exhibe melicratum: ſi torſiones circa ventrem percipiet, concepit: ſi verò non, minimè. Extrahantur ex dextro latere mulieris duæ vel tres guttæ ſanguinis, & poſitæ in aqua fontis viui, ſi petant fundum, ſignum eſt quòd concepit: ſi verò non, non concepit. Mulier in lecto reſupina iacens, ſi ambas manus extẽdat ſuper ventrem lateraliter ab vmbilico, diligenter attendens, ſi prægnans eſt, ſentiet ſub manibus eius motum quaſi araneæ tranſitum, & percuſſionem, etiam ſi ex modico tempore eſſet prægnans. Si collum calidum, & dorſum frigidum ſit, conceptionis eſt ſignum.

Ad cognoſcendum, ſi Conceptus ſit maſculus vel fœmella. Caput V.

EX Hippocr. Mulier bene colorata marem, diſcolorata fœminam. Ex Gal. apium pone ſuper caput prægnantis, ipſa neſciente: ſi marem primò vocauerit, maſculum concepit: ſi verò fœminã, concepit fœmellam.

Aliud. Fac duas foueas in terram, in vna pone triticum, in alia hordeum, & in vtraq; pone de vrina prægnantis, coope-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

riendo cum terra. Si primò germinauerit triticum, pariet filium: ſi verò hordeum, fœmellam concepit.

Aliud ex Galeno. Si prægnans incipiens ambulare, mouet primò pedem dextrum, concepit filium: ſi verò ſiniſtrum, fœmellam.

Aliud. Granum ſalis ſuper papillam mulieris liga veſperi, mane reſpice: ſi ſal ſiccum permanſerit, marem concepit: ſi humidum, & liquefactum, fœmellam.

Aliud. Vterum prægnantis pertracta: ſi rotundum, plenum, habilem, & durum ſenſeris, ipſaq; colore ſit mundo, maſculum concepit: ſi verò oblongum, laxum, ineptum, ipſaque colore fuerit maculato, fœmellam concepit. Si papillæ mammillarum rubeæ ſint, marem concepit: ſi ad fuſcum tendant, fœmellam. Lac ſpiſſum & viſcoſum in conceptione maſculi: è contrà in conceptione fœmellæ. Ponatur de lacte prægnantis ſuper ſpeculum chalybis ſub radiis ſolis, ſi poſt horam vniatur vt margarita, ſeu perla vulgò vocata, maſculum concepit: Sin ſparſum defluat, fœmellam. Quando mulier eſt agilior, nitidioris ſeu mundioris faciei, & ſanioris appetitus, quietorum magis accidentium, & ſentit grauedinem in latere

dextro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

dextro, habetque lac spissius & crassius, augetur papilla, & rubescit, pariter & venæ earum sunt plenæ & rubeæ, & pulsus dexter est plenior & frequentior sinistro, & oculus dexter est velocioris motus sinistro, sunt signa quòd masculum concepit. Si vlcus in sinistra parte mulieris sit aut fuerit, & mulier concipiat, pariet filium: è contra verò filiam.

De modo generandi masculum vel fœmellam.
Cap. VI.

QVi vult masculum generare, liget sinistrum testiculũ dum coit: si verò fœmellam generare cupit, liget dextrum.

Aliud. Qui vult generare masculum, fascia pueri alba liget pedem dextrum: si verò fœmellã, fascia nigra liget sinistrũ.

Aliud. Adipe anseris & terebinthina vnge pudendum, & tertia die coeat.

De his quæ conceptum fœtum ab aborsu præseruant, & vsque ad debitum tempus conseruant. *Cap.* VII.

CAueat prægnans à motibus laboriosis, maximè à præcipiti scalarum descensu, & ab vsu eorum quæ menstrua prouocant, & aborsum: de quibus suo loco dictum est. Conseruat fœtum vsque ad tempus debitum portare lapidem aquilæ brachio sinistro appensum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Vſus diacoralli & diamargaritonis ante cibum vtilis eſt. Radix maluæ & parietaria à prægnante geſtatæ, proprietatem habent conſeruandi fœtum vſque ad debitum tempus. Cancer fluuialis comeſtus, aut in puluere potatus. Similiter lapis ſmeraldus collo appenſus, vt ventrem tangat, fœtum retinet vſque ad tempus debitum. Tormentilla confortat & conſeruat conceptum fœtum. Balſamita ſeu ſiſymbrium, vel mentha aquatica, prouocat menſtrua, matricem mundificat, fœtum autem iuuat.

Quando prægnanti accidit dolor renum & imi ventris, ita vt de aborſu hæſitet, ſcinde panem magnum ſecundum latum, & calefac vnam medietatem ad ignem, & eam partem, quæ eſt ex latere medullæ, infunde in maluatico vel optimo vino calido: deinde aſperge puluerem caryophyllorum, & calidum liga ſuper vmbilicum, ſtatimq́ue dolor vẽtris ceſſabit. Pone ſuper renes hoc ceratum, quod renes prægnantium confortat, & aborſum præſeruat.

R. Maſtichis vnc. ſ. ladani puriſſimi drac. iij. ceræ nouæ drac. ij. biſtortæ, acaciæ, hypociſtidis, ſanguinis draconis, boli Armeni, corticum mediarum caſtanea-,

rum

rum, cupularum glandium ana drac. s. terræ ſigillatæ drac.j.thuris,galbani, ſtyracis liquidæ,gummi Arabici ana drac.j. s.ſandalorum alborum & rubeorum,coralliorum rub. ana ſcrup.ij. piſſaſphalthi vnc.s.terebinthinæ abietis,ol.myrtillorũ añ.q.s.fiat ceratum in mortario cum piſtillo calido, addendo paulatim oleum myrtillorum,&terebinthinam,diu agitãdo cum piſtillo calido,donec debitã formã cerati ſatis tenacis recipiat, & de eo extẽdatur q.s.pro vice ſuper corio ſubtili debitæ figuræ.applicetur renibus, renouetur quando expedierit,& per interualla remoueatur,ne ſua aſſidua permanentia renes ſuperfluè calefaciat. Ad eandẽ intentionem valet vnguentum ſandalinum, & vnguentum Comitiſſæ. Conuenit ſemel aut bis in hebdomada,renes abluere aqua roſacea, & tertia parte vini albi tepidè, ad abſtergendum vnctuoſitatem, quæ remanet in poroſitatibus cutis, ex vnguento vel cerato. ſic enim facilius exhalat caliditas renũ ſuperflua, & virtus vnguenti vel cerati facilius penetrat,ac magis confortat.

Si ſit dolor renum chronicus, & ex lõgo tempore, extra conceptum cõuenit hoc vnguentum. ℞. Spicæ nardi, ſem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

anethi, dauci, ſeminis milij ſolis añ. drac. mediam, amyli vnc.ij. camphuræ drac.j. boli Armeni vnc. s. ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ ana drac.ij. croci ſcrup.j. vitellorum ouorum n°. iij. fiat vnguentum molle in mortario plumbeo, quo vngantur renes mane & ſero. Oleum de fiſticis, & oleum de granis pini, & laurinum, conferunt quando ægritudo renũ eſt chronica.

Si prægnanti pedes intumuerint. R. Olei roſacei drac.ij. aceti, ſalis triti ana drac.j. conquaſſentur inuicem fortiſſimè, & ex eis decenter calidis vngantur pedes leniter, & tandiu fricentur, donec manus abſque vnctuoſitate remaneant. Comedat volatilia, cydonia, mala granata, & ſimilia.

Quando venter prægnantis ventoſitate diſtenditur. R. Seminis apij, ameos, mẽthæ aquaticæ ana. drach.iij. maſtichis, caryophyllorum, cardamomi, rad. rubeæ ana drac.ij.s. nucis moſchatæ, zedoariæ, cinnamomi, caſtorei ana drac.ij. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo deſpumato, & dentur drach.ij. pro vice: aufert enim ventoſitatem prægnantium & aborſum.

Conferunt etiam clyſteria ſecundum hunc modum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

modum. R. Pulueris ſacchari vnc. iiij. diacatholiconis drach. vj. olei communis vnc. iij. vitellorum ouorum n°. ij. ſalis drac. j. cum brodio carnium, in quo cocti ſint flores meliloti, fiat clyſter. Caue ne ponas flores chamæmillæ, quoniam aborſum prouocant: melilotum verò prohibet aborſum.

Ad ardorem ſtomachi prægnantium, appetitum deperditum, & corruptum remouendum, detur ſuccus foliorum vitis domeſticæ, vel ſuccus capreolorum eius, aut iulep ex eo factum, acetoſitas citri, & eius ſyrupus, ſyr. de limonibus, de agreſta, de granatis, aut oxyſacchara ſimplex. Detur cochlearium ex eis, vel aliquo ipſorum ante cibum per horam vel mediam.

De Partu. *Cap.* VIII.

VT ex primo partu ſcias, quot & quales primum partum ſequantur, aſpice embryonem primi partus ſtatim, cùm vterum maternum exiuit: nam ſi caput embryonis capillorum congeriem habeat, quaſi circini, maſculum poſt ipſum embryonem parituram exiſtimato: ſin geminis circis, gemellos poſt illum partum pariet. Scitur quoq; numerus futuræ ſobolis ex primi infantis vm-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bilico. Quot enim nodos habet, tot proles paritura est: quot rotundos, tot mares paritura est: quot oblongos, tot pariet fœmellas.

De his quæ partum facilitant. *Cap.* IX.

LApis exebenos, quo aurifices limpidant aurum, portatus, partum facilitat, & cõseruat fœtum sine ægritudine. Cyclamen sub fœmore positum & bibitum, partum facilitat. Cingat se nudam mulier spolio serpentis, & pariet faciliter. Liget pariens radicem cucurbitæ super renes suos, & statim pariet: post partum statim remoueatur, ne etiam matrix exeat. Vnge vuluam ex oleo balsaminæ. Lapis aquilæ, coxæ parturientis alligatus, partum facilitat.

Medicamentum solenne partum facilitans.

R. Myrrhæ, castorei, styracis ana aur. j. sabinæ, cinnamomi ana. aur. s. trita & cribellata conficiantur cum melle despumato, dentur aur. ij. cum vino, est enim vltimum. Artemisia cocta in melicrato potui data, partum facilitat, & etiam cataplasmata. Confert suffumigatio vel vaporatio cum asphaltho & chamæpity calefactis super tegula. Si mulier transeat super lapidem, quem canis momordit, quando in eum proiectus est cubante

super

ſuper terram, partum facilitat, ex Galen. Raſura oſſium dactylorum cum vino pota, mirabiliter liberat parturientes. Quatuor aurei de cortice caſſiæ fiſtulæ cum vino bibiti, faciunt ſtatim parturire. Retentio magnetis in manu: capillus Veneris cum vino bibitus: & aqua caſtorei in potu ſumpta. Dare parturienti lac alterius mulieris, facilitat partum. Corallus coxę appenſus, idem facit. Centumnodia bibita cum aqua frigida, facit parturire ſine dolore, pariter & verbena. Herbam dragonteam ſuper duobus inguinibus alligatam permitte, & cito pariet: verùm ſtatim eſt remouenda ne matrix exeat. Pimpinella ſuppoſita idem facit.

Teratur ſemen pæoniæ cum oleo pomorum balſaminę, vngantur lumbi & vulua, & pariet ſine dolore. Serapion authoritate Raſis teſtatur, ſe dediſſe multis prægnantibus partui propinquis drach.ij. croci, quæ ſtatim parturierunt.

Ego vocatus pro vna muliere ciue Taurinenſi, dicta Caſtilina, omnibus ciuibus nota, imò notiſſima, quę cùm eſſet in partu, iam loquelam amiſerat, & operationem intellectus, veluti mortua, reſupina iacebat, oculis apertis, ſine ſenſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& motu. Tetigi, & inueni pulſum magnum, plenum & fortem. Habebat penes ſe chirurgum, qui expectabat, vt arte embryonem extraheret: Iuſſi eam ſedere in decoctione pulegij regalis decenter calida, & dari per os, dum in ea ſederet, drac. j. dictamni cum vino cocto.

Dixi chirurgo, vt in eius aurem diceret, ſu, ca.midur, & ſtatim peperit filium ſanum: & ipſa, Deo fauente, ſana facta eſt. Sunt modò pluſquàm triginta anni, & adhuc viuunt mater & filius, qui eſt bonus mercator. Hæc eſt doctrina Galen. in libello de facilè Acquiſibilibus. Appropinquante partu naturali, aſſiduetur balneatio in aqua decenter calida, ſedendo in ea, & vngantur inguina, pecten, & ilia, & alchatim, cum oleo de keiri, anethi, & chamæmillæ, & os vuluæ cum oleo balſaminæ, vel cum adipibus, & aliis ſupraſcriptis, & mucilaginibus lubricantibus, maximè ſi os vuluæ ſiccum appareat. In die verò partus, detur aqua fœnigræci in ieiuno, & ſit cibus eius gallina pinguis, caro pinguis, & olera lubricantia, & prohibeantur ſtiptica. Suffumigetur cum moſcho, & rebus odoriferis, claudendo ne nares ingrediatur. Cumque præ-

ſens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſens eſt partus, comedat rem paucæ quãtitatis, & multi nutrimenti, & bibat vinum odoriferum: deinde ſedeat hora vna, & tendat pedes ſuos, poſtea reſupinetur ſuper dorſum ſuum hora vna, mox ſurgat ſubitò, aſcẽdat gradus, & deſcendat & clamet. Cùm autem os matricis aperitur, & ſcinditur ſiphac, ſuffumigetur cum odoriferis, cauendo ne aſcendat fumus ad nares, & ſedeat ſuper cathedram, retropoſito puluinari, & attrahat aerem per os & nares, quantum poteſt, comprimendo ſe ad expellendum. Mulier verò pinguis, quæ difficulter parit, hoc modo pariat, more quadrupedum, ponẽdo caput ſuper terram, vel ante terram, & genua ſub ventre.

De extractione fœtus mortui in vtero. Cap. X.

Signa fœtus mortui in ventre matris hæc ſunt: Detumeſcunt mammillæ, infrigidatur ſumen, ſiue locus inter vmbilicum & pectinem: quando reuoluitur de latere ad latus, ſentit quaſi lapidem in ventre moueri ad aliud latus, in quod reuoluitur. Hippocrates in libello de Superfœtatione dicit: Mulier prope partum exiſtens, ſi cauos oculos habeat, vultu decolore, & toto corpore

liuido

liuido pedes turgeant, tanquam alba pituita morbóue subtercutaneo laboret, albas auriculas, acutásque nares habeat, liuidáque labia, hæc partum mortuum gestat, vel malè viuentem & exanguem, & non victurum, tanquam morbosum & immaturum, & ante tempus edet. His enim fœmellis sanguis aquosus est. Eis igitur post partum odorata apponantur, résque boni odoris comedant & bibant. Quibus nares ante vultum restituuntur, suúmq; colorem resumunt. si prægnantes carbones & terram comedere cupiât, & comedant, in capite puerorum editorum signa erunt.

Fœtum mortuum educentia, vel eum qui non fertur secundum naturam.

Fellis tauri quantitatem amygdalæ da cũ vino in duobus cochleariis, & statim emittet. Centumnodia cum vino bibita fœtum eiicit. Decoctio artemisiæ in melicrato bibita, & decoctio cheiri.

Cataplasma corruptiuum, & eductiuum embryonis mortui, absque matricis periculo & nocumento. Folia cupressi mollia coque in aqua, & tere diligenter, vt fiat consistentia, & pone super vmbilicum & ventrem, ligando cum fascia. Item sedeat supinè super sellam curuam, dormiat, &

emittet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

emittet abſque dolore. Naſcale ex obolo opopanace, eſt ſine periculo expertum. Suffumigatio cum cortice pini, expellit fœtum mortuum: ſimiliter decoctio florum violarum bibita. Aurei quatuor radicis filicis maſculi cum melicrato bibiti, expellunt fœtum mortuum. Sabina bibita & ſuppoſita fœtũ mortuũ educit, ſatureia trita ſuper ventrem poſita. Calamenthum, cedria, & vtraque centaurea appoſita & bibita, corrumpunt embryones, & eiiciunt. Ladanum in ſuffumigio cum emboto matrici impoſito, fœtum mortuum extrahit, & ſecundinam. Petroſelinum in vuluam miſſum, fœtum mortuum & ſecundinam extrahit, & potum mundificat matricem ab humoribus craſſis. Naſcale ex oleo de ſerbin, extrahit fœtum mortuum, pariter & galbanum ſumptum, & elixatura herbæ pedis coruini bibita. Decoctio lupinorum cum ruta & pipere bibita, & cum melle & myrrha ſuppoſita extrahit embryonem.

Ad idem. R. Ariſtol. vtriuſq; aſſæ fœtidæ ana drach. v. ſpicæ nardi, agarici ana drach. iij. myrrhę drach. j. confice cum decoctione ariſtol. & da drach. ij. Cacumina hederæ trita, melle addito, & ſup-

poſita

Posita: pariter pimpinella trita & suppo-sita, fœtum mortuum expellunt. Folia iu-niperi cum aqua mellis bibita, idem fa-ciunt. Quòd si his remediis non pariat, cum vncinis discretè extrahatur.

De extractione Secundinæ. **Cap. XI.**

DEntur vnc. ij. lixiuij facti de cinere frigido, cum drach. iij. seminis mal-uæ ad bibendum: & prouocetur sternu-tatio cum puluere hellebori albi nari-bus insufflato, statim eiiciet. Suffumi-gium ex ladano cum emboto, & petro-selinum in vuluam missum, extrahunt secundinam. Idem præstant folia iuni-peri cum aqua mellis bibita. Extrahatur succus petroselini & porri, & misceantur cum oleo de pulegio vel muscellino, & ponatur in vulua. Exhibeatur in potu succus borraginis, ipse enim solus suf-ficit ad educendum secundinam. Suffu-migium ex blactis bysantis, decoctio keiri bibita, & cinnamomum cum myr-rha potatum expellunt secundinam. R. Abrotani, rutæ, nasturtij, prassij, aristol. rot. ana vnc. j. ficuum siccarum n°. xx. el-lebori albi drach. ij. olei de lilio vnc. iiij. coquantur in s. q. aquæ, & cum ea calida suffumigetur, sedendo super cathedram perforatam cum emboto in matricem immisso

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

immiſſo : poſtea iniiciatur baſilicon diſſolutum cum aqua decoctionis vſneæ. Decoctio florum ieſmini ſecundinas & mortuos fœtus corrumpit & extrahit bibita. Suffumigatio cum cortice pini eiicit ſecundinam, ſimiliter & galbanum ſuppoſitum.

De his quæ purgant matrices parturientium. Cap. XII.

VTraque ariſtol. cum myrrha & pipere purgant matrices parturientium, prouocant menſtrua, & extrahunt fœtum. Radix pæoniæ bibita quantitate amygdalæ, mundificat matricem à ſuperfluitatibus partus, & prouocat menſtrua. Partes teneriores menthæ coquantur in vino, & ſupponantur, mundificant enim matricem. Decoctio florum violarum bibita, prouocat menſtrua retenta poſt partum. Decoctio berbenæ, & folia iuniperi cum aqua mellis bibita idem faciunt. Vide caput de Menſtruis.

De doloribus poſt partum, & de aliis ſymptomatibus. Cap. XIII.

EXhibeatur ſquinanthi decoctio calida ad bibendum. Applicetur emplaſtrum de baccis lauri. Vitella ouorum multum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

multum coctorum in aqua tere cum axungia, cymino, & ſucco artemiſię, & fac cataplaſma. Coquantur cæpæ in aqua, terantur cum oleo, cymino, & vitellis ouorum, & applicentur calida ſuper ventrem. Bulliant cæpæ parum in aqua vel vino, & tritæ aſſentur in patella cum oleo communi, emplaſtri more impoſita, dolorem ſtatim tollũnt. Radix altheæ cocta, contuſa, cum axungia applicata, iuuat. Suffumigium ex baccis lauri ſuper prunas poſitis, aut ex ſtyrace, thure, & elaterio confert. Sedeat in aqua calida vſque ad vmbilicum, & inungatur vulua ex oleo violaceo tepido. Semicupium ex vſneæ decoctione, vel ſuffumigium ex eo. Elixentur folia lauri, ponantur in ſacculo, & ſedeat ſuper eum calidum. Fomenta ventrem cum eodem calido. Oleum de pomis balſaminæ inunctum, valet plurimum. Si poſt partum natura vulnerata remanſerit, teſticulos tauri, cum aqua frigida, roſis, & modico croci diſſolue, & appone. Oleum de pomis balſamitæ appoſitum, optimum eſt. Peſſarium ex butyro confert. Ad eas quæ poſt partum remanent decolorate, tere pumicem, & cum vino dulci ieiuno da in potu.

Aliud

Aliud. Balaustia cum myrto coque, & da in potu.

Aliud. R. Fæcis vini antiqui, radicis lilij, & allij ana. misce, & vnge faciem in sero, donec rubeat: mane laua, & perseuera, donec colorem bonum resumat.

Ad tumorem ventris, qui remanet post partum, exhibeatur in potu diamarte, aut alchechengi. Aut serapini cum origano, & mastiche ana scrup. j. fiant pilulæ quinque, sumantur vna vice, statim pòst bibendo vnc. iiij. aquæ florum liliorum alborum calidé. Ad Sodam quæ remanet post partum, liniatur frons ex cinere & aceto. Ad febrem quæ remanet post partum quæ communiter fit, quando enixa malè purgatur à menstruis, maximum remedium est, mestrua prouocare cum his quæ statim infrà dicentur: verùm enixa non bibat vinum, sed aquam hordei. Quòd si egeat ventris lenitione, aut euacuatione, purgetur etiam cum phlebotomia saphenæ, quæ in hoc est præstantissima.

De menstruis retentis post partum.

Cap. XIIII.

SI menstrua post partum retineantur, & sit mulier sine febre, fiat primò sessio in aqua decoctionis chamæmillæ, ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

temisiæ,& consimilium, calida, vsque ad vmbilicum: deinde fiant ligaturæ coxarum, quæ citò soluantur: frictiones fortes trahentes ad inferiora: applicentur ventosæ super coxas in parte interiori sine scarificatione, iterando frictiones, vt suprà. Cùm verò in partu exit parum sanguinis, & non est febris, suffumigetur cum sinapi, bdellio, & myrrha: aut cum oculo piscis saliti: aut cum vngula asini, vel equi. Prouocetur sternutatio. Exhibeatur drach. j. trochiscorum de myrrha, cum vino albo. Quòd si hæc non sufficiant, fiat phlebotomia saphenæ, & administrentur ea quæ dicta sunt in cap. 12. præced. de his quæ purgant matricem parturientium. Si autem sit febris, vtatur subtili diæta, bibendo aquam hordei,& prouocentur menstrua cum sessione in decoctione chamæmillæ calida, frictionibus,ligaturis,& phlebotomia saphenæ.

Electuarium ad prouocandum menstrua retenta post partum, ad lac minoratum, ad sputum sanguinis & saniei, tußim, & anhelitum dilatatum. R. Succi praßij vnc. vj. vini boni, mellis ana vnc. j. piperis albi,thuris,myrrhæ ana drach.j. coquatur succus praßij cum vino in parua olla, lento igne,

igne, ad consumptionem duarum partium: addatur mel, coquatur lento igni, donec coaguletur sicut mel, addantur reliqua puluerizata subtilissimè, & cribellata, diligenter simul miscendo. Dosis est cochlearium vnum singulo die ieiuno, & sanat tempore breui.

De prouocandis menstruis absque partu. Cap. XV.

CHamæmilla menstrua prouocat, & aborsum, tollit torsiones ventris. Calamenthum suppositũ, & herba pedis coruini bibita & supposita idem faciunt. Chamæpitys purgat matricem, & eam mundificat, menstrua prouocat, & confert matrici frigidæ super pudenda emplastrata.

Aliud. Nepitam vel calamenthum, rutam, corticem mororum celsi ana. coque in vino, & bibat.

Aliud. Myrrham, nigellam & rubeam cum vino bibat, aut myrrham solam cum vino, aut bibat laccam in ouo sorbili. Decoctio asari, carui, & seminis apij bibita, prouocat vrinam & menstrua potenter. Sabina in prouocandis menstruis fortior est omni alia re. Squinanthum bibitum, & super pudẽda cataplasmatum, aut in pessario positum, fortiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

menſtrua prouocat. Duas ficus & obolum nitri tere,& appone in peſſario. Terantur folia centaureæ cum aqua,& fiant pilulæ, & ponatur vna in ore matricis. Peſſarium ex agarico ſubtiliſſimè pulueꝛizato cum ſucco cyclaminis & oleis calidis,bene operatur in prouocando.Grana piperis cum ſtaphiſagria da poſt balneum cum vino bibere,& citò ſubuenit. Aquam in qua fermentum vetus diſſoluatur,quando fit panis,da in potu.

Decoctio purgans matrices,diſſoluens ventoſitates & menſtrua prouocans.

R. Florum ameos,harmel, aſari, florum chamæmillæ, fœniculi, gentianæ, ſpicæ nardi, ſquinanthi, chamæpityos, rubeæ,aniſi,chamædryos ana drach. decem. coquantur in libr.iij.aquæ ad conſumptionem duarum partium. coletur, & in colatura diſſoluatur ammoniaci drach.j. & dentur de ea vnc.iij. mane, eſt enim mirabilis.

Electuarium prouocans menſtrua & vrinam, fortiter diſſoluens ventoſitates.

R. Aniſi, laccæ,ariſtol.rot. gentianæ, mei, phu, ſpicæ nardi, coſti ana.confice cum melle. Doſis eſt drach.iij.cum aqua decoctionis fœniculi.

Electuarium

Electuarium optimum quod purgat matrices, aperit oppilationes, prouocat menstrua, valet ad vertiginem, & scotomiam, incidit phlegma viscidum, calefacit corpus, prodest cõtra venena, febres chronicas, & ægritudines diuturnas. ℞. Agarici aristol. rot. succi marrubij, laccæ ana drach. v. assæ fœtidæ, rhabarbari, spicæ nardi, galbani, phu, seminis fœniculi, radic. apij, trium piperum ana drach. vj. ligni aloes aur. iiij. turbith drach. x. trita & cribellata conficiantur cum syrupo facto ex melle, asaro, agarico, spica nardi, & lacca inuicem coctis. Dosis est drach. iiij. Prouocant menstrua omnino retenta, sabina, calamenthum vtrunque, myrrha, pulegium, asarum, costus amarus, cassia lignea, cinnamomum, aristoloch. amomum & consimilia, teste Galeno 5. de Simplicib. cum aqua potestate calida, vt fœniculi, vel artemisiæ, &c. Animaduertendum, quòd galbanum, quando per os administratur, sicut in hoc casu, debet prius in petia ligari, & suspendi in vase terreo oblongo, vas ponatur in aqua calida, donec liquescat galbanum, & colligatur illud, quod est in fundo vasis liquefactum & colatum, reliquum abiiciatur. Quando menstrua non fluunt tempore debito &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſolito, illud accidit triplici de cauſa. Aut propter defectum ſuperfluitatum purgandarum, & tunc nullum cauſatur nocumentum, & ſtultum ea eſſet prouocare: Aut quia per alias partes purgãtur, vt per fluxum hæmorrhoidum, vel ſanguinem narium, aut per conſimiles euacuationes: tunc laborandum eſt, vt per locum à natura ordinatum purgentur: Aut quia retinentur, & tunc tumet venter, dolent renes, caput, ilia, & præcordia, adeſt nauſea, & alia ſymptomata: tunc prouocanda ſunt, prius purgationes vniuerſales adminiſtrando: deinde ſunt exhibenda leuiter aperientia à principio, ſucceſſiuè validiora. Cum appropinquat tempus menſtruationis, & apparet aliquod veſtigium, fiant ſeſſiones in aqua calida, in qua ſint cocta aperientia ſuperius enarrata, vt cum pulegio, artemiſia, chamæmilla, & ſimilibus: in eadem quoque decoctione calida lauentur tibiæ cum fricationibus trahentibus ad inferiora. Fiant ligaturæ coxarum, & applicentur ventoſæ ſuper eas in parte interiori, ſine ſcarificatione, ſecetur ſaphena, ſi opus ſit, dando trochiſcos de myrrha. Exhibeatur decoctio meliſſæ, quæ prouocat menſtrua, ex longo tempore retenta.

Electuarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Electuarium adiuuans eam quæ malè purgatur, & cum difficultate, tollens dolores matricis. R. Spicæ Indæ, ſpicæ Romanæ, aſari, corticum caſſiæ ligneæ, rubeæ tinctorum, aniſi ana drach. ij. medullæ ſeminis melonum & cucurbitarum, medullę granorum phaſeolorum, ſeminis apij, rutæ, ciceris nigri, ſeminis endiuiæ, berberis, coſti ana drach. j. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo deſpumato, & dentur de eo omni die drachm. iiij. ieiuno, cum brodio cicerorum rubeorum & phaſeolorum per octo dies continuos, ante aduentum temporis menſtruationis.

Encathiſma ex decoctione abrotani, cum ſuppoſitorio ex abſinthio & artemiſia, in oleo nucum coctis, prouocat menſtrua, & aperit oppilationes matricis.

Aliud. R. Ariſtol. rad. ireos, laccę ana. confice cum decoctione eupatorij. Doſis eſt drach. iiij. cum aqua calida.

Decoctio chamæmillæ prouocans menſtrua, & auferens dolores fortes matricis. Rec. Chamæmillæ aur. ix. ariſtoloc. rot. aur. iiij. laccæ drachm. ij. ſpicæ, cinnamomi, radicis ireos, ligni aloes ana drach. j. coronæ regiæ (& eſt melilotum) drach. x. coquantur ſecundum artem ad con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſumptionem duarum partium, & dentur vnc.v. pro vice in mane.

Electuarium folij, prouocans menſtrua, tollens ægritudines fortes mulierum, quæ accidunt matricibus earum, & calefaciens renes. R. Folij aur.xx. cinnamomi, ſpicæ nardi, ſpicæ Rom. caſtorei, rubeæ, trium piperum, caryophyllorum, ligni aloes ana drachm.x. rhabarbari, maſtichis, cymini, alithmi, id eſt ſeminis carthami Indi, ana aur. xvj. confice cum melle, & detur quantitas auellanæ.

Ad potenter prouocandum menſtrua, tollendos dolores matricis, confortandum ſtomachum debilem, & intercipiendum fluxum chronicum. R. Ariſtol. vtriuſque ana aur.xx. radicis ireos, laccæ, ſquinanthi, marrubij ana drach. viij. rhabarbari electi drach. xxv. ſpicæ nardi, ligni aloes ana aur. xx. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo deſpumato: dentur drach. iij. cum aqua calida, & ad intercipiēdum fluxum dentur cum decoctione ligni aloes: ad menſtrua verò prouocanda, cum decoctione aſari & chamæmillæ.

De menſtruis ſuperfluis retinendis. Cap. XVI.

PRo retinendis menſtruis ſuperfluè fluentibus, incipiendum eſt à leuioribus

ribus, vngendo renes vnguento ſandalino, præcipiendo quietem & abſtinentiam à rebus aperitiuis prouocantibus, vt ſuprà, faciendo frictiones & ligaturas brachiorum, applicando ventoſas ſine ſcarificatione ſub mammillis, vngere vẽtrem ex vnguento comitiſſæ calido, & ex eodem frigido renes.

Coriandrum & baſilicon incende, trita inuolue in aceto, & appone in peſſario tincto in ſucco lapathi. Balauſtia, nux moſchata, teſta nucis Indicæ, gallæ, folia quercus, bedegar rubi, agrimonia, plantago, & ſimilia, ad intra & ad extra applicata iuuant. Nihil eſt quod citius reſtringat quàm ſcrup. j. vel drach. ſ. vel ſcrup. ij. philonij Perſici vel Romani, per horas duas poſt cœnam, inuoluendo in hoſtia madefacta in vino. Item exhibere drach. j. trochiſcorum de carabe cum aqua portulacę, vel burſę paſtoris, vel plantaginis. Similiter retinet fricatura hematitis ſuper cotem, bibita cum aqua frigida. Nux cupreſſi, & radix peucedani æqualiter cum vino bibita, & ſpica in potu ſumpta, retinet menſtrua ſuperflua, & prouocat vrinam à proprietate. Idem faciunt grana interiora vuę cum vino bibita. Da coagulum hœdi ſicci in potu cum vino:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

coralium rubeum, & cornu cerui vstum cum vino nigro. Folia maluę viridis cum vino pota retinent menstrua: & similiter vinum extinctionis ferri candentis. Partem interiorem gallæ & olibanum coque in aqua, tere & fac pessarium, & impone secundum exigentiam: aut impone polygonum tritum inuolutum in lana.

Emplastrum optimum retinens menstrua.

R. Lentium excorticatarum lib. j. bursæ pastoris, plantaginis ana m. iij. stercoris caprini & asinini exiccatorum ana vnc. j. s. licij, acaciæ, hypocistidos ana vnc. j. thuris vnc. s. sanguinis draconis vnc. j. s. menthæ siccæ vnc. j. gypsi vnc. iiij. alborum ouorum n°. v. farinæ fabarum vnc. iij. infundatur gypsum in aceto per dië: deinde bulliant cum succo plantaginis omnia simul, & fiat emplastrum, quod applicetur antè & retrò, superligando. est enim solenne remedium ad menstrua retinenda.

De fluxu mëstruorum alborum, rubeorum, vel nigrorum, vel subsanguineorum cum dolore vel sine. Cap. XVII.

HIppo. in Apho. dicit: Quibuscunque menstrua fluunt nõ secundum tempus aut dolorë proprium, eas purgatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ne indigere significat. Facta ergo purgatione humorum peccantium, terantur capita papaueris nigri recentia cum seminibus suis, coquantur in aqua ad consumptionem medietatis, & colentur: colaturæ addatur mellis puri, secundum proportionem decoctionis, & iterum lento igni coquantur ad spissitudinem mellis: deinde addatur acaciæ, hypocistidos ana parum, & detur de eo mane, & quando vadit dormitum detur semen papaueris nigri ad bibendum cum vino rubeo. Fac pessarium cum testa oui trita cum cera, & olibano, Acaciam tere cum aceto, & pone in pessario cum lana. Sedeat in decoctione tamarisci & gallarum. Anisum abscindit humiditates albas à matrice fluentes. Nascale ex succo foliorum oliuæ syluestris, aut ex succo, vel aqua pomorum mandragoræ cum sulphure, abscindit fluxum matricis. Cinis ligni tamarisci suppositus: virga pastoris supposita, aut in vino cocta, & melle addito sumpta, abscindit fluxum humiditatum matricis. Decem vel xij. grana pæoniæ rubea, cum vino bibita, cornu cerui, & cardoncellus cum nepita iuuant. Clysterizare matricem ex decoctione vinaciarum, sistit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

fluxum matricis antiquum. Naſcale ex acetoſa, vel cortice thuris, vel ſucco ſolatri idem faciunt. Berberis bibita & comeſta, fluxum antiquum à matrice ſanant. Naſcale cum fimo bouino exiccato, trito, & miſto cum olibano confert. Idem facit cornu cerui vſtum, bibitum vel ſuppoſitum. Semicupium cum ſanguine draconis in aqua cocti optimum eſt.

R. Gallarum partes duas, ſquinanthi p. j. trita & cribellata conficiantur cum optimo vino Pontico, & in eo infundantur paruæ petiæ, quæ poſtea permittantur exiccari, & ſupponatur vna in matrice, quæ intus dimittatur per tempus.

De ſuffocatione matricis. *Cap.* XVIII.

QVando accidit præfocatio matricis, fiant ligaturæ fortes, frictiones coxarum & tibiarum, ſemper trahendo ad inferiora, & ponatur in naribus eius puluis ſinapis, & cito excitabitur.

Notandum quòd præfocatio matricis fit aut à retentione ſeminis, ſicut in monialibus, vel viduis, & huiuſmodi: aut à retentione menſtruorum.

Si fiat à prima cauſa, curatio eſt vt coeat, ſi nupſerit: ſin ſit vidua aut monialis, accidit quandoque dolor in ore matricis, & ſymptoma forte, vt niſi cito ſuccurratur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

curratur, exulceretur, quandoque etiam ad hypocondria aſcendens, ſuffocationem faciat, dolorem fortem cordi ſuperuenientẽ. Redditur amara ſaliua, aut velut aceto & aqua os impletur, tibiæ frigent, caput & lingua formicitant, & vox deficit. Sub matrice ponenda eſt lana oleo de maiorana, vel alio bene redolenti inuoluta. Naribus offeratur aſphalthum, galbanum, aſſa fœtida, aut aliud ſimile mali odoris. Prouoca vomitum & ſternutationem. Frictiones ſunt adminiſtrandæ in vulua & ore matricis, cum digitis vnctis oleo maioranæ, vel de lilio, in quo diſſoluta ſit confectio galliæ moſchatæ, vel confectio neræ, calidè fricando, donec exeat ſemen retentum.

Quando fit à retentione menſtruorum, menſtrua ſunt prouocanda; ſed in paroxyſmo ſuccurrendum eſt cum frictionibus, ligaturis, ſternutatoriis, prouocatione vomitus, & aliis remediis infraſcriptis. Odorare ſerapinum vel aſſam fœtidam, cito excitat. item fumigare, cũ eis ſuper prunas poſitis, vt fumus nares ingrediatur, aut cum ſemine lini & ruta. Poſtquam ad ſe redierit, & laborat retentione ſpermatis, dandum eſt caſtoreum cum vino. Lana autem ſuppoſita

maneat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

maneat, donec ſanetur. Cor leporis ſic-cum da cum vino in potu. Radix mali granati dulcis puluerizata cum vino data confert: caſtoreum cum aniſo ex vino: aut cymini partes duas, nigellæ p. vnam, trita cum vino. Quindecim grana nigra ſeminis pæoniæ cum melicrato bibita, cito ſubueniunt præfocationi. Appone ſuper vmbilicum rad. leuiſtici tritam cum axungia. Odor galbani excitat præfocatam, & odor rutæ. Item fricare rutam digitis, & imponere in naribus. Diſſolue ſulphur in aceto, & frica nares interius cum digito in eis intincto: aut pone in nares acetum calidum, cæpam tritam, elleborum album, caſtoreum, aſphalthum, vel euphorbium. In periculo detur caſtoreum cum aniſo & vino vt ſuprà. Quòd ſi repletio humorum in veſica, dolores magnificet, adſit formicatio tibiarum, & vrina concludatur, rutam cum bono melle miſce, & line os matricis.

Aliud. Lenticulas infunde in vino, poſtea tere, & cum lana calefacta collige & ſuppone, quia mirificum eſt: aut inuolue lanam mollem in pice liquida, & impone. Fiant clyſteria, & aliæ purgationes neceſſariæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De descensu matricis. *Cap.* XIX.

DEscensus matricis, aut est cum exitu aut sine. Quando descendit matrix ad fundum ventris, & non exit ad extra, adest dolor in sinistro latere, retentio menstruorum, mingendi difficultas, torsio, & rugitus in ventre. Cura huius est, vt des apium, fœnumgræcum, & rutam in vino bibere: aut fac puluerem ex agarico, asphaltho, semine plantaginis, & semine satureiæ, & exhibe in potu, aut cum melle cocta. Fomentetur vmbilicus cum lana in vino & oleo infusa, aut cum auena prius aqua irrorata, deinde post modicum tempus calefacta in sacculo, super pectinem calida applicata. Appone naribus aromatica, vt moscum, ambram, spicam, styracem & similia. Inferius suffumiga cum rebus malè olentibus.

Ceratum optimum & expertum. R. Mastichis, ladani ana drach.iij. galbani vnc. s. gummi, styracis drach.ij. cōfice in mortario cum pistillo calido, extende super corio subtili rotundo, & applica super vmbilicum, tenendo desuper.

Vt matrix de loco suo non moueatur, & vt nulla duritie molestetur. Rec. Medullæ cerui, adipis anseris recentis,

ceræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ceræ rubeæ, butyri ana vnc.j. deinde accipe fœnumgræcum & ſemen lini, & coque in aqua lento igni, vſque ad plenam coctionem, & cola. Colaturæ prædicta admiſce, & iterum coque parum cum eis, & vtere in peſſario.

Quando autem matrix deſcendit, & exit foras, ſtatim poſt partum, tunc applica auenam calefactam, prius tamẽ aqua aſperſa, vt ſuperius dictum eſt, & imus ſacelletur venter cum ea calida. Item R. Terebinthinæ abietis, medullæ cruris vituli recentis liquefactæ & colatæ, opij, croci, roſarum ana parum. fac peſſarium, & impone diſcretè.

Si verò non propter partum, ſed propter alias cauſas exit, ſpongiam in aceto infuſam, applica, & ſtatim reſtringet egreſſam. Folia vrticæ viridia loco emplaſtri appoſita, matricem exeuntem cohibet. Suffumigium ex foliis & ramis buxi per inferius valet. Dare oſſis de corde cerui & foliorum lauri ana drach. j. myrrhæ ſcrup. j. cum vino, facit eam reuerti in locum ſuum. Seſſio in decoctione gallarum plurimum valet. Ammoniacum diſtempera cum ſucco abſinthij, & vnge ventrem cum penna: deinde accipe caſtoreum, rutam, & artemiſiam, coque in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

vino ad consumptionem duarum partium, cola & da ad bibendum. Saccelletur venter & vmbilicus ex frumento cocto, deinde aspergatur matrix egressa ex subtilissimo puluere ossium dactylorum combustorum, aut ex puluere mumiæ, licij, hypocistidos, & gallarum perforatarum, omnia subtilissimè puluerizando. Intret balneum decoctionis gallarum, balaustiorum, rosarum, corticum granatorum, glandium, sumach, myrtillorum, & lenticulæ: aut fiat ex eis stupha, aut suffumigatio cum emboto post balneum. Et quoties matrix exierit, aspergatur puluis vt suprà, & iterum reducatur, quiescente muliere resupina per aliquot dies. Vide quæ scripta sunt ad exitum intestini recti, quia huic applicari possunt.

De doloribus matricis. *Cap.* XX.

RAdicē pæoniæ vel ireos, vel grana xv. seminis polygoni, vel pulicariæ, da cum vino in potu: succum vrticæ appone, vel folia melissæ cocta in vino. Fac vnguentum cum ruta viridi trita cum butyro & adipe porci.

Quando dolor est antè & retrò, in fœmore & ischio, & per totum ventrem, bu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tyrũ permisce medullæ ceruinæ,& impone. Non possunt neque surgere, neque dormire, quando sic patiuntur,& hoc remedium sanat eas. Quando verò dolorem pectinis, dorsi & ventris, frontisque patiuntur,& diu stare non possunt, adipẽ anserinum & mel rosaceum cum optimo vino tere,& cum petia suppone.

Illæ quæ dolores matricis patiuntur, si cum viro dormiunt,& passio perseueret, colicæ fiunt. Vniuersaliter autem venas latas habent, & sunt libidinosæ, natura intumescit eis plus interius quàm exterius: patent palpebræ oculorum quando concumbunt. Curabis sic. Lac mulieris, quæ masculũ peperit, & cerussam misce, calefac, & pone pessariũ in ore matricis.

Electuarium ad dolores matricis, ventris, renum, iliorum, & ventositates ex longo tẽpore, quod composui pro vna nobili muliere, quæ Deo fauente, statim conualuit.

R. Aristol. rot. cymini torrefacti, medullæ carthami, serpylli, fœnigræci, baccarum lauri, sampsuci, spicæ nardi, acori, hyssopi siccæ, carui, origani, squinanthi, mastichis, anisi, gingiberis ana vnc. j. turbith, radic. ireos siccæ, asari ana drac. iij. agarici albi vnc. s. folij Indi, cinnamomi electi, ligni aloes ana drac. j. trita & cribellata

cribellata conficiantur cum melle optimo despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ: de quo capiat omni mane drac.j. pro uice per tres horas ante prandium inuoluendo in nebula vino madefacta. Emplastrum de baccis lauri super ventrem positum, tollit dolores matricis, ventris, renum &c. qui fiunt à causa frigida. Sessio in decoctione vsneæ sedat dolorem matricis.

De duritie, apostematibus, inflationibus, tumoribusq; matricis. Cap. XXI.

AD duritiem matricis, cyminum tritũ & folia rutæ assume cum pice liquida & butyro, fac pessarium cum lana & impone. Fomentatio ex foliis & radicib. ebuli, soluit durities matricis: similiter & semen ebuli cum vino bibitum. Oleum de pomis balsaminæ, & de lilio, optima sunt. Item radix lilij & eius folia elixata & apposita. Folia & flores iesmini fomento adhibita, sanant phlegmones, maturas maximè, & apostemata ex longo tempore indurata. Ceratum de hyssopo descriptione Philagrij, resoluit omnes durities matricis, & aliorũ membrorum. Encathisma ex decoctione ireos, aut fœnigræci, aut vtriusque, soluit duritiem matricis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Adeps anatis ſoluit duritiem matricis, & habilitat ad generandum.

Ad eas quæ tumorem habent, nec faciunt aliquid ſanguinis, appone in peſſario adipem anſeris cum lana.

Ad eas quæ patiuntur apoſtemata, aut fiſtulas, aut ignem ſacrum, & febrem, & punctionem, & vlcera, & alia conſimilia. R. Ceræ citrinæ, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, adipis anatis ana opij parum, miſce cum oleo cyprino, & vtere in peſſario. Ad inflationem & apoſtemata matricis butyrum cum roſis & opio aggrega cum melle, & impone peſſarium. Suffumiga cum cera, ſ rapino, & terebinthina ſuper prunas, emboto ſuppoſito.

Signa huius diſpoſitionis ſunt lumborum dolor, & circa matricem, pruritus in natura & in ventre, humidior eſt, & ſe rheumaticam factam ſentit. Radicem itaque liquiritiæ cum ſucco mali granati miſce, & vnge poſtquàm vrinauerit.

De pruritu vuluæ. *Cap.* XXII.

FOmentatio cum foliis ebuli tepidè pruritum vuluæ curat.

Aliud Folia menthæ, cortices granatorum & lentes excorticatas in vino, miſce, & fac peſſarium. Confert etiam abluere ex decoctione ſaluiæ.

Aliud

Aliud. R. croci, camphuræ ana ſcrup. ß. plumbi vſti ſcrup. j. baccarũ lauri drac. ß. trita & cribellata confice cum albo oui, & applicetur, prius loco linito cum oleo roſaceo.

Aliud. R. croci, camphuræ, lactis, lithargyrij & albi ouorum ana. pone in peſſario: vel fac peſſarium cum fœnogræco & ſanguine anſeris.

De cancro matricis. *Cap.* XXIII.

SIgna ſunt, dolor in vẽtre & pudendo, vt putet ſe ſpinam vel lignum habere in corpore, & aliquando effuſio ſanguinis cum vrina. Betam albam, alumen ſciſſum, & nitrum tere in mortario ligneo, cum piſtillo ligneo, & appone cataplaſma.

Aliud. Succum ſolatri cum adipe anſerino, addendo parum croci, pone in peſſario. Spica deſiccat humiditates currentes ad collum matricis. Vide ea quæ de curatione Cancri infrà dicentur.

De vlceribus matricis. *Cap.* XXIIII.

CEram, myrrham, & adipem porci, cum melle aggrega, & cum lana ſuppone.

Aliud. Teſtam oui aſſatam cum ſeſeli & roſis miſce, & impone.

Aliud. Artemiſiam & adipem anſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rinum, oleo rosaceo misce & impone. Virga pastoris cum vino cocta, addito melle, optima est ad vlcera matricis: abscindit enim fluxū humiditatū. Si sanies nigra exeat cum fœtore, primò iniice succum solatri, plantaginis, & portulacæ cum vitello oui, & lacte mulieris. Sedeat in aqua decoctionis rosarum, myrtillorum, balaustiorum, lentisci, gallarum, fœnigræci, radic. millefolij, apij, & peucedani. Si verò putrefactæ sint venę, detur sanguis draconis, thus, aristol. rotunda, bolus Armenus, myrrha, vel separata vel mista. Leue & optimum remedium est iniicere lib. s. aquæ mellis cum vnc ij. succi apij, & drac. s. myrrhæ subtilissimè tritæ mundificat: aut fiat iniectio cum vnc. iiij. sapæ vini & vnc. iiij. lixiuij mediocris.

Quando verò dolor est fortis. R. Olei de croco, ol. de floribus matricariæ ana vnc. j. ol. de keiri citrina vnc. ij. myrrhæ, sarcocollæ, opopanacis ana drach. j. terebinthinæ abietis drach. vj. ceræ q. s. fiat vnguentum molle, & bulliat in succo apij ad succi consumptionem, & eo vtaris in pessario.

Ad incarnandum vlcera post mundificationem. R. Centaurij minoris lib. s. rad. ireos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ireos, conſolidæ vtriuſque, foliorum agrimoniæ ana m.iij.ſarcocollæ, gummi tragacanthi, gummi Arabici, mumiæ, thuris, hypociſtidis ana drach. j. coquantur in lib. xxx. aquæ ad conſumptionem medietatis: poſtea colentur, & colaturæ addantur ſcoriæ ferri præparatæ drac. x. iterum parum coquantur, colentur, & fiat in ea ſeſſio.

De hydrope matricis. *Caput* XXV.

SIgna hydropis matricis, ſunt nares muccoſæ, oculi nigri, torpor per loca calida. Cyminum, vuam paſſam, ſal modicum, ſimul miſta contuſa appone. Rubi decoctionem bibat ieiuna. Signa matricis tumorem patiẽtis: vlceribus nimis impletur, extrema oculorum fiunt ſanguinea, febres aſſiduæ, acutæ. Cyperum & rutam cum vino albo congrega, & bibat ieiuno vnc. iiij. s.

De hæmorrhoidibus matricis. *Cap.* XXVI.

AD hæmorrhoides, quæ contingunt in ore matricis coronam ſpinæ (eſt bedegar rubi, hoc eſt, lanugo quæ naſcitur ſuper rubum ad modum ſpongiæ) vel echinos caſtanearum tere ſubtiliter, & ſuperaſperge.

Aliud. Fac encathiſma ex decoctione foliorum aron, & verbaſci in vino,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aqua, vel in vtroque.

De intemperie & ventositate matricis.
Cap. XXVII.

AD matricem frigidam. Si friget, dolet, sanguinẽ profert, & frigidus sudor superuenit, accipe, mellis, terebinthinę, adipis anserini an̄. misce in pessario.

Aliud. Artemisiam & adipem anseris oleo rosaceo misce, & appone in pessario. Oleum de piperibus optimum est.

Quãdo est ventositas in matrice, myrrham cum vino nigro bibat: aut medullam ceruinam tere, & misce cum rosis, ad mellis crassitiem. & appone in pessario. Doronicum resoluit vẽtositates matricis. Oleum de piperibus, laurinum & irinum, vngendo ventrem inferiorem multum conferunt.

Ad intemperiem calidam Matricis, in qua ardor sentitur.

R. Adipis anseris vnc. j. opij drac. j. mellis ros. vn. ij. ol. ros. vnc. j. cerę q. s. cõfice cũ albo oui, & lacte mulieris, & applicetur.

De his quæ faciunt mulierem deuirginatam non apparere corruptam, sed virginem.
Cap. XXVIII.

VT mulier non appareat deuirginata. R. Aluminis scissilis, gallarum omphacinarum ana cum vino stiptico tere,

& fac

& facenchatiſma.

Aliud. Gallas immaturas, alchannam, xylocaſſiam, roſas ſiccas, piper album, coccognidium ana vnc.j s. tere & appone, prius abluta matrice cum vino. Semen lapathi acuti tritum & appoſitum confert.

Aliud optimum & expertum.

R. Gallarum cupreſſi, gallarum quercus perforatarum ana lib. vnam, aluminis rocchæ, ſcoriæ ferri præparatæ in aceto ana lib. s. bulliant in s. q. aquæ gallarum, qua vtuntur aptantes coria. contuſis contundendis ad conſumptionem medietatis, & in ea ſemicalida infundatur ſpongia, quæ expreſſa calida applicetur ſuper vuluam, bis aut ter in ſero ſuperligando.

Aliud. Pannum ſubtilem infunde in alumine in aqua diſſoluto: deinde accipe caſſiam ligneam, cyperum, & gallam æqualiter, tere & pone in vino veteri, faciendo mellis conſiſtentiam, & in eis infunde pannum prædictum, qui poſtea permittatur exiccari, & ſuperponatur, tenendo duabus horis intus, remouendo quando vult viro commiſceri. Item capiat mel & nitrum, & vngat matricem.

Ad conſtringendum vuluam, & inci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tandum ad venerem, quod ſimile eſt pręcedenti. Infunde pannum lini in aqua, in qua diſſolutum ſit alumen ſciſſum, & inuolue eum in cypero, caſſia, & galla tritis in vino veteri ad modum collyrij, & ſupponatur per duas horas ante coitum.

Aliud. Tere ſemen acetoſæ, & ſuppone, & conſtringetur ſicut virgo. Quòd ſi aliquid manauerit humiditatis, tere gallarum partes ij. antimonij p. vnam, cum ſapa vini, & ſuppone. Xyloaloe, cyperus, enula, caryophylli, ramich, & parum moſchi terantur & inuoluantur in ſquinanthi p. vna: trita & cribellata conficiantur, cum bono vino Pontico, & in eo infundantur petiæ, quæ poſtea permittantur exiccari, & ſupponantur vt ſuprà. Supponatur pannus lini infuſus in vino vice vna poſt aliam, quia facit redire virginitatem conſtringendo.

Aliud. Corticum pini partes iiij. aluminis ſciſſi p. duas, cyperi p. vnam, coquantur in vino & madefiat pannus lini, & ſupponatur vice poſt vicem, tenendo in vaſe obturato.

Vt matrix in coitibus non fiat humida:

R. Gallarũ omphac. n°. iiij. ſpodij, quo vtuntur in curis oculorum, cochlearia duo. tere, & miſceantur in vaſe mundo,

diſtem

distemperetur cochlearium vnum cum vino, irroretur cum eo matrix, & in eius vita non erit humida.

Aliud. Infunde gallam in aqua octo diebus, deinde lanam mollem aspersam sulphure infunde in illa aqua, & non expressa dimitte siccari, & applicetur in pessario, & erit sicut virgo. Vel colluatur os matricis ex infusione gallæ.

LIBER XVI. DE AFFEbus pudendi & ani.

De his quæ faciunt ad virgæ erectionem. Cap. I.

VIrgam lupi in frusta incide, exicca in fumo, tene frustum in ore, & efficax est.

Aliud. R. Pinearum, petroselini, virgæ cerui, terebinthinæ abietis ana vnc.j. piperis vnc.s. confice cum melle, & vtere.

Aliud. R. Cicerum rub. pinearum ana partes duas, seminis erucæ, piperis albi ana partem vnam, mellis q. s. da cum vino. Vngere virgam cum melle, aut cum oleo decoctionis sinapis, aut cũ semine lini, melle & pipere, aut cum felle apri, vel verris, excitat mirabiliter. Semẽ erucæ cum melle in potu exhibitum,

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aut ſemen porri cum vino : aut lac vaccinum. Oua perdicis & teſticuli vulpis ſicci puluerizati cum vino bibiti. Puluis virgæ tauri cum ouo ſorbili bibitus. Semen trifolij tere, & cum melle confice formulas nucibus moſchatis ſimiles : da vnam tempore coitus. Comede cerebella paſſerum maſculorum, rapas, paſtinacas, brodium cicerum rubeorum, pullos columborum iuuenum. Radix & ſemen paſtinacæ excitant coitum: teſticuli taxi cum aqua bibiti per tres dies operantur indeficienter. Medulla pardi bibita mirabilis eſt. In tertio nodo ſpinæ ſcinci eſt lapis, qui ſi bibatur, mirabilis eſt. Piper album auget ſperma, nigrum verò deſiccat. Eruca cocta cum carnibus ſtimulat Venerem, aut renibus applicata. Cinis ſtellionis nigri, qui ſtat in antiquis domibus diſruptis, aſcendendo ſuper parietes, ligatus in petia, & in manu retentus ſiniſtra, mirabilem facit erectionem, in dextra verò prohibet. Renes ſcinci cum vino bibiti, ſunt efficaciſſimi. Fabæ excorticatæ, & in aqua coctæ, cum pipere albo, gingibere, & oleo amygdalarum dulcium recenti, perfectè iuuant ad coitum. Item ſemen vrticæ cum ſapa vini bibitum. Lapis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pis ex ebeno, quo aurifabri limpidant aurum, potus mirificè operatur. Vnctio veretri ex moſcho cum oleo de kerua. Si pollex pedis dextri vngatur ex oleo, in quo cantharides ſint diſſolutæ, mirabilem facit erectionem. Quando volueris quòd ceſſet, lauabis pollicem.

Vnguentum optimum. ℞. Euphorbij, pyrethri ana vnc.j. aquæ lib.ij. coque in olla ad conſumptionem medietatis, & cola: colaturæ adde ol. vnc.iiij. & iterũ coque, donec abſumatur aqua, & ex eo vnge veretrum, nec quieſcet erectio. Vnge ex oleo ſambucino, addito euphorbio. Caudam cerui combuſtam præter pilos diſſolue cum vino, & linias virgam. Lingua auis comeſta auget ſperma, (eſt fructus fraxini) & corroborat coitum. Oleũ de granis ſeſami, de granis pini, & de fiſticis, augent ſperma potenter.

De Gonorrhœa, ſiue inuoluntario exitu ſeminis. Cap. II.

GOnorrhœa licet fiat aliquando à fortitudine virtutis expulſiuæ, & quantitate ſeminis, vt plurimum tamẽ fit à debilitate retentiuæ, & ſeminis tenuitate. Eſt autem inuoluntarius exitus ſeminis, ſine virgæ tenſione. Priapiſmus eſt magna tenſionis erectio, abſque deſi-

deris

derio coeundi, vel calore, sicut in supinè iacentibus. Gonorrhœa est passio vasorum, priapismus est passio veretri. Priapismus fit, cùm ora arteriarum, quæ sunt in veretro, dilatantur: vel cùm fumosa ventositas in neruo concauo, qui est in veretro, generatur: vel ex vtrisque, Gal. 6. de Locis affect. cap. 5. Subdit Galen. Quidam portabant laminas plumbeas super renes in fluxu seminis, suasi vt sternerent ramos agni casti & rutæ sub dorso, & comederent eorum semina, & sanati sunt. In fluxu seminis propter caliditatem, iussi vt succos semperuiuæ, solatri, portulacæ, polygoni, & vmbilici Veneris super renes ponerent. Ibidem balneum ex decoctione cynoglossæ, curat gonorrhœam. Semen caulium alborum cum saccharo sumptum. Semen & radix nenufaris bibitum, abscindit fluxum spermatis. Radix eryngij cruda comesta, curat gonorrhœam. Vsus radicis ireos, cum saccharo rosaceo pul. administratus, confert ei qui semen inuoluntariè effundit. Conferunt etiam vomitus & frictiones, quia diuertunt.

Si gonorrhœa sit cum ardore, lymphetur vinum cum decoctione liquiritiæ, & vtatur hoc electuario. R. Saccha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ri ros.antiqui vnc.iij.diatragacãthi frigidi Nicolai vnc. ij. seminis citoniorũ excorticati. sem.maluæ & altheæ ana drac. s.corallorum rubeorum scrup.ij.seminis papaueris albi,seminis myrti parum torrefacti ana scrup. j. puluerizata conficiãtur cum syrupo de portulaca Mes. & fiat electuarium,de quo capiatur ante & post cibum. Lectulus ex agno casto reprimit libidinem, & fomentatio ex eius decoctione gonorrhœam.

De ligatis & maleficiatis. Cap. III.

LIgatus vngat totum corpus ex felle coruino, & oleo sesamino, ex Cleopatra. Auis picus comesta, ligatos soluit, & prosperitatem tribuit. Suffumigium ex dente hominis mortui, ligatos soluit indubitanter. Berillus lapis gestatus, conciliat virum & vxorem. Exhibeatur theriaca magna cum succo hyperici, & de eodem hyperico renes emplastrentur. Herba quæ creuit per lapidem perforatum, detur in potu cum vino. In calamum vel auellanã vacuam pone argẽtum viuũ, obturãdum cum cera, & ponatur sub puluinari maleficiatorũ, vel sub limine ostij, per quod in domum vel cameram intrat, & soluetur maleficium. Corallus in domo retentus soluit omne malefi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

maleficium. Sanguis canis nigri linitus per omnes parietes domus, ſoluit maleficium. Scilla etiam in limine domus ſuſpenſa idem facit. Lapis magnes geſtatus diſcordiam inter virum & vxorem ſedat. Si quis ſit ligatus, vel maleficatus ab aliqua fœmina, pone de egeſtione recenti ipſius mulieris mane in ſotulari dextro maleficati, ſtatim quum ipſe ſentiet fœtorem, ſoluetur maleficium. Radix bryoniæ ſicca portata, expellit omnia maleficia. Si vir ſecum portauerit cor cornicis maſculi, & mulier cor cornicis fœminæ, bene conuenient ſemper. Arthemiſia in limine domus ſuſpenſa, fugat omnia maleficia. Palma Chriſti portata, à maleficiis & venenis ſecurum reddit. Pulli hirundinum in menſe Auguſto nati, obturentur in olla viui, olla ponatur in furno, donec exiccentur. Illis qui ſeſe inuicem oſculantur, puluis iſte datus, vel vnctus, magnam cauſat dilectionem: illis verò, qui contra ſe inuicem diſtorti iacent, vnctus vel exhibitus in potu vel cibo, odium cauſat, & inimicitiam inuicē. Elixatura berbenæ per domum ſparſa, hilaritatem pręſtat. Fumigare domum ex radice ſicca ariſtol. fugat dæmonia, & hilariorem reddit infantē.

De

De tumore & apostemate virgæ. Cap. IIII.

AD tumorem virgæ: R. Lentium m. ij. coquantur in aceto, donec excorticentur: deinde pistentur, addendo farinam fabarum, farinam hordei ana drac. vj. rosarum rub florum violarum ana m. s. fiat emplastrum cum decoctione lentium suprascripta, & applicetur.

De vlceribus virgæ. Cap. V.

VLcera virgæ alia sunt recentia, alia antiqua, alia maligna. Vlcera recentia curantur, corpore purgato, cum aloe, plumbo vsto, clymia abluta cum vino, tutia Alexandrina præparata in aqua rosacea, margaritis, cinere testarum ouorum, & similibus. In radic. chelidoniæ adustæ, inest mirabilis proprietas in hoc casu. Quæ autem sunt in cute veretri, curantur cum cucurbita combusta, alumine combusto, aloe, hæmatite, vltimò cum cortice thuris subtilissimè tritis aspersis super vlcus.

Illa verò quæ sunt antiquiora & humidiora reddita, egent fortioribus, sicut æs vstum, cortices arboris pini habentis grana parua adusti: & quando egent generatione carnis, cum eis misceatur olibanum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Medicamentum expertum ad ea quæ indigent vehementi exiccatione cum generatione carnis. R. Tutiæ Alexandrinæ præparatæ, aloes, sarcocollæ, thuris, lapidis hęmatitis, corticis mediani, salicis adusti, aluminis iameni, marchasitæ adustæ, gallarum, balaustiorum, acaciæ ana partes æquales: floris æris partem j. s. capitum granatorum partem vnam, cum oleo rosaceo & cera q. s. fiat vnguentum. Flores labruscæ cum melle oleo rosaceo & croco, & cinis abrotani, curant vlcera virgæ, quæ sunt sine inflammatione. Thus minutum, & aloe æqualiter curant vlcera virgæ antiqua. Œsypus cum sepo anatis, curat vlcera virgæ ani, & testiculorum. Quando vlcera sunt maligna & corrosiua, cinis capillorum hominis aniuden, (est herba ex qua fit assa fœtida) & lentis montanæ puluerizata, aut emplastrata curant.

Vnguentum optimum, quod composui pro filio Agnelloni Taurini, qui habebat veretrum cancrosum, & magna parte corruptum, & hoc vnguento cum modo administrationis in tempore breui sanatus est.

Recip. Succi extremitatum molliorum rubi, succi molliorum extremitatum plantæ rosarum, aceti ana vnc. ij. thuris

thuris, maſtichis ana drach.iij. lithargyr. aurei vnc. j. vini maluatici optimi vnc. vj. ſucci ſemperuiui vnc. iij. aquæ vitæ vnc. iiij. viridis æris drach. ij. s. vitreoli, aluminis combuſti ana drach. j. s. tutiæ Alexandrinæ præparatæ drach. ij. camphuræ drach. j. olei roſ. vnc. vj. pulueriza-tis ſubtiliſſimè puluerizandis & cribellatis, coquantur omnia ſimul lento igni, excepta camphura, vſque ad conſumptionem ſuccorum & maluatici, donec debitam formam vnguenti decenter mollis acquirant, addita s. q. ceræ, in fine additur camphura. De eo ponatur ſuper partes vlceratas, extendẽdo ſuper raſuram panni telæ antiquæ, & ſuper ipſum ponantur paruæ petiæ infuſæ in aquis infra ſcriptis. ℞. Aquarum roſarum, plantaginis, & prunellorum ſylueſtrium ana vnc. ij. aquæ ſolatri vnc. iij. viridis æris drach. ij. tutiæ Alexandrinæ præparatæ vnc. s. camphuræ drach. s. miſce, & applicetur vt ſuprá. Intingere fimbrias aut raſuram telæ veteris prædictam in melle roſaceo, & aſpergere ſubtiliſſimo puluere ariſtoloch. rot. carnem mortuam corrodit, ſiue ſit in vlcere, ſiue in fiſtula. Vide ea quæ infrà de Vlceribus dicentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De curatione apoſtematum teſticulorum. Cap. VI.

EMplaſtrum ex farina cicerum partibus duabus, & ex vna parte altheæ, tritis cum aceto, curat apoſtema calidum teſticulorum. Fricatura lapidis cotis, cõuenit mirabiliter.

Ad dolorem teſticulorum, apoſtemata & ventoſitatem. R. Maſtichis, thuris, ſetæ, ſarcocollæ ana drach. vj. puluerizata ſoluantur cum vino, & ſuper cotto extenſa ſuperligentur, donec exiccetur, iterando ſecundum exigentiam. Eruca geratina curat antiquas durities teſticulorum cataplaſmata. Anethum combuſtum curat vlcera quæ ſunt in genitalibus, aſperſum. Radix cardui benedicti in vino cocta, curat tumorem teſticulorum. Folia caulium cum farina fabarum appoſita, curant tumores genitalium. Farina fabarum cocta cum aceto, curat duritiem teſticulorum. Idem præſtant paſſulæ cõtuſæ cum cymino, & parietaria cocta, & cataplaſmata.

Aliud. R. Farinam fabarum, fœnigræci, chamæmillæ, butyri cocti ana. cõfice cum ſapa vini, & decoctione ficuum. Cinis dactylorum, cum maluauiſco tritus, cum aceto emplaſtratus. Ponere in foramine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

foramine virgæ oleum sambucinũ cum rubea tinctorum, est mirabile.

Ad duritiem testiculorum ex longo tempore emplastrum optimum, per me compositum & expertum. R. Bdellij, ammoniaci, serapini in aceto dissolutorum ana drach. iij. mucilaginis, fœnigræci, sem. lini. altheæ ana drach. j. florum chamęm. & meliloti ana. m s. cymini vnc. s. conficiantur omnia simul cum decoctione ficuum multum coctorum, pulueriżatis pulueriżandis subtiliter, addendo farinæ fabarum vnc. s. & fiat emplastrum, quod applicetur, est enim optimum.

De pruritu testiculorum. Cap. VII.

REc. Cerussæ drach. vj. sulphuris citrini drach. ij. opij drach. j. tere cum aceto & aqua, & vnge tribus vel quatuor vicibus. Fomentatio cum decoctione foliorum ebuli. Applicare ipsa folia bullita calida, aut fomentare cum eis, & abluere cum decoctione saliuæ, remouent pruritum testiculorũ. Sal ammoniacum cum aceto est vltimum. Vide quæ scripta sunt de pruritu vuluæ, & quæ dicentur inferius de pruritu & scabie.

De hæmorrhoidũ dolore sedãdo. Cap. VIII.

VNguentum optimum ad sedãdum dolorem hæmorrhoidum. R. Pin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

guedinis anatis & gallinæ recentium a-na vnc. j. olei rosacei vnc. ij. ceræ q. s. li-quefiant, & post infrigidationem adde opij drac. j. croci drach. s. cum vitello oui recenti fiat vnguentum, applicetur, & non habet simile. Oleum de chrysomel-lis, & de nucleis Persicorum, sedant do-lorem hæmorrhoidum, & resoluunt hu-mores earum.

Aliud optimum. R. Coronæ regiæ in vino elixæ, adipis anatis, gummi fistico-rum ana. terantur & superemplastrentur. Coquatur corona regia, siue melilotum cum sapa vini, donec dissoluatur, adda-tur farina fabarum, fœnigræci, & seminis lini, cum vitello oui recentis, & violis fiat emplastrum: sedat enim dolorem. Corona regia elixa cum farina frumen-ti, & vitello oui conuenit.

Aliud valde bonum. R. Florum cha-mæm. & meliloti ana drach. ij. croci drac. s. confice cum mucilagine seminis lini: fac vnguentum. Folia scabiosæ viridia trita & applicata, reprimunt eas. Oleum de semine lini curat dolorem pulsati-uum hæmorrhoidum. Folia iusquiami & portulacæ cũ vitello oui, medulla panis, & oleo rosaceo mista & emplastrata do-lorem statim tollunt. Emplastrum ex fo-

liis

liis rorismarini extenuat hæmorrhoides egredientes,& curat apostemata ani.

Quando non fluunt, sed extra apparent, appone puluerem anethi mistum cum melle & albo oui. Encathisma ex decoctione aron & tassibarbassi: curat hæmorrhoides. Cinis vinaciarum, curat anum, ex quo euulsæ sunt hæmorrhoides. Oleum de semine lini, & de chrysomelis, in quo dissolutum sit bdellium, hæmorrhoides curat. Virga pastoris in vino cocta, curat hæmorrhoides interiores. Humiditas, quæ à carnibus recentibus exprimitur, sanat hæmorrhoides, eas fricando, aut apponendo cum lana vel cotto. Antimonium aspersum, si foris sunt, exiccat eas. Si autem intus sint, insuffla cum cannula vel vesica inflata, post iniectionem succi peucedani per clystere. Vtraque serpentaria secundum omnem modum applicationis, magnum affert iuuamentum.

Ad condylomata, phlegmones & rhagadias ani. R. Ammoniaci, lapidis hæmatitis, olibani, aluminis rotundi ana drach. iij. gallæ, croci ana drach. j. terebinthinæ drach. j. cerę drach. x. olei rosacei q.s. confice & vtere in pessario cum serico.

Aliud ad condylomata optimum. R. Alumi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nis ſciſſillis drach.ij.ceræ drach.viij.croci drac.iiij.ol. amygdalarum dulcium, hyſſopi ana vnc.j.aloes, olibani ana vnc.s.

Sunt autem condylomata, hęmorrhoides ſiccæ, & tuberoſitates ani ſparſæ ſine pede, à quibus nihil manat ſanguinis, ſed interdum quædam humiditas aquoſa tenuis. Cum verò emanat ſanguis, dicuntur hæmorrhoides.

Folia rubi viridia cataplaſmata, condylomata & hæmorrhoides curant. Oleum de fœnogræco. Puluis ſubtiliſſimus ex ferrugine ferri, cum ſucco taſſibarbaſſi cum cotto applicatus aut immiſſus, curat hęmorrhoides. Marrubium coctum ſub cineribus, diſſoluit cæcas hæmorrhoides, & curat inflatas. Sandaracha exiccat eas. Vitellum oui elixati, cum croco & oleo roſaceo, addito meliloto, confert apoſtematibus Ani, hęmorrhoidibus, & hæmorrhoidum tumoribus. Fumigatio ex melle anachardi, exiccat hæmorrhoides. Summitates pulicariæ minoris contuſas, pone in anum tribus vicibus, poſtea pone puluerem de fungo, qui dicitur veſica lupina: ſanat enim hæmorrhoides. Semen anethi vſtum, miſtum cum melle applicatum ſanat hæmorrhoides.

Ad

Ad Hæmorrhoides & omnes ægritudines melancholicas ani, vlcera, &c. R. Myrobalanorum citrinorum, emblicorum, & beliricorum in lacte infusorum ana vnc. j. terantur & cribellentur & inuoluantur in vnc. ij. olei amygdalarum dulcium recentis, donec proiiciant ipsum, deinde adiungantur eis bdellij Indi vnc. iij. foliorum rosarum, spodij, granorum myrti torrefactorum, scoriæ ferri in aceto infusæ, karabæ, mastichis, xyloaloes, florum pæoniæ, serapini ana drach. iiij. terantur cum rob coagulato, & sumantur ex eo drach. vj. cum aqua calida, & super eis ponatur hoc vnguentum: R. Plumbi vsti cum sulphure, cerussæ, lithargyrij, cineris vitis, cineris corticum nucis Indicæ, balaustiorum ana drach. j. ceræ albæ, ol. de sesamo, butyri ana drach. iij. adipis porci vnc. ij. medullæ cruris vaccæ vnc. ij. ... liquefiant & colentur dum sunt calida, in mortario plumbeo: & sit eius manica, per quam colatur, etiam de plumbo: exiccentur in sole aliquot diebus in eodem mortario, donec capiãt ex plumbo virtutem: & applicetur vt suprà.

De modo prouocandi fluxum hæmorrhoidum retentarum.

Cap. IX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

SIgnum retentionis eſt dolor & grauitas in alchatim , & in directo renum: aſcendit fumus ad caput, cauſans dolorem: & in ano eſt grauitas, dolor, & inflatio. Aliquando apparent venæ ad extra tumidæ valde & nigræ, quandoque occultantur,& non apparent, ſed ſunt tumidæ interius.

Curatio à leuioribus eſt inchoanda. Fiat primo ſeſſio in decoctione chamæmillæ calida. Fricetur anus cum foliis ficus, cum panno aſpero , cum felle tauri, cum foliis conſolidæ maioris. Pungere eas interdum conuenit cum ſetis porcinis,vel cum phlebotomo,aut ponere paruam ventoſam ſuper circulo ani. Apponantur ſanguiſugæ,ſuccus cæpæ, artanita contuſa , vel eſula , quia aperiunt eas. Exhibere pilulam vnam ante cœnam, prouocat mirabiliter. Succus cæpæ fortiſſimę cum fimo columbino poſt ſeſſionem in aqua calida,aperit eas.

De his quæ ſuperfluum fluxũ hæmorrhoidum reſtringunt. Cap. x.

EMplaſtrum ex foliis roriſmarini applicatũ.Puluis anethi & ſeminis vrticæ cũ melle miſtus. Suffumigiũ ex bdellio.Fricatura lapidis Iudaici ſuper cotem pota ſiſtit fluxum hæmorrhoidum.

Linimentum

Linimentum optimum ad restringendum sanguinem hæmorrhoidum. R. Ossium myrobalanorum Indorum combustorum vnc.s. scoriæ ferri præparatæ drach. ij. lapidis hæmatitis drach. j. s. gypsi drach. ij. terantur vltima contritione cum succo plantaginis, & cum eo liniatur circulus ani intus, & extra.

Aliud. R. Succi extremitatum rubi vnc. ij. alborum ouorum n°. ij. pulueris gypsi drach. iij. terantur simul in mortario, & applicentur super anũ. Dare drach. j. pilularum de bdellio in quinque pilulis in aurora, potenter retinent fluxum hæmorrhoidum. Suppositorium cum cerussa, acacia, plumbo vsto, hypocistide, & colophonia, stringit ipsas.

De rhagadiis ani. *Cap.* XI.

RHagadiæ sunt scissuræ in orificio ani, quę curantur cum oleo de chrysomellis, in quo sit dissolutum bdellium. Emplastrum ex foliis violarum cum sauich curat eas. Oleum ex semine lini vngendo, optimum est. Virga pastoris in vino cocta & applicata, curat eas.

De curatione ficuum ani. *Cap.* XII.

CApilli Veneris, cæpæ, aristol. rot. simul pistentur & applicentur, & sine dubio destruentur.

Aliud,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Aliud. Stercus gallinæ, ſapo Gallicus,& ſummitates taſſibarbaſſi ſimul cõtuſa & applicata curant. Seſſio in decoctione aron & taſſi barbaſſi, curat ficus apparentes circa anum.

De vlceribus ani. *Cap.* XIII.

VLcera ani curantur cum cadmia lota cum vino,tutia præparata, lithargyrio,& hæmatite. Quòd ſi ſint caua,addatur thus. Radix cardonis benedicti in vino cocta,curat vlcera ani. Curantur vlcera ani cum mineralibus & metallicis quibuſcunque, non habentibus mordicationem. id autem præſtant cum lota fuerint.

Vnguentum. R. Ceruſſæ,lithargyrij abluti,ana drachm.v.olibani,ſquinanthi ana drach.iij.croci ſcrup.ij. vini & olei q.s.fiat vnguentum.

Aliud. R. Roſarum,ceruſſæ,ſpumæ maris, ceræ, lithargyrij abluti, meliloti ana drac.ij.ſquinanthi, papaueris, œſypi ana drachm.j. oui aſſati vitellum vnum, ſucci arnogloſſæ vnc.iij.olei roſacei q.s. fiat vnguentum. Paſſulæ cum ruta contuſæ, delent omnia vlcera fraudulenta, & cancrum ani. Conſule tractatum de Vlceribus infrà.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De modo inuersandi anum. *Cap.* XIIII.

REc. piperis, baurach ana. misce & suppone, & inuenies inuersatum.

Aliud. Teratur staphisagria & baurach cum melle, & cum lana suppone.

Aliud. Anagallis, cuius flos est rubeus, facit regredi anum.

Aliud. R. Fellis tauri, spumæ nitri, staphisagriæ ana drach. j. tere & applica.

Aliud. R. Cyclaminis succi, mellis ana. coque in vase æreo, ad vnguenti crassitudinem, & appone.

LIBER XVII. DE VENENORUM curatione.

Ad cognoscendum an venenum assumptum transiuerit gibbum hepatis, an sit adhuc in stomacho, vel intestinis. *Cap.* I.

POnatur vitellum oui cum suo albo in vrinali cũ vrina eius, qui assumpsit venenum: si infra paucas horas nigrescit & fœtet, transiuit gibbum. Si verò rugetur. citrinescat, & non fœteat, non transiuit intestina. Quando transiuit intestina, nõ confert vomitum prouocare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De medicinis contra venena assumpta. Cap. II.

QVando venenum nondum penetrauit ad gibbum hepatis, procurandus est vomitus cum aqua calida vel tepida cum syrupo acetoso, aut si inde non vomat, detur drachm. j. theriacæ de terra sigillata, quæ facit euomere venena, cuius hæc est descriptio. R. Baccarum lauri aur. ij, terræ sigillatæ, radic. ireos ana drach. ij. s. conficiantur cum oleo, & detur drachm. j. Deinde est animaduertendum, si sit venenum calidum, adustiuum, acutum, tunc exhibeatur lac multum in potu, butyrum crudum, & oleum amygdalinum: infrigidetur cum aqua rosacea, camphura, & similibus, & applicetur epithema super cor. Si verò venenum sit de stupefactiuis infrigidantibus, detur theriaca, medicamentum de assa fœtida, aut consimile cum vino puro. Quòd si sit venenum, quod non à qualitate manifesta, sed ab occulta operetur, & à tota substantia, tunc bezoartica sunt administranda, sicut theriaca, mithridatum, & diamuscum: vtatur carne & vino, euentetur locus in quo moratur, & fumigentur eius vestes odoribus bonis.

Electuarium

Electuarium luti contra venenum. R. Luti sigillati, anisi, salis Indi, agarici ana drac. ij. rhabarbari electi, auellanarum, radicum pæoniæ ana drach. iij. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo despumato. Dosis eius est quantitas auellanæ. Omne cerebrum animalium laudabilium valet ad eos, qui sumpserunt venenum. Qui sumpsit toxicum, bibat acetum cum sale. Confert ad idem decoctio rad. arboris glandium.

Medicamentum optimum contra medicinas mortiferas. R. Laureolæ, luti sigillati, phu, mei, seminis apij, cinnamomi ana vnc. j. xylobalsami drach. ij. trita & cribellata conficiantur cum melle despumato optimo, & detur de eo robustis drach. j. vsque ad drach. ij. debilibus verò drac. j.

Qui sumpsit medicinam mortiferam, bibat acetum calidum.

Qui sumpsit opium, prouocet vomitum cum aqua, oleo, & sale: deinde cum syrupo acetoso & aqua mellis: & detur clystere forte. Detur syrupus acetosus, & de absinthio. Apta est theriaca eius, item cinnamomum cum aceto vel syrupo acetoso, cum castoreo, & ipere. Item R. Origani, rutæ, allij, salis, nucis, vtriusque sabinæ, castorei,

piperis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

piperis ana cum melle conficiantur, & detur quantitas auellanæ. Bibat dictamnum,& calamenthum cum rob. Sal cum melle mistum valet. Vinum in debita quantitate sumptum, & præcipuè antiquum,purum,& odoriferum, valet contra omnes medicinas frigidas stupefacientes. Vngatur corpus cum oleo de costo calido, odoret moschum & castoreum,sedeat in aqua calida,& vtatur brodio pingui.

Qui sumpsit cantharides,bibat iusculum hœdi,prouocetur vomitus, fiant clysteria,ponatur nitrum in vomitiuo,& in clysteri, & decoctio ficuum. Frequentetur vomitus, & exhibeatur lac frequenter ad potandum.Detur aqua portulacæ, & butyrum crudum plurimum. Clysterizetur cum aqua hordei, & altheæ,cum albo oui conquassato & colato. Confert lac vaccinum. Serapion dixit: Qui sumpsit corpora cantharidum, dentur ei in potu alæ & capita earum, quia sunt bezoar,& è contra:tu tamen aduerte.

Qui sumpsit gypsum,bibat dictamum cum oxymelle. Similiter & qui sumpsit aconitum. Succus radicis pentaphylli, succurrit omni veneno.

Granorum cicutæ nocumenta, corrigit vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

git vinum purum calidum. Agrimonia valet ad vulnera facta cum ferro venenato sumpta & superposita. Idem magnes bibitus & appositus facit.

De morsu animalium venenosorum.

Cap. III.

AD morsum scorpionis: R. Assæ fœtidæ, scordei, centaur. minoris ana drac. ij. seminis rutæ, castorei ana. drach. iiij. trita & cribellata conficiantur cum vino, & detur quantitas auellanæ pro vice cum aqua calida.

Aliud. R. Assæ fœtidæ, galbani ana vnc. ij. confice cum aqua decoctionis scordei, & aristol. rot. detur quãtitas auellanæ pro vice, inuoluendo in hostia. Vel da drach. ij. assæ fœtidæ inuoluendo vt suprà.

Aliud. R. Aristol. vtriusque, cymini ana drac. ij. seminis rutæ, carui ana drac. iiij. castorei drac. j. confice cum melle. Dosis est drach. ij. cum decoctione gentianæ, & aristol. rot. aut alterius ipsarum calida. Folia melissæ sumpta & apposita super morsuram, & cum vino bibita, curant. Item acetosa sumpta & apposita. Laureolæ drach. iij. cum aceto bibitæ. Folia fraxini, cortex interior quercus, ruta, chamæpitys, & pulicaria, coniun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ctim vel diuisim cum vino bibita, morsibus venenatis succurrunt. Sanguis anatis applicatus, & carnes gallinæ nuper occisæ & applicatæ, dum sunt calidæ, curant omnē morsum venenosum, pręter morsum aspidis. Sulphur aspersum super morsuram, aut cum saliua illitū. Agathes linitus & bibitus. Cerebrium gallinæ, herba pedis coruini, & succus abrotani, coniunctim vel diuisim, valent contra omne venenum reptilium.

De præseruatione à morsibus venenosorum, & ipsorum effugatione. Cap. IIII.

FOlia lauri contusa, vncta, vel cataplasmata, prohibent morsum vesparum & apum. Vngere se ex succo rad. dragontheæ, à morsu serpentum tutum reddit. Qui secum habuerit radicē herbæ Iudaicæ, erit à serpentibus tutus. Pulegiū appensum, aut per domum aspersum fugat animalia venenosa. Radix peucedani accensa, fugat viperas & serpentes. Idem facit fumigium ex abrotano, & ex calamentho. Fumigare domum ex scorpione super prunas posito, fugat è domo scorpiones. Idem faciunt suffumigia, ex galbano, vngula asini, sulphure, semine iuniperi, aut ex soleis antiquorum sotularium:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rium: fugant enim omnia venenoſa animalia. Abſinthium, præſeruat veſtes & libros à tineis. Agreſte verò abſinthium præſeruat granũ à vermibus dictis murrinis, & fugat eos. Herba acori ſuper alueari poſita, prohibet apes ab alueari diſcedere, ideo apum piper dicitur.

Mentha & ſuccus aron prçſeruant caſeum à putrefactione circum appoſita. Fumigium, ex hepate aſini fugat muſcas & vermes, & ſimilia à domo. Vt vipera non mordeat, vnge manus ex dragontea trita, fructus verò eius, tritus cum aqua peregrinantes tutos reddit.

Aliud. Vnge manus cum ſucco ſolatri, aut ex radice, & ſemine inuicem maceratis. Qui morſus eſt à vipera, abſcindat caput eius, ponat partem abſciſſam ſanguinoſam capitis ſuper morſuram, & ſuperliget. Trifolium coque, & embroca morſum viperæ, aut araneæ. Agaricum ſuper locum morſum poſitum, & etiam bibitum, confert. Gentiana cum pipere, ruta, & vino accepta, omnibus morſibus venenoſis ſuccurrit. Fumigatio cum ſulphure & pyrethro, aut cum cornu cerui, vel eius pinguedine, aut cum pulmone aſini, fugat omnia animalia venenoſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De pulicum aut cimicum fugatione.

Decoctio tribulorum, persicariæ, colocyntidis, rubi, aut foliorum caulium sparsa per domum, fugat eas. Fumigium cum fimo bouino, fugat cimices. Pone sanguinem hirci in parua fouea in cubiculum, & omnes pulices in eo existentes congregabuntur circa eam, & illic morientur. Inunge paruum baculum ex pinguedine ericij, siste eum in medio cubiculi, & omnes pulices baculo adhærebunt. Suspende ramum cupressi in camera, & fugient culices. Fumigium ex radic. aristol. sicca fugat dæmonia, & hilariorem reddit puerum.

De morsu canis rabidi. *Cap.* v.

PRimò cognosce, an canis sit rabidus, nécne. Pone super morsuram nucleũ nucis contusum per horam, & da gallinæ. Si noluerit comedere, vel si comederit, & moriatur, signum est, quòd canis est rabidus. Si verò comederit & non moriatur, minimè rabidus est. Idem fac de pane, & da cani: si moriatur, vel non moriatur, idem iudicandum est.

Curatio. Folia ebuli elixata & apposita, curant, & folia melissæ intus & extra applicata. Radix ireos valet ad morsum canis rabidi in potu sumpta, etiam post viginti

viginti quatuor dies, quando rabies eſt confirmata. Detur omni mane myrrhæ & gentianæ ana drac.j.cum pul.cancrorũ fluuialium, antequàm fugiant aquam.

Aliud optimum ex Galeno. R. Cineris cancrorum fluuialium p.x.gentianę p.vij. thuris p. j. puluerizentur & cribellentur diligenter. Doſis eius eſt cochlearium vnum, duo, aut tria, ſpargendo ſuper eã aquam frigidam. Solus cinis cancrorum fluuialium factus poſt ortum ſtellæ canis, ſumptus morſum canis rabidi curat, ſed magis cum gentiana & libanoto, applicando ſuper vulnus emplaſtrum ex pice & opopanaco cũ aceto.xj.de Simpl. medicamentis Galen. Puluis præcedens debet dari in principio, tribus iterando diebus. Si verò non ſit in principio, debet continuari quadraginta diebus. Super loco morſo applicetur hoc emplaſtrum: R. Aceti libr.j.s. opopanacis vnc. ij. picis libr. iij. diſſoluatur opopanacum in aceto, & coquantur omnia ſimul, donec debitam formam emplaſtri recipiant, & applicetur de eo ſuper locum morſum. Hæc duo ſunt ex melioribus remediis.

Agrimonia ſumpta per os & ſuperappoſita valet. Ficus immaturæ cum melle applicatæ. Emplaſtrum ex marrubio &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſale appoſitum. Capilli combuſti cum aceto more emplaſtri applicati, curant morſum canis rabidi. Idem facit radix fœniculi cum melle appoſita.

LIBER XVIII. DE AFFECTI-bus Iuncturarum & muſculorum.

De curatione dolorum iuncturarum à materia calida. Cap. I.

EST primò conſiderandum, an materia ſit ſanguinea, aut multum ſanguini admiſta. Tunc prius aluo linita, ſi opus ſit, ſeca venam ſecūdum exigentiam: deinde iterum lenias ventrem cum caſſia fiſtula & aqua endiuiæ, vel ſolatri. Galen. in lib. de Curatione per ſanguinis miſſ. inquit: Ego plurimos iam multis annis per interualla à doloribus pedum ſanaui, purgans humorem peccantem abundantem, vel auferens ſanguinem in principio Veris, qui moderatè viuebant: qui verò guloſi & intemperati ſunt, nec pharmaco, nec phlebotomia iuuabuntur.

Deinde ſi membrū dolens ſit inflammatum, rubeum, calidum ad tactū, pulſatiuū: tunc applica caſſiam fiſtulam diſſolutam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

lutam, quã etiam commendat Auicen. in 2. canone cap. proprio, cum succo solatri, vel deficiẽte succo, cum illius aqua, infundendo in eis petias ex panno telæ, applicando æstate frigidè, hyeme verò calidè, frequenter renouando: aut linias cum vitello oui dissoluto, cum oleo rosaceo, aut cum sandalis rubeis, succo solatri, portulacæ, aquæ lenticulæ, succo radi. salicis. Oleum de ranis prodest mirabiliter. Conferunt enim hæc in podagra vel arthritica calida, remittendo dolorem, & prohibendo fluxum humorum ad locum dolentem. Plurimi antiqui & moderni vtuntur in forti dolore linimẽtis ex opio. Ego verò non laudo ea, quia impingunt materias in parte affecta quæ postea tardè aut nunquam resoluuntur. In forti verò dolore soleo ego, cùm pręmissis non sedatur, infundere petias ex lino subtiles seu mediocres in lacte calido, & applicare frequenter vnam post aliam super membro dolente: possunt enim administrari sine aliqua suspicione. Verùm rectius est ac tutius laborare in remotione causæ.

Electuarium mirabile ad auferendum dolores iuncturarum, subitò soluens sine molestia, ignitum calorem extinguens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& contemperans membra patientis in tantum, vt à ſella redeat ad locum proprium ſine alterius auxilio. Galen. 2. ad Glauc. cap. de Podagra calida, appellat puluerem catharticum, inuentum à peritis medicis, & dat de eo pondus duorũ denariorum cum mulſa, aut cum vino albo. Ego verò in hunc qui ſequitur, modum compoſui, & appellaui carycoſtinum, ex caryophyllis & coſto eius compoſitionem ingrediẽtibus: eſt enim mirabile ad præmiſſa, ſicut in me ipſo expertus ſum. Correptus fui à doloribus iuncturarum octo aut decem vicibus, qui omnes meas iuncturas in paruiſſimo tempore citiſſimè & furioſè occupabant: accepi itaque de eo vnc. s. in aurora, inuoluendo in nebula madefacta in vino albo, illinc ad duas horas incepit operari fortiter, abſque vlla moleſtia. Eram adeò impotens, quòd ſolã linguã mouere poteram, & quando ibam ad ſellam, oportebat me habere quatuor homines, qui me ponerent ſuper eam, & maxima cum difficultate. Poſtquàm ſolutus eſt vẽter quatuor ſedibus, in quinta ſenſi me à doloribus multum alleuiatũ, & cum auxilio Dei abſq; alterius adminiculo iui ad ſellam, & ab eadem redij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& eodem die ambulaui liberè per musæum meum: in ſequenti verò die liber euaſi, & illudmet expertus fui duabus aliis vicibus. Tandem cogitaui longè præſtantius eſſe vti regimine præſeruatiuo, quàm expectare, quòd dolores me ſurriperent. Nam ſtatim cùm ſentiebam me habere ſigna repletionis, capiebam de dicto electuario vt ſuprà, & hoc ter aut quater in anno, ita quòd ſunt modo pluſquàm viginti ſex anni, quibus nullo modo à dictis doloribus fui moleſtatus, & adhuc nunc eũdem modum obſeruo. Quod non ſolum in meipſo, ſed in innumeris hominibus probaui experimẽto. Quapropter eos floccipendendos eſſe puto, qui dicunt librum illum ad Glauc. non eſſe Gal. quia non reperitur in eius codicibus Græcis antiquis: ipſi enim profitentur ſcire, & penitus ignorant: ergo ignorantia compoſita laborant. Verùm horum ignorantia non debet electuarij perfectionem impedire: cuius hæc eſt deſcriptio. R. Hermodactylorum alborum à cortice ſuperiori mundatorum, diagridij ana drach. ij. coſti, cymini, gingiberis, caryophyllorum ana drach. j. trita & cribellata conficiantur cum ſyrupo facto ex melle & vino albo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

inuicem coctis, donec formam syrupi bene cocti recipiant, & fiat electuarium in forma opiatæ. Dosis eius est drach. ij. vel iij. vel iiij. secundum patientis tolerãtiam, in aurora, inuoluendo in hostia vel nebula vino albo madefacta, aut dissoluendo in vino albo Pontico non multum potenti.

Emplastrum singulare ex Gal. eodem in loco, reprimens humores fluentes ad membrum, resoluens ac desiccans id quod iam fluxum est, dat enim robur membro imbecillo.

R. Corticum granatorum m. ij. coquãtur in vino vsque ad dissolutionem: deinde accipe foliorum semperuiuæ, summitatum molliorum rubi ana m. j. contundantur omnia fortissimè, & colentur per setacium vel stamineam: deinde addatur alphiti, hoc est farinæ hordei immaturi m. j. & cum s. q. vini decoctionis prædictæ fiat emplastrum, bulliendo parum omnia simul, & de eo applicetur super iuncturas dolentes, æstate frigidè, hyeme verò calidè. est enim mirabile.

Aliud multum conueniens etiam in materia calida. R. Seminis psyllij vnc. iij. coquantur in s. q. aquæ, vsque ad viscíditatem: deinde coletur, & colaturę addã-

tur

tur ceræ vnc.iij. ol.rof. vnc. vj. & iterum coquantur, donec cera fit liquefacta, femper mouendo cum fpatula: & de eo applicetur, vt fuprà. Maluauifcus cum axungia veteri appofita fanat podagram in tribus diebus. Plantago cum fale trita, & folia populi viridia trita & emplaftrata, curant dolores podagricos calidos, & genua inflata refoluunt. Farina fabarum cum vitellis ouorum emplaftrata, dolorem tollit, & tumorem refoluit.

Cornu cerui in frufta incîde, coque in vino albo, donec remaneat folùm fexta pars: quam cum cornu in vafe repone, & coagulabitur. vnge ex eo locum dolentem, & tollet dolorem. Fæx aceti, ol. rof. & vitella ouorum. cruda mifce & appone. Artemifia contufa cum axungia & aceto, curat dolores fœmorum fuperligata. Oleum da ranis tollit dolorem articulorum à materia calida. Oleum de keiri, & de citoniis pariter, & confortant membra læfa. Oleum de beē, de auellanis, de granis cerasorum, de granis citri, & citrangulorum, curant tumores articulorum, & confortant membra læfa.

In materia mifta ex calidis & frigidis humoribus poft prędicta remedia, quādo

eſt materia calida & ſubtilis reſoluta, & remanet tumor iuncturæ cum dolore, emplaſtrum de furfure cum ſapa vini & ſale inuicem coctis dolorem ſedat, & tumorem reſoluit.

Aliud ad idem optimum. R. Farinæ fœnigræci lib. s. farinæ hordei, ſeminis lini ana vnc.ij. cymini puluerizati vnc.j. s. florum chamæm. & meliloti puluerizatorum ana vnc. j. mellis puri vnc.vj. vini albi q. s. irroretur farina cum aceto, & coquantur omnia ſimul, donec debitam formam emplaſtri recipiant: & de eo calidè applicetur.

Ad liberandum ſtatim à doloribus arthriticis. R. Succi abſinthij, croci, opij ana drach.j. ceræ drach.iiij. olei irini drach.vj. vini dulcis q. s. diſſolue ceram cum oleo irino, reliqua diſſoluãtur in vino, & miſta extendantur ſuper petia, & applicẽtur ſuper locũ doloris, prius cum vino lauãdo.

De dolore iuncturarum à materia frigida. Cap. II.

IN quacunq; materia tam calida quàm frigida purgationes debitæ ſunt adminiſtrandæ. In materia calida cum electuario ſupraſcripto, dicto caryocoſtino, vel cum pilulis de hermodactylis ex inuentione Meſ. vel cum infuſione rhabarbari

ri cum myrobalanis, & aliis materias calidas educentibus, ſemper tamen animaduertendo, vt cum ſolutiuo ſint miſta ſtiptica & confortantia. Nam vidi ego quandoque, & communiter vidi, propter inaduertentiam huius rei, quòd ſtatim poſt ſolutionem inſurgunt dolores longè fortiores. Ea propter non debent à principio dari agitantia pharmaca. Electuarium prædictum ſoluit ſubitò ſine moleſtia. In materia verò frigida ſunt multa, quæ ſoluunt, & membra confortant. Conferunt pilulæ Raſis, quæ non valentes incedere, faciunt ire pedes. R. Aloes hepatici vnc. s. diagridij drach. j. roſarum rubearum tritarum ſcrup. ij. hermodactylorum alborum mundatorum à ſuperiori cortice drach. ij. cum ſyrupo de ſtœchade, fiat maſſa pro pilulis, de quibus detur ſecundum patientis tolerantiam. Sarcocolla habet proprietatem purgandi phlegma craſſum, quod eſt aggregatum in iuncturis, in iſchio, in inteſtinis, & in genibus, & expellit ipſum cum fortitudine, cum aliqua portione choleræ, & iuuat medicinas alias ad exeundum à corpore. Corrigitur omne eius nocumentum, pro ſenibus cum oleo de kerua, pro aliis autem cum
oleo

oleo nucum, vel duplo amygdalini. Dosis eius sic correcta est à scrup. iiij. ad drach. iij. miscetur cum serapino, myrobalanis, turbith, ammoniaco, bdellio Iudaico, thymo, ameos, & semine apij. Semen genistæ cum aqua mellis ros. educit materias phlegmaticas, quæ sunt in iuncturis, per ventrem, & per vomitum. Dosis eius drach. ij. Vtraque species dragonteæ, cum melle & stercore caprino exiccato in emplastro, confert doloribus iuncturarum, podagræ, dolori & contusioni neruorum. Ossa combusta pota, curant dolores arthriticos. Passulæ cum opopanaco contusæ & emplastratæ, conueniunt podagræ. Folia caulium cum farina fœnigræci, & aceto emplastrata, & cæpæ narcissi cum melle coctæ, sanant antiquos dolores articulorũ. Folia melissæ cataplasmata, curant dolores arthriticos. Euphorbium per os sumptum cum custodia, confert omnibus ægritudinibus frigidis neruorum. Idem præstat oleum de euphorbio. Piper calefacit musculos & neruos plus alia re. Vngere cum vnguento facto ex cinere plantæ caulium, & axungia porci recenti sanat podagram triduo. Folia apij cocta & cataplasmata iuuant. Quando dolor est fortis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

fortis, cataplasma cum pilosella in vino cocta.

Ad resoluendum phlegma quod est in iuncturis, & expellendum nocumentum frigoris, prouocandum vrinam, & ad impotentiam motus progressiui, ad maciem &, dispositionem senectutis, ad excitandum caliditatem innatam in senibus, ad aperiendum oppilationes, & resoluendum humiditates corruptas, confortando digestionem, & resoluendo ventositates. R. Piperis, macropiperis, cinnamomi optimi acutioris, florum squinanthi, spicæ nardi, galangæ, ameos, cymini carmeni ana aur. v. calamenthi fluuialis sicci, mastichis, seminis fœniculi, anisi, gingiberis sicci ana aur. x. folij Indi, cyperi, costi, cassiæ ligneæ, costi dulcis, seminis apij hortulani ana aur. iij. caryophyllorum, cardamomi minoris, nucis moschatæ, cubebarum, carpobalsami, xylobalsami, macis, pyrethri, pæoniæ, florum salicis torrefacti, rosmarini, acori, ana aur. ij. terantur & cribellentur & addantur eis sacchari vnc. iiij. conficiantur cum duplo omnium mellis despumati. Dosis eius est ab aureo vno ad duos, mane & eundo dormitum.

Antidotus quæ sanat podagram, & omnes arti

articulorum dolores, capitis, stomachi, oculorum, splenis, hepatis, & renum calculos quoque inuiscatos in articulis, datúrque anno integro.

R. Reupontici, agarici ana vnc.ij. phu vnc. iiij. hyperici vnc. v. petroselini Macedonici, mei ana vnc.iiij. gentianæ vnc. vj. aristol. centaurij ana vnc. viij. chamædryos vnc. ix. Conficies hoc modo. puluerizabis omnia seorsum: deinde omnia simul, & dabis mense Ianuario diebus quinque, die post diem. Similiter in Februario, Martio, & Aprili: Maio autem tribus diebus: Iunio duobus: Iulio & Augusto vno tantùm: Septembri vno: Octobri duobus: Nouembri tribus: Decembri quatuor, & semper vnum diem transpone, abstinendo toto anno à carne porcina, bubulina, leporina, fungis, caulibus, sinapi, aceto, acribus omnibus, & oleribus acribus. Ex secũdo ad Glauc. Dosis eius est in hominibus scrup. iij. in mulieribus verò scrup. ij.

Ad dolorem iuncturarum, podagras, & ventositatem.

R. Acori, hermodactylorum alborum à superiori cortice mundatorum recentium, ossium vetustorum, lentium excorticatarum, senæ, turbith ana drac. ij. sacchari vnc. ij. terantur & cribellentur, & dentur

& dentur omni die drach. iij. cum aqua betonicæ: eſt enim mirabile.

Ad dolorem in iuncturis, frigus intenſum, obliuionem, maximè in decrepito: ad ægritudines veſicæ, humorem crudum: ad omnes ægritudines iuncturarum, ſodam, humores frigidos, vapores ab his humoribus ad cerebrum eleuatos, ad tuſsim phlegmaticam, ad præparandum ſtomachum, vt gallæ corium præparant, & ad rectificandum ipſum, & fugandum ventoſitatem craſſam, ad digerendum cibum, excitandum appetitum, ad reſoluendum quod ex phlegmate incraſſatur in ſtomacho, acuendum viſum & mentem, ad delendum obliuionem, clarificãdum vocem, tardandum caniciem, & diſſoluendum podagram à frigida cauſa. Quicunque ſenex vtitur hac medicina, non indiget alia in conſeruatione ſuæ ſanitatis.

R. Trium piperum, galangæ, caſsiæ ligneæ, calami aromat. croci, ſpicæ nardi, cardamomi, carpobalſami, aſari, gingiberis, ſeminis myrti ſicci ana drach. ij. maſtichis drach. x. trita & cribellata conficiantur cum melle optimo deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ. reponatur in vaſe vitreo leui, & detur drac. j. pro vice, eundo dormitum: eſt enim ſecretum magnum Gal.

Ad arthriticos valde generoſum, confeſtim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

iuuans, consumens humiditates quæ sunt in profundo. R. Visci, terebinthinæ ana lib. s. adipis tauri, floris lapidis asij, nitri, calcis, thuris minutissimi ana drach. ij. olei de alchanna lib. s. puluerizatis puluerizandis, misce omnia simul, & applica.

Ad dolorem iuncturarum omnium, complexionem corruptam, excitationem virtutum naturalium, maximè digestiuæ, extrahendo malitiam cum vapore, subtiliandum phlegma, & facilitandum exitum eius à corpore, ad refrænandum choleram citrinam, ad omnes ægritudines hepatis & splenis, ad aperiendum opilationes quæ sunt in venis & arteriis profundis mirabiliter, ad consumendas in venis & arteriis superfluitates crassas, ad mundificandum meatus vrinæ, & ad frangendum lapidem. Dosis eius est drach. j. inuoluendo in hostia vel nebula madefacta: aut dissoluendo in aqua betonicæ.

R. Chamæpityos, scordei, centaurij min. ana vnc. s. seminis apij, ameos, baseæ, hyssopi hortensis, agarici ana vnc. j. gentianæ aur. iiij. chamædryos drach. iiij. myrrhæ, spicæ, calamenthi montani, spodij, petroselini, prassij ana vnc. ij. seminis rutæ, hyperici, hyssopi, phu ana aur. iiij. folij vnc. j. trita & cribellata liniantur cum vnc. ij. olei amygdalarum dulcium

dulcium recentis: deinde conficiantur cum q. s. mellis origani, reponantur in vase terreo intus vitreato, & seruentur sex mensibus ante vsum. Dosis eius est drach. j. vel aur. j. cum aqua virtualiter calida, aut inuoluatur in nebula madefacta, & detur per duas vel tres horas ante prandium: hoc enim est secretum magnum apud Galenum.

Pilulæ ex secretis Galeni, sanantes dolores iuncturarum, & non permittentes redire.

R. Myrobalanorum kebulorum & Indorum, corticum cucumeris asinini, zedoariæ, pulpæ colocynthidis, salis Indi, hermodactylorum alborum à cortice superiori mundatorum, aloes succotrini ana drach. j. serapini drach. ij. cum succo foliorum alchechengi & zedoariæ, fiat massa pilularum, ex qua fiant pilulæ sicut grana piperis, & siccentur in vmbra. Dentur drach. iij. omni tertia die post mediam noctem. Animaduertendum, quòd licet Galenus det drachmas tres pro vice, tutius tamen est dare drachmam vnam pro vice, vel secundum patientis tolerantiam cum aqua calida. Post multos verò dies dat hanc medicinam: R. Satyrionis partem vnam, specierum hieræ picræ p. ij. trita & cribel-

lata conficiantur cum melle optimo despumato, & dentur drach. iij. pro vice.

Electuarium Amoron regis ad dolorem iuncturarum & podagram à phlegmate, à quo destruitur motus, valet ad repletionem & debilitatem neruorum: est etiam optimum mulieribus, & his in quibus abundant humiditates phlegmaticæ, valet item contra lapidem. Hanc compositionem dicit Gal. esse iuuamentum diuinum, seq; infinitis vicibus comprobasse, & ab ipso non separasse, nec in ciuitatibus, nec in viis. Describit in suo libro de Secretis.

R. Radicis lilij cœlestis aur. xx. galbani aur. vj. dauic. iiij. (dauic est pondus trium granorum hordei) ammoniaci aur. x. & drach. ij. ellebori nigri aur. vj. aristoloch. longæ aur. v. rosarum rubearum aur. xx. turbith aur. vj. liquiritiæ aur. x. stœchadis aur. viij. satureiæ, centaurij min. ana aur. ix. & drach. s. squinanthi aur. viij. croci aur. j. phu aur. iiij. mei aur. vj. eupatorij aur. xvj. hermodactylorum alborum mundatorum aur. xxv. xylobalsami, carpobalsami ana aur. viij. agarici aur. xxx. olibani aur. ij. chamępityos aur. xvj. chamędryos aur. ij. mastichis aur. vj. anisi, asari, granorũ iuniperi ana aur. v. acori, hyssopi, ana aur. v. harmel, cymini agrestis, maioranæ, scillæ

aſſatæ ana aur.viij.ſerapini, aloes ſuccotrini ana aur.v. coſti, gentianæ, ana aur. ij. origani aur. vij. naſturtij, calami aromatici ana aur. iiij.trita & cribellata conficiantur cum melle optimo deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, & ſepeliatur in hordeo per ſex menſes. Doſis eius eſt quantitas auellanæ, cum aqua calida decoctionis ſatureiæ,& vtriuſque ariſtol.

Medicamentum Zenonis expertißimum ad podagras & omnes paßiones iuncturarum,cui non eſt ſimile : prouocat vrinam , laxat humores craſſos,& diuerſos ſedat dolores, aperit oppilationes, eſt optimum ad lapidem , liquefacit phlegma,& mundificat ſuperflua à corpore & pulmone.

R.Centaurij minoris aur.100.hermodactylorum alborum mundatorum à ſuperiori cortice aur.x.aniſi,fœniculi,apij, ana aur.vj.olibani, caryophyllorum ana drach.j.agarici,rad. lilij cœleſtis ana aur. j. cubebarum , galbani, ammoniaci, caſtorei,trium piperum, ſpicæ Romanæ ana aur. xx. ſpicæ nardi , turbith ana aur. xxx. aloes ſuccotrini aur. xvij. carpobalſami, xylobalſami, ſcillæ aſſatæ ana aur. xvj.maſtichis,croci ana aur. x. ſcammoneæ aur.viij. trita & cribellata conficiau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tur cum melle optimo despumato, & fiat electuarium in forma opiatæ, & sepeliatur in hordeo per sex menses. Dosis eius est drach. iij. & est maxima medicina ad præmissa. Succus ebuli bibitus, & in clysteri positus, etiam superlinitus, curat podagram, arthriticam, & chiragram. Radix ebuli, aut succus eius, valet ad omnem dolorem iuncturarum, spasmum & paralysim: etiam semen eius cum vino sumptum. Pes coruinus medetur omnibus doloribus iuncturarum, confortando membrum, & resoluendo materiam: & facit vt operatio hermodactylorum fiat sine molestia. Infusio asari in musto, curat antiquos ancharum dolores. Ponantur folia lauri in veru, ita vt inter quælibet duo folia ponatur frustum laridi, quibus sic ordinatis, ponantur ad ignem: & illud quod distillabit, collige in vase supposito, & vnge loca dolentia. Caro limaciarum emplastrata sedat podagram.

Ad antiquum dolorem iuncturarum à materia frigida, & est mirabile

R. Styracis calamitæ drac. ij. mastichis drac. vj. spicæ nardi, folij ana drac. j. s. euphorbij drach. j. cinnamomi electi drach. iij. ceræ albæ drac. x. olei costini vnc. iiij.

ol.

ol. Philoſophorum ſeu de lateribus vnc. j. fiat ceratum ſecundum artem, & applicetur: hoc enim eſt ceratũ Andromachi de nouem rebus. Folia meliſſæ cataplaſmata, curãt dolores arthriticos. Oleum, in quo decocta ſit muſtella vſque ad diſſolutionẽ, addita cera, tollit dolores iunꝫturarum, neruorum, & muſculorum.

De curatione iſchiadis. *Cap.* III.

CVrationis principium, ſit humorum peccantium euacuatio. Si corpus ſit plethoricum, ſecetur vena cubiti, deinde vena ſciaticæ in parte exteriori clauiculę pedis, poſtea purgetur. Animaduertendum, quod in ſciatica non ſunt applicanda repercuſſiua, quia materia eſt in profundo, & eam magis concentrat. Super pedibus autẽ & manibus applicari poſſunt. Opus eſt igitur in principio doloris ſciaticæ vti mitigatiuis, ſicut fomentatione ex ſpongia infuſa in lacte calido, in quo coctus ſit puluis hermodactylorum, & ſtatim cum ſpongia incipit infrigidari, iterum calefiat, ne retineatur deſuper frigida.

In ſciatica eſt vtilior euacuatio per vomitum, quàm per inferiora.

Cum materia eſt inculcata à pharmacis acribus, vẽtoſa applicata, maximum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

eſt auxilium. Calamenthum cataplaſmatum ſuper ſciaticam, trahit materiam à centro ad circumferentiam, & totum membrum calefacit, cutem tamē ſuperextendit. Facienda eſt purgatio cum clyſteriis ſatis acutis, cum benedicta, diacatholicone, hiera picra cum oleo rutę, anethi, & ſimilibus, carminando decoctionem cum floribus chamæmillæ & meliloti: dando pilulas de hermodactylis maior. cum fœtidis digeſta materia.

Locale Gal. ad ſciaticam mirabile. R. Ceræ drach. 50. viſci quercini drach. viij. terebinthinæ drach. xij. s. galbani drach. iij. ireos drach. iij. s. cedriæ drach. ix. olei cyprini, vel de alchanna vnc. iij. ceram & cedriam cum oleo cyprino liquefacito, deinde galbanum & terebinthinā. Quādo debet auferri ab igne, adde iridem & viſcum pulueriżata. Ablatis ab igne, adde myrrhæ pulueriżatæ drachm. vj. nitri drachm. ij. s. & applica. Ammoniacum cum pice ſumptum & emplaſtratum ſanat ſciaticos. Decoctio centaurij minoris bibita, carui Romanum bibitum, ſemen abrotani cum betonica in condito datum, curant ſciaticam. Acetum ſcilliticum à ieïuno bibitum, incipiendo à modica doſi, paulatim creſcendo vſque ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

vnc.j.curat ſciaticam.Folia enulę in vino cocta &cataplaſmata:ſtercus arietis cum aceto emplaſtratum:&hypericon ſiccum bibitum. Naſturtium cum polenta & aceto coctum & cataplaſmatum, & farina lupinorum cum aceto & melle cocta,cataplaſmata.

Aliud. R.Picis partes duas,ſulphuris p. vnam , ſimul trita extendantur ſuper chartam , & applicentur in exitu balnei, dimittendo donec per ſe cadant. Vel aſpergatur ſuper locum ablutum cum aqua vitæ ſuperpoſita charta poſtea. Radix enulæ trita & emplaſtrata : ſimiliter fricatio loci ſciaticæ cum ſucco colocynthidis,tollunt ſciaticam.

Ad ſciaticam & arthriticam confeſtim iuuans. Coque fœnumgræcum in melicrato vſque ad diſſolutionẽ,deinde contundatur,addendo mellis q.s.iterum coque, & extende ſuper pannum & applica.

Malagma ad ſciaticos & alias neruorum paßiones,ſoluens omnem duritiem & male morigeratas mammillarum diſpoſitiones. R. Viſci quercini , terebinthinæ , ireos ſiccæ, myrrhæ,galbani ana vnc.vj.ol.de alchanna vel pigmenti Ægyptiaci q. s. galbanum ponatur in ol. de alchanna vel pigmẽto Ægyptiaco,cum cera ſuper ignẽ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& additis reliquis pulverizatis fiat malagma, & applicetur.

Aliud ad sciaticam. R. Silphij herbæ, (cuius gummi est assa fœtida) seminis rutæ agrestis, baccarum lauri ana drachm. iiij. ceræ, picis, adipis anseris, resinæ, ammoniaci ana vnc. j. s. resolutis gummis in aceto misce.

Ad nephriticos & sciaticos. R. Far. ireos cum aceto forti, permisce resinam pini, far. lupinorum, pyrethrum, sulphur, terebinthinam, nitrum, & baccas lauri, misce omnia simul cum melle, & appone.

Ad extrahendum materiam sciaticæ ex profundo ad superficiem. R. Ficuum pinguium p. duas, sinapis p. vnam, infundantur ficus in aqua tepida per diem & noctem, postea exprimantur, vt in eis non remaneat aqua: adde sinapi tritum cum aceto. Debitè mista applicetur, & non dimittatur nimium, ne exulceret locum.

Antidotus cito liberans à sciatica. R. Sabinæ drach. ij. piperis, foliorum hederæ, rutæ ana drach. vj. chamædryos drac. ij. da cum vino.

Ad sciaticam, dolores iuncturarum, passiones frigidas, & crassas ventositates. R. Ammoniaci, serapini, opopanacis ana aur. x. euphor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

℞. euphorbij drachm.ij.aristol.vtriusque, radic. lilij cœlestis ana aur. iij. ponantur gummi in succo fœniculi, aut in eius decoctione, reliqua verò trita & cribellata conficiantur cum melle despumato, omnia debite simul miscendo, & fiat electuarium in forma opiatæ Dosis eius est drachm. ij. vel iij. inuoluendo in hostia vel nebula.

Aliud. R. Hermodactylorum alborum à cortice superiori mundatorum, turbith gummosi, satyrionis, senæ, medullæ seminis carthami, pulpæ colocynthidis, medullæ seminis citrulli ana drac. j. trita & cribellata conficiantur cum butyro & melle, & detur de eo secundum patientis virtutem. Est ex secretis Gal.

De duritie & nodositate iuncturarum lenienda. Cap. IIII.

QVando ab intemperie neruorum calida nodi, siue pori, fieri incipiunt, toto anno hoc antidoto est vtendum. R. Centaurij minoris vnc. v. chamædryos, hyperici ana vnc. vj. aristoloc. rot. gentianæ, petroselini, agarici, phu, mei ana drach. iij. spicæ nardi vnc. j. trita & cribellata cõficiantur cũ melle optimo despumato, & fiat electuarium in forma

opiatæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

opiatæ. Detur singulo die quantitas auel lanæ pro vice, per duas vel tres horas ante prandium, inuoluendo in hostia madefacta in vino : vel detur cum aqua betonicæ, vel alia virtualiter calida. Ex secundo ad Glauc. vbi subdit: Scio aliquẽ, qui iam concretos habebat calculos in articulis, hoc vsus medicamento (per quod extenuatur pinguis & crudus homor) sanus factus est. Origanum, pulegium, chamædryn, chamæpityn coquebat, & bibebat.

Locale quod delet nodositates & poros, qui fiunt in pedibus, & manibus. R. Aphronitri vnc. viij. terebinthinæ vnc. vj. ceræ vnc. xv. guttæ primæ à saponaria, propoleos ana vnc. iiij. colophoniæ lib. j. olei veteris vnc. xvj. confice simul & appone: quia delet porositates & nodositates, & valet ad apostemata & podagras acutas.

Aliud. R. Auellanarum vnc. iij. olei veteris lib. j. saponis Gallici vnc. iiij. mellis vnc. ij. ceræ vnc. x. terebinthinæ vnc. vj. albi ouorum q. s. ad conficiendum simul, & appone. Oleum de granis sesami, de semine lini, costinum, irinum, de styrace, de alchanna, de cucumere asinino, de croco, de granis citri & citrangulorum, leniunt omnes durities iuncturarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rarum. Oleum de ſemine trifolij, vulpinum, de piperibus, & de euphorbio in cauſa frigida remouet dolores.

Emplaſtrum filij Zachariæ deſcriptum à Meſue, lenit omnem duritiem iuncturarum: & ceratum diapente ab eodem deſcriptum: & ceratum de hyſſopo deſcriptione Philagrij ſimiliter. Ficus immaturæ albæ, quæ cadunt ab arboribus, coctæ & emplaſtratæ, curant nodoſitates neruorum. Vſnea quercus diſſoluit durities iuncturarum.

Ad humorem lapidoſum, mollificationem crurium, ſtuporem, & debilitatem totius corporis. R. Myrobalanorum, kebulorum, Indorum, & emblicorum, ſatureiæ, ameos, apij, origani, hermodactylorum alborum mundatorum à ſuperiori cortice, turbith gummoſi ana drach. j. gingiberis drach. ij. ſenæ vnc. iiij. ſpicæ, cardamomi minoris, amomi ana drach. vij. cinnamomi electi, ſeminis, & florum pęoniæ, piperis, macropiperis, ſpodij, roſarum rub. ſalis nautici, naſturtij ana vnc. s. ſalis ammoniaci aur. j. acori drach. iiij. doronici, zedoariæ, petroſelini ana. ſcrup. j. trita & cribellata liniantur cum butyro vaccino præparato cum ſurfure frumenti, donec ipſum eiiciat, adiungatur

gatur lib. s. penidiorum, & conficiantur cum melle despumato. Dosis eius est drachm.s.omni die cum aqua decoctionis acori.

Oleum mirabile ad eandem intentionem, quando quis vtitur electuario nuper scripto.

R. Costi, carpobalsami, cort. cassiæ ligneæ ana drachm.xxx.calami aromatici, gingiberis, serapini ana drach.xx.macro piperis drach.vij cordumeni, zedoariæ, staphisagriȩ ana drac.vj. cyperi drac.xxj. rad.squinanthi,ireos ana drac. xij folio-rum myrti,blactȩ bisantis,sampsuchi ana drach.x.terantur crasso modo , & infundantur in vino boni odoris , vt cooperiantur. Dimitte die ac nocte,pone in ollam,funde super ea tantum aquæ, quantum est vini. Affunde olei sesamini, de lentisco ana vnc. xxxx. coquantur lento igni spatio octo horarum,auferantur ab igne,& separetur oleum ab aqua : deinde.R.asari, spicæ nardi,amomi ana drac. x.folij drach.vj.myrrhæ drach. j. trita infundantur die ac nocte in vino odorifero vt suprà:postea cola in olla, in qua facta fuit decoctio supra scripta , & funde super eam colaturam oleum prȩdictum, & sit olla in qua coquuntur medicinæ & oleum limpida, & ponatur dicta olla in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

alia longè maiore, in qua ſit aqua, & ſub ea magnus accēdatur ignis, ita vt ad bullitionem aquæ, quæ eſt in olla magna, bulliat oleum cum medicinis, quæ ſunt in minore olla. Coquantur lento igni per octo alias horas: deinde remoue ab igne, cola oleum ab aqua, & coque tertio, vt infra: R. Blactæ biſantis, caryophyllorum, nucis moſchatæ ana drachm. iiij. mellis, ſtyracis calamitæ ana drach. xxx. balſami drach. s. tere medicinas ſiccas, & infunde eas in vino odorifero, per diem & noctem, vt ſuprà: deinde cola eas in olla, & coque vt ſuprà: poſtea coletur oleum, & reponatur in vaſe obturato: eſt enim vltimum in ægritudinibus iuncturarum. Et ſi ex eo ſumatur per os, ſoluit humorem crudum, confert colicæ, & ægritudinibus viſcerum. Vngendo ſoluit nodoſitates, quæ ſunt in pedibus & manibus, curat ſtuporem & mollificationem. Confert etiam vngere ex liquore, qui manat ex foliis lauri cum lardone aſſatis in veru.

Emplaſtrum ad ſubitò maturandum & rumpendum nodoſitates iuncturarum, in quibus eſt phlegma gypſeum, faciens illud exire miraculoſe, ſicut in pluribus ſum expertus in vna vel duabus applicationibus.

R. Caſei

R. Casei antiquioris acuti, mordacis quantum vis, confice cum brodio tibiæ porci salitæ & rancidæ, coctæ vsque ad dissolutionem. fac vnguētum, & applica.

De impotentia ad motum, quæ remanet post dolorem iuncturarum. Cap. V.

VIde electuaria in superioribus scripta, & maximè in 2. cap. huius libri: deinde applica hæc localia, si ea quę scripta sunt non sufficiunt. R. Baccarum lauri, semin. pæoniæ excorticati ana vnc. ij. contusa coquantur in s.q. lixiuij, & ex eo lauentur membra impotentia, aut ex decoctione visci arborum, & semine iuniperi in vino, lixiuio, vel aqua coctis. Vel R. Olibani vnc. ij. salis triti vnc. j. ol. de keiri, citrina q.s. fiat linimentum in mortario longa agitatione, ex quo vngantur iuncturæ eundo dormitum: confortat enim iuncturas, & facit eas acquirere bonam dispositionem, vt inquit Galeñ. 2. de Simplicibus. cap. de Olibano. Oleum de granis lauri, & de scinco, membra neruosa confortant, laxas iuncturas roborant, & carnes robustas reddunt.

Ad debilitatem pedum. R. Asari, aloes, siesmemitæ, tapsiæ, costi, sarcocollæ, myrrhæ ana drac. iij. castorei dra. iiij. trita liniātur cum vino odorifero, & liniātur desuper.

De

De doloribus musculorum extra morbum Gallicum. Caput VI.

PVlegium applicatum confert contusioni carnis & musculorum. Cinis vinaciarum cum aceto, curat cõtusiones neruorum & musculorum. Artemisia cõtusa cum axungia, applicata ac superligata curat dolorem coxarum. Farina fabarum cum oxymelle cocta & apposita sanat. Sal coctum in oleo vngendo calidè, tollit dolores musculorum ex labore causatos. Matricaria cum sua radice trita cum axũgia & aceto, sanat dolores musculorum in triduo applicata.

Ad dolorem musculorum, coxarum, tibiarum, & brachiorum. R. Succorum anethi, caulium, & ebuli, mucilaginis fœnigræci & seminis lini ana vnc. iij. ol. de keiri, anethini ana vnc. ij. coquantur omnia cum succis ad succorum consumptionẽ: deinde addantur mucilag. cum s. q. ceræ, fiat vnguentum, & ex eo calido vngantur loca dolentia. est enim optimum.

Aliud valde anodynum ad dolores musculorum & totius corporis.

R. Baccarum lauri, seminis pæoniæ excorticati añ. vnc. ij. olibani subtilissimè pulucrizati vnc. j. s. salis triti drac. vj. ol. de keiri & chamæmillę ana vnc. iij. vini mal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

uatici, aut alterius albi odoriferi libr. j. pulverizatis omnibus ſubtiliſſimè pulverizandis miſceantur omnia ſimul, & coquantur lento igni ad conſumptionē vini: ultimò addatur ceræ q.s. & fiat vnguentum, quo vngantur mēbra dolentia calido: eſt enim optimum & expertum.

De doloribus muſculorum ex morbo Gallico.
Cap. VII.

VNguentum optimum ad tollendos dolores muſculorum ex morbo Gallico, quod compoſui pro vna nobili muliere, quę iamdiu laborauerat magnis doloribus, maximè nocte, nec poterat inuenire remedium, & cum hoc vnguēto, Deo fauente, fuit ſanitati perfectè reſtituta. In multis aliis hoc idem ſum expertus, non infert aliquod nocumentum in gutture, tollit omnino dolores, applanat tuberoſitates & durities, quæ in hoc morbo contingunt, delet puſtulas, & non habet ſibi ſimile. Debent tamen prius adminiſtrari purgationes vniuerſales humorem peccantem reſpicientes: etiam durante tempore vnctionis. Fiant etiam clyſteria ſi opus ſit, & aliquando per interualla capiat bolum infraſcriptum. R. Caſſię pinguis drac. iij. diacatholiconis drach. ij. confec. hamec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drach.j. cum saccharo fiat bolus, quem capiat per horam ante prandium, inuoluendo in nebula madefacta in vino, bibendo statim post parum brodij carniũ. Hæc est autem vnguenti descriptio.

R. Olei irini, de keiri, laurini ana vnc. iij. axungiæ porci masculi liquefactæ & colatæ vnc. ix. succorum rad. ebuli, absinthij, rutæ agrestis ana vnc. iiij. vini maluatici, aut alterius albi odoriferi & optimi lib. j. s. coquantur omnia simul ad cõsumptionem succorum & vini lento igni: deinde colentur, & colaturæ addantur bdellij dissoluti in aceto drac. ix. olibani puluerizati subtilissimè vnc. ij. & drac. ij. euphorbij, pyrethri subtilissimè pulueri-zatorum ana drac. vj. ceræ q. s. misceantur omnia simul, & ponantur super ignẽ, donec cera sit liquefacta: deinde remoueantur ab igne, semper mouendo cum spatula vsque ad refrigerationem. Addatur Mercurij extincti vnc. j. s. diligenterq; miscendo fiat vnguentum, de quo calido vngantur membra dolentia, & tuberositates summo mane. Quiescat coopertus per tres aut quatuor horas, & sudabit copiosè. Abstergatur sudor, & quiescat per horam, donec sit temperatus.

Sit decenter sobrius in cibo & potu,

& frequenter prædictam vnctionem,
decem aut duodecim diebus, aut pluri-
bus si opus sit, & per interualla ante cœ-
nam per quatuor horas vngatur, donec
sit sanatus omnino. Aqua destillationis
herbæ stellariæ bibita valet, etiam ad vl-
cera cancrosa. Olibanum pulverizatum
cum oleo de keiri & aceto confectum in
mortario, confert dolori, qui dicitur cõ-
positus, ex quo proueniunt in corpore
excrescentiæ quędam sicut verrucæ, cum
quadam re simili formicæ, dicit Auic. 2.
Canone cap. de Olibano. & profectò est
morbus Gallicus. In vsu decoctionis li-
gni guaiaci cum vino vel aqua secun-
dum necessitatem, inest mirabilis pro-
prietas contra morbum Gallicum, ma-
ximè in illis, qui nimis vlceribus im-
plentur.

Pilulæ, quibus vtuntur moderni contra morbum Gallicum, quæ in aliquibus ab vlceribus & nodositatibus multum exterminatis, mirabilem fecerunt operationem.

℞. Argenti viui drach. xxv. rhabarbari
electi drach. x. diagridij drac. iij. moschi,
ambræ ana drac. j. farinæ frumenti drac.
iij. cum succo limonum, fiat massa pilula-
rum, ex qua formentur pilulę quantitatis
ciceris, & detur vna pro vice omni die
per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

per horam ante cœnam. Hæc recepta fuit ex Turchia apportata, & qui primus inter Christianos his vsus est pilulis, cecidit repente mortuus super põtem Auenionis, dum ibidem profugi essemus propter prælia, anno 1537.

LIBER XIX. DE FEBRIBVS.

De diuisione febris. Cap. I.

OMnes febres ad tria reducũtur genera, quatenus tria sunt prima subiecta febris, spiritus, humores, & solida. Vnde ephemera, putrida, & hectica febris generatur, quando in aliquo illorum subiectorum accenditur calor. Nam in spiritibus ephemera, in humoribus putrida, in solidis hectica consistit.

De febribus ephemeris & earum curatione. Cap. II.

SIgna inseparabilia ephemeræ, vrinæ concoctio prima die apparens, caloris suauitas, in declinatione sudor leuis, vel vapor suauis. Fiunt semper à causis procatarcticis, scilicet ira, labore, motu, fame, angustia, vigiliis, timore, mœstitia, & similibus. Cura earum est balneum, & vt cibetur bonis cibis, facilis conco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ctionis. Balneum conuenit omnibus ephemeris, maximè cum febris eſt in fine, vel circa finem, exceptis febribus, quæ ab oppilatione fiunt, quia ducunt ad putridam. Qui habet nauſeatiuam ſatietatem, non niſi in declinatione balneo vtatur. Habens catarrhum, non balneetur, niſi ſit aduſtiuus. Habentes ephemeras non morentur multum in aere balnei, ſed in aqua eius quantum volunt maneant: niſi oriatur ex ſoliditate & denſitate cutis: huic enim conuenit, vt morentur longo tempore in aere balnei donec ſudent. In ea autem, quæ fit ab oppilatione, fricatio aperit poros, & reſoluit humiditates ſuperfluas. Euacuatio non conuenit niſi his, qui habent oppilationes cum repletione, & nauſeatiuam ſatietatem, aut ſoliditatem cutis. Aqua frigida competit laborantibus ephemera, his exceptis qui habent viſcera debilia. Qui verò patiuntur ephemeram ob animi paſſiones, conferunt eis delectationes & conſimilia proportionata.

Ille qui habet temperiem calidam & ſiccam, & accidit ei fames, vigilia, labor animalis & corporeus, & incurrit febrem ephemeram cum horripilatione quadã, ſi non cibatur ſtatim, ex ephemera trãſit

in pu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in putridam, aut in hecticam. Tales ergo sunt cibandi etiam in principio paroxysmi, cum pane in aqua vel vino infuso, vel vtroque. Quælibet aũt harum febrium curatur suo contrario, labor quiete &c.

De curatione febris humoralis in genere.

Cap. III.

Circa putridæ febris curationem triplex insurgit intentio. Vna ad febrẽ, inquantum febris. Secunda ad causam febris. Tertia ad virtutem quæ eget sui conseruatione. Duæ primæ requirunt sui ablationem. Febris vt febris curatur frigidis & humidis. Causa consideranda est. Si materia sit sanguinea, vel multum sanguini admista, phlebotomia est necessaria, & multoties sola sufficit pro curatione, prius aluo lenita, si opus sit.

Quòd si materia non sit sanguinea, neque multum sanguini admista, purganda est materia redundans, lenitione ac digestione præcedentibus. Deinde si profutura videatur, phlebotomia est administranda, scilicet ante purgationem. nam ipsa est communis humorum euacuatio. Optimum est, inquit Galen. 11. Metho. venam incidere non solùm in synochis febribus, sed etiam in omnius aliis, quæ ex putredine humorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

fiunt. In lib. Curatiuo per ſanguinis miſſionem, inquit, phlebotomiam eſſe administrandam in interpolatis in declinatione paroxyſmorum. Rectius tamen puto, vt fiat in die quietis. His peractis, alteranda eſt intemperies contracta, ſi poſt euacuationem remaneat, & danda ſunt ea, quæ oppilationem aperiunt, & ſudorem ac vrinam prouocant, ſecundum exigentiam, ordinando debitum regimen in ſex rebus non naturalibus. Febrientium habitatio nimis clara ac lucida & calida relaxat corpus, obſcura verò ac frigida conſtringit. media igitur eſt eligenda: quia oblectat. ex primo ad Glauc.

Ad febrem concluſam, tuſſim ſiccam, phrenesim cum dolore capitis intolerabili. R. Mucilaginis pſyllij factæ in aqua, cucumeris Indi vel cucurbitæ lib. s. rob vuę vnc. viij. bulliant ad ignem leuem, donec coagulentur, deinde addatur tragacanthæ albi, gummi Arabici, medullæ ſeminum citrulli, cucumeris, cucurbitæ, citoniorum, amyli, ſeminis portulacæ, ſeminis maluauiſci, ſandalorum ana drach. iij. trita & cribellata conficiantur cum mucilagine, & rob ſupraſcriptis, & fiat electuariũ, de quo dentur ſingulo mane drac. iii

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& tantundem ante ſomnum. Sit eius potus aqua in qua cocti ſint cancri fluuiales & ſebeſten: hoc enim eſt medicamentum, non habens par. ex libro Secretorum Galen. Aqua pſyllij cum ſaccharo bibita extinguit feruorem acutarum, & eius mucilago tollit dolorem capitis, liniendo frontem ex ea.

Trochiſci ad febrem aduſtam, & aduſtionem in ſtomacho. R. Seminis citrulli excorticati, ſeminis portulacæ, liquiritiæ excorticatæ ana vnc. j. tragacanthæ vnc. s. trita conficiantur cum mucilagine pſyllij, & fiant trochiſci pondere drac. j. teneatur vnus in ore. Aliqui infundunt drac. ij. florum papaueris rufi in vnc. vj. aquæ ſcabioſæ, ligando in petia rara, deinde coquunt ad medietatem. Dant mane tribus diebus continuis, & curant febres continuas, chronicas, dolores coſtarum, & ſanguinis exitum.

De febribus cholericis. Cap. IIII.

IN tertianis cholera rubea rigorem & febrem facit. Si patienti febrem tertianam, ſuperueniat dolor capitis primo die, fit difficilis in quarto & quinto, & terminatur in ſeptimo die. Quibus incipit in tertio, & fit difficilis in quinto, terminatur in nono vel vndecimo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quibus incipit in quinto, remouetur in xiiij. Ex Gale. 3. de Crisib. cap. 11. Crisim factam in die pari, recidiua sequitur. Quæ autem fit ante diem criticam, in longum producit ægritudinem.

Decoctio experta ad febrem tertianam post tres accessiones, expletis prius canonibus vniuersalibus positis in præced. cap. R. Tamarindorum, pulpæ cassiæ ana vnc. s. myrobalanorum citrinorum vnc. j. aquæ lib. j. s. coquantur ad consumptionem duarum partium: deinde colentur: colaturę addatur ol. sesamini vnc. j. & detur in aurora: hoc enim illam eradicat.

Trochisci ad febrem tertianam, facta debita purgatione. R. Rosarum rub. drac. xx. spodij drac. v. amyli drach. iij. tragacanthæ drach. ij. croci g. vj. fiant trochisci cum aqua endiuiæ drac. j. pro singulo, detur vnus pro vice cum aqua endiuiæ & syrupo acetoso. Ad febres cholericas, cum quibus est ventris solutio, sitis, inflammatio stomachi & hepatis, dentur trochisci de spodio cum semine acetosæ, cum succo acetosæ vel granatorum.

Tela araneæ alba extensa super petiã, & ligata super pulsibus brachiorum, mista cum aliquo vnguento, curat tertianam, ex Dioscoride & Serapione.

Lapis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Lapis chelidonius niger in panno lineo tincto cum croco ligatus, & gestatus, febres tertianas, quotidianas & quartanas compescit. Succus pimpinellæ ante accessionem bibitus, eam penitus tollit. Tria folia pentaphylli cum vino, hydromelle, & modico piperis bibita, curant tertianam. Tres radices & tria folia berbenæ data cum decoctione berbenæ, tertianas curant. Cuscuta confert febribus propriè infantum, & purgat choleram. Habentibus temperiem calidam & siccam aduersissimum est ieiuniũ. Ex 10. Methodi, & 8. eiusdem cap. 2. inquit: Qui febribus cholericis laborant, non debent teneri ieiuni. Supponatur virtutem esse imbecillem, inquit, sensibile verò sufficienter corpus, subtilis habitus, temperies biliosa, stomachus cholericus, vigiliæ, tristitia, ira, & labores, æstate calida, longa cibi indigentia, febricitantes ita ex longa ægritudine, horrorem febris & febrem cessare feci, dando panem in vino mistum, calidum, infusum in paroxysmorum principio. Aqua herbæ terciolæ bibita tribus matutinis vnc. vj. pro vice, curat tertianas

De febribus quotidianis phlegmaticis, Cap. V.

In

IN quotidiana rigor causatur à phlegmate non putrefacto: à putrefacto autem accenditur febris. Hac de causa in principio quotidianæ non fit rigor, nec horripilatio, sed frigus in corpore & extremitatibus: & fit pulsus diuersus, & in principio inordinatus, etiam in augmēto: & non est pulsus frequens & velox, sicut in tertiana, nec fortis, neque sentitur inflammatio, vt cogatur se discooperire: non habent sitim, neque appetitum aquę frigidæ, nec anhelitū magnum: vrina alba est, subtilis, aquosa, sicut in quartana

Medicamentum citò soluens materias phlegmaticarum febrium propriè, & ventositatem dissoluens. R. Mastichis, anisi, gingiberis ana drach. j. turbith drach. iij. trita & cribellata conficiantur cum melle. Dosis est drach. ij.

Aliud. R. turbith, agarici ana drach j. mastichis, anisi ana drach. j. s. trita & cribellata conficiantur cum melle despumato. Dosis est drach. iij.

Aliud citò prouocans vrinam. R. Phu, rubeæ ana. fiat puluis. Dentur drach. ij. s. cum aqua hyssopi & satureiæ calida.

Ad febres phlegmaticas & melancholicas, vrinam fortiter prouocans.

R. Laccæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

R. Laccæ, caſſiæ ligneæ, ſeminis apij, & aniſi ana.cõfice cum melle,& da drac. iiij.cum aqua calida decoctionis aniſi.

Trochiſci ad febres quotidianas. R. Roſarum, ſpodij, eupatorij, ſem.cuſcutæ, & endiuiæ, berberorum ana drach. iiij.xyloales, tragacanthæ, abſinthij, aniſi,doronici ana drach.j.fiant trochiſci cum aqua abſinthij drach.ij.pro ſingulo, & detur vnus pro vice cum ſyrupo acetoſo ſeptem diebus continuis,& eradicabitur factis debitis purgationibus.

Decoctio valde vtilis in declinatione.

R. Gentianæ, rad. apij, fœniculi, rubeæ, agarici, turbith, aſari, roſarum rubearum, ſpicæ nardi ana drach. j. aquæ lib.iij. coquantur lento igni ad duas partes,poſtea colentur,& in colatura calida ſoluatur drac.j.laccæ,& bibat tribus matutinis in aurora.

Electuarium roſaceum valens contra quotidianam in fine,contra hydropem & ventoſitates. R. Roſarum rub.drach.xxxx.rad.lilij cœleſtis vnc.j.s.agarici drach.ij.s.marrubij drach.iiij.laccæ,rhabarbari,ligni aloes,cinnamomi,ſem.aniſi,fœniculi,cymini,abſinthij,maſtichis ana drac.vj.ſpicæ nardi,ariſtol.vtriuſq; ana aur.j. cõfice cum melle deſpumato. Doſis eſt drac.iij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De febre quartana. Cap. VI.

IN quartana semper fiat phlebotomia, exigente necessitate, ex communi brachij sinistri. Si sanguis sit rubeus & subtilis, claude: si niger, sine vt exeat. Facta vniuersali purgatione, cõcocta materia, & prouocato vomitu à cœna, sequenti die dandus est succus absinthij, ad temperandum melancholiam: & ante duas horas inuasionis da theriacam, quia sanat. Qui exhibent theriacam ante concoctionem materiæ, ex simplici faciunt duplicem, & ex duplici triplicem. Hæc Galenus in Fragmentis theriacæ.

Trochisci qui quartanam faciunt transire in tertianam. R. Eupatorij, absinthij, costi, zedoariæ, doronici, ameos, aristoloc. scordei, myrrhæ, euphorbij ana aur. j. aloes, bdellij, pyrethri, serapini, opopanacis, harmel, acori, amomi ana drach. j. infundantur serap. & opopanacum in vino, & moueantur donec dissoluantur, postea misceantur cum eis aliæ medicinæ tritæ & cribellatæ, & fiant trochisci drach. j. pondere, & detur vnus cum aqua raphani, cognita materia, & corpore existente robusto. Vide electuarium descriptum suprà ad corruptionem digestionis. Semen hyperici cum vino bibitum,

sanat

ſanat quartanarios. Tela araneæ alba in corio ligata, collo appenſa, curat quartanarios. Decoctio pimpinellæ bibita aliquot diebus, curat quartanarios. Vſus ſinapis & ſalſamentorum calidorum, quę digeſtionē roborant, vtilia ſunt in quartana. Vinum in quartana debet eſſe album, ſubtile, mediocris fortitudinis. Pulſus quartanæ in principio paroxyſmi eſt paruus, debilis, tardus, & rarus.

De febribus compoſitis. Cap. VII.

MInor hæmitriteus fit à quotidiana continua & tertiana interpolata. Medius fit à tertiana continua, & quotidiana interpolata. Maior fit à quartana continua, & continua intermittente.

Ad febres compoſitas, digerendo humores crudos. R. Seminis apij & fœniculi, radicis ireos, ariſtol. vtriuſque, foliorum chamæpityos, mei, phu ana. confice cum oxymelle ſcillitico, & detur cum aqua calida decoctionis ſeminis apij.

Ad febres chronicas compoſitas.

R. Aſſæ fœtidæ bonæ, piperis nigri & longi, ſeminis apij, aniſi, fœniculi ana. trita & cribellata conficiantur cum vino antiquo, & detur de eo cum aqua decoctionis fœniculi. Hæc omnia intelligenda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

da sunt, præmissis vniuersalibus euacuationibus & purgationibus.

Electuarium Aduenæ Aegyptiaci, descriptum à Galeno in experimentis ad febres antiquas, oppilationes, asthma antiquum, duritiem hepatis & splenis, cui non est ei simile. Iste aduena accepit ab vno medicorum altarium. Est mirabile. R. Cinnamomi, myrrhæ, cardamomi, caryophyllorum ana drach. j. s. contusa ligentur in tela rara, & infundantur in lib. j. aquæ die ac nocte: deinde colentur, & colaturæ misceantur mellis puri lib. j. coquantur super prunas sine fumo & flamma, donec fiat syrupus bene coctus: deinde addantur pulueres infrascripti. R. Rad. ireos, aristol. vtriusque, succi marrubij ana drach. iiij. succi eupatorij, myrrhæ, chamædryos, camphuræ ana drach. j. acori, spicæ nardi ana drach. ij. carpobalsami, ligni aloes ana drac. ij. s. trita & cribellata conficiantur cum syrupo suprascripto, & reponantur in vase interius vitreato. Dosis est quantitas auellanæ, pro vice, mane per horas duas vel tres ante cibum, inuoluendo in hostia madefacta in vino. Est ex melioribus medicinis, quas viderimus, inquit Gal.

Electuarium primum Astaron à Gal. eodem loco descriptum, valens ad febres antiquas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

complexionem corruptam, aperiens oppilationes, prouocans vrinam, & iuuans cõcoctionem.

R. Maſtichis, cinnamomi ana drach. j. aniſi, ſpicæ nardi ana drach. ij. xyloaloes drac. j. s. acori caryophyllorum ana drac. s. trita & cribellata conficiãtur cum melle optimo deſpumato, & fiat electuarium in forma opiatæ. Doſis eius eſt quantitas auellanæ pro vice, mane per horas duas vel tres ante cibum cum aqua abſinthij, aut alia potione calida. Eſt optimum & expertum.

Electuarium ad antiquam febrem, complexionem corruptam, dolorem capitis, renum & iliorum, quod compoſui pro vxore domini Petrini Porracij, legum doctoris, quæ erat ætatis triginta annorum, & ſatis extenuata, & hoc electuario, vnà cum aliis remediis infraſcriptis, Deo fauente, fuit breui ſpatio temporis priſtinæ ſanitati reſtituta. R. Xyloaloes crudi, myrrhæ, chamædryos, ſpicæ nardi, acori, granorum balſami, aniſi an. drac. ij. rad. ireos ſiccæ, ariſtol. vtriuſque, eupatorij, marrubij, abſinthij ana drach. ij. s. cinnamomi electi drach. j. s. caryophyllorum drach. j. trita & cribellata cõficiantur cum ſyrupo infraſcripto.

R. Myrrhæ, chamædryos, caryophyllorum, cinnamomi, ſpicę nardi ana drac.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

j.s.contusa ligentur in petia rara, & infundantur in aquis betonicæ, & absinthij ana lib.s.per diem naturalem: deinde colentur, & colaturæ addatur mellis puri lib. j. coquantur lento igni sine fumo & flamma, donec debitam formam syrupi bene cocti recipiant, & cum eo misceantur pulueres suprascripti: fiátque electuarium in forma opiatæ, de quo detur quantitas auellanæ pro vice, singulo mane, per duas vel tres horas ante prandium, inuoluendo in hostia vino madefacta. ℞. Piperis longi, euphorbij ana scrup.j.rad.ireos, ellebori albi ana scrup. ij. olei de croco & de violis q.s. cum s.q. ceræ fiat vnguentum molle, de quo intingatur extremitas parui digiti, & ex eo fricentur nares, quando surgit à lecto, & per horam ante cœnam, & eundo dormitum, ponendo quãtitatem paruæ lentis pro vice, & non amplius.

℞. Olibanĩ, sandarachæ, stœchados, seminis pæoniæ ana drach.s.spicæ scrup. j.caryophyllorum, nucis moschatæ, macis ana scrup.s. ol.chamæm. mastichini, & costini ana q.s. cum modico ceræ, fiat vnguentum, quo vngatur nucha calidè, eundo dormitum. His remediis præmissis vniuersalibus, vtendo etiam pilulis

mundisi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mundificantibus caput, fuit pristinæ sanitati restituta, cùm iam longo tempore prædictis affectionibus laborasset.

Decoctio squinanthi ad febres chronicas, oppilationes, & debilitatem interiorum membrorum à causa frigida, vrinam prouocans, & ventrem soluens, & est mirabilis.

R. Squinanthi drach. viij. marrubij drach. ij. absinthij, radic. lilij cœlestis ana drach. iij. rad. fœniculi, carui ana drach. x. aristol. rot. aur. vj. agarici albi aur. iij. costi aur. ij. mastichis aur. iiij. aquæ lib. iij. coquantur ad consumptionem duarum partium, postea colentur, & dentur de colatura drach. iij. pro vice in aurora. Aqua destillationis herbæ stellariæ, curat febres chronicas.

Electuarium squinanthi ad febres chronicas, quod frangit lapidem, dolores fortes aufert, vrinam prouocat, aperit oppilationes, & confortat hepar maxima confortatione.

R. Squinanthi aur. 150. aristol. rot. aur. iij. ligni aloes aur. vj. s. croci, spicæ nardi, opij, carpobalsami ana aur. s. mastichis aur. j. trium piperum, folij ana aur. iij. s. conficiantur cum optimo vino, & detur quasi auellana.

Medicamentum subtilians humores, & præparans eos ad consumptionem in principio

febrium & ægritudinum frigidarum.

R. Absinthij, seminis anisi & fœniculi, aristol. rot. squinanthi, carpobalsami, folij, cyperi, agarici, radic. lilij cælestis ana. trita & cribellata conficiantur cum melle despumato, & detur de eo quantitas auellanæ. Decoctio vel infusio absinthij, curat febres chronicas.

De remouendo typo in febribus chronicis.
Cap. VIII.

Rec. assæ fœtidæ, gingiberis, folij, piperis nigri & longi, chamæm. centaurij, harmel ana drachmam vnam, aristol. rot. ad pondus omnium. Trita & cribellata conficiantur cum syrupo facto ex melle & decoctione aristol. inuicem debitè coctis. Dosis eius est drach. j. vel ij. secundum patientis tolerantiam ante accessionem. Succus virgæ pastoris ante accessionem bibitus aufert typum. Similiter succus herbæ turchæ, & eius puluis cum vino in principio rigoris: & aqua destillationis eius omni mane bibita, curat febres chronicas. Succus plantaginis cum aqua mellis bibitus per horas duas ante accessionem est mirabilis. Opopanacum aut serapinũ cum aqua carthami data tollunt rigorem febriũ. Vngere spinam dorsi cum oleo de pyrethro,

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aut cum oleo & pyrethro. Abrotanũ tritum cum oleo veteri vnctum, aut frictio ex ipſo abrotano ante acceſſionem.

Vnctio ex pipere & oleo. Vngere ſpinam dorſi ex oleo anethi calido, de enula, de cinnamomo, de pulegio, auferũt typum & rigorem in febribus. Myrrha ſumpta magnitudine fabæ cum vino albo, rigores febrium prohibet, & aufert.

Electuarium remouens typum & rigorem in febribus, diſſoluens ventoſitates.

R. Aſſæ fœtidæ, rutæ, caſtorei, ſatureię ana drach. ij. aniſi, fœniculi ana drach. j. confice cum melle, & da drach. j. cum vino puro ante acceſſionem.

Medicamentum ſolenne ad febres chronicas, quæ fiunt ex craſſo humore, typum auferens, ventoſitatem ſoluens, & humorem viſcidum, conferénſque paralyſi. R. iridis drac. x. trium piperum, aſſæ fœtidæ, ſcordei, caſtorei, folij, ſeminis rutæ, aſari, ammoniaci, galbani, ſanguinis anſeris exiccati, ſerapini, xylobalſami, carpobalſami ana drach. s. ſpicæ nardi, croci ana drach. iij. ameos, chamædryos, chamępityos, menthæ, maioranæ, foliorum rubi agreſtis, carui, caryophyllorum ana drach. iij. s. turbith ad pondus omnium, agarici albi drac. x. trita & cribellata cõficiantur cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſyrupo facto ex melle & decoctione turbith, caryophyllorum, cinnamomi, aniſi ana drach. ij. inuicem coctis ad debitam formam ſyrupi decenter docti. Doſis eius eſt drach. iij. cum aqua virtualiter calida decoctionis aſari & gentianæ. Valet etiam ad dolores iuncturarum à cauſa frigida.

De modo prouocandi ſudorem in febribus.
Cap. IX.

PRouocat ſudorem frictio cum oleo miſto cum cinere ramorũ ficus: aut cũ oleo & cinere quercus: aut cum oleo de pyrethro, vel cum oleo & pyrethro trito. Quantum ad febris peſtilentialis cognitionem & curam, vide opuſculum, quod de peſte compoſui.

De febre hectica. *Cap.* X.

TEmperamento calido & ſicco præditi, facilè incurrunt hecticam, præcipuè eligentes vitam in laboribus, vigiliis, ieiuniis, ſolicitudinibus, ira, triſtitia, & propriè in æſtate & regione calida.

Quandoque hectica & putrida ſimul incipiunt, quod cognoſcitur: quia ſoluitur paroxyſmus ſudore vel vaporatione, & tangentibus temperatus æger videtur, arteriæ tamen cæteris partibus corporis ſunt calidiores valde. Ex primo de differentiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rentiis febr. cap.9.10. Tunc prius curanda est putrida, per euacuationem humoris peccantis, post eius digestionem.

Si hectica sit sine complexu alterius febris, accidit eis idem quod accidit calci non extinctæ, vel lapidi calefacto, quando aqua frigida superfunditur, per horas enim duas post cibum multo calidiores apparent, præter id quod arteriarum corpus est calidius cæteris partibus.

Vniuersalis hecticæ curatio in duobus consistit. Vnum in his, quæ ad intra: alterum in his, quæ ad extra administrantur. Circa extrinseca, omnia declinent ad frigidum & humidum: animaduertendo tamen circa infrigidantia, vt partes pectorales custodiantur, ne nimis infrigidentur. Conuenit balneum aquæ dulcis, quando hectica est simplex & separata. Cum vero putridæ est complicata, non conuenit balneum, nisi post concoctionem materiæ. Conueniunt etiam vnctiones infrigidantes & humectantes, maximè in spina dorsi, exempli gratia.

R. Mucilaginis psyllij, seminis citoniorum, coctorum in aqua florũ violarum ana vnc.ij. medullæ cruris vituli recentis liquefactæ & colatæ, olei violacei loti in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aqua frigida ana vnc. j. s. ceræ albæ q.s. fiat vnguentum molle, quo vngatur tota ſpina dorſi æſtate frigido, hyeme verò tepido.

Ad intra exhibeantur infrigidantia & humectantia. Omne regimen ſit contrarium cauſis, quæ hecticam induxerunt. Vt ſi complexio calida & ſicca hecticæ cauſa ſit, alteretur ad oppoſitum: ſi verò triſtitia, adhibeantur lætificãtia. Idem de aliis cauſis dictis in principio huius cap. intellige, vt omnes per contrarium corrigantur.

LIBER XX. DE APOSTEMATIBUS & VULNERIBUS.

De apoſtematibus calidis. Cap. I.

QVando incipit apoſtema calidum, corpus aut eſt mundum, aut repletum. Si ſit mundum, curetur apoſtema, quatenus eſt apoſtema. Si verò ſit repletum, incipiendum eſt ab euacuatione per phlebotomiam, vel ſolutionem ventris, vel vtrunque, ſecundum exigentiam: poſtea curandum eſt apoſtema. Curatio apoſtematis, quatenus apoſtema, eſt euacuatio materiæ extraneæ, quæ facit apoſtema,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum mollificantibus & resoluentibus leuibus, sicut cum emplastro, quod fit ex farina tritici, aqua & oleo. Nec est differentia apostematis facti in corpore mundo, ab eo quod fit in corpore repleto, postquam purgatum est, vt suprà, quia in vtroque intentio est solum ad apostema: nisi quia in eo quod fit in corpore mundo, prius non est necessaria tanta repercussio à principio, quanta in eo, quod prius erat immundum. In approximandis autem à principio repercussiuis, cauendum est, quando materia est in emunctoriis, præcipuè cum materia est maligna: quia per applicationem repercussiuorum reuocatur materia ad ipsum membrum principale, contra operationem naturæ, cum maximo periculo.

Circa venæ sectionem considera, an materia tota fluxerit, & tunc nõ eget nisi curatione apostematis, vt suprà: an sit adhuc in fluxu, tunc diuertenda ac retrahenda est à loco suo, prius consideratis quatuor conditionibus. Vna est partis varietas, vt à dextra ad sinistram, à superioribus ad inferiora, & è contra. Secunda est, vt communicãtiæ & societatis curam habeamus, sicut in menstruis retinendis ventosas sub mammillis apponimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Tertia, vt rectitudinem respiciamus, vt in ægritudinibus hepatis, secamus basilicam dextri lateris, in ægritudinibus verò splenis, basilicam sinistram. Quarta est, cum solicitudine elongationis, ne scilicet diuersio fiat ad loca nimis propinqua. Qualiter sit diuersio administranda, vide cap. de Pleuresi.

Emplastrum ex rosis in aqua coctis sine expressione applicatum, resoluit apostemata calida. Emplastrum ex volubili & apio in principio & statu. Sapa vini cum oleo rosaceo, & cera super lanam: aut lana succida infrigidata in ęstate, hyeme verò tepida: & consimilia.

Quando apostema peruenit ad statum, necessaria sunt magis resoluentia cum mollientibus: sicut anethum, chamęmilla, maluauiscus, semen lini, diachylon, & emplastrum de colcothar, quod exiccat sine dolore. Emplastra de farina tritici sunt calida & humida, & non minuunt caliditatem naturalem & humiditatem, quæ est in membro, sed maturant apostemata. Resoluetur per medicinas, quæ abstergunt, sicut farina milij, panici, & lupini: & per medicinas, quæ calefaciunt, sicut fœnumgræcum: & magis calefacientes & exiccantes, sicut farina lolij,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

lij, cicerum, & orobi: sunt enim vltimę in resolutione.

Magis autem conferentes in generatione saniei sunt, embrocatio cum aqua tepida, aqua affusa cum oleo temperato in sua caliditate. Emplastrũ ex farina tritici cum oleo, aqua, & pane, coquendo temperate quando coquitur multũ, confert apostematibus paucę caliditatis, quę difficulter maturantur, maximè si fiat ex pane frumenti, propter sal & fermẽtum. Frumentum mundum est vltimum in apertione, teste Gal. 5. de Simplicib.

Super vlcera, in quibus est apostema, non fit sanies nisi ex calidis & humidis, qualis est adeps porci & vituli. Boum & caprarum adipes quia sunt calidiores, conueniunt apostematibus frigidis & duris: vituli vero & porci adeps confert phlegmonibus. Gallinæ & anatis adipes sunt subtilioris substantiæ, & pluris resolutionis. Resina & pix parum transeunt æqualitatem, & liquefacta cum oleo conferunt apostematibus calidis declinantibus ad frigiditatem: ex Galen. 5. de Simplicibus.

Quando apostema tendit ad exituram seu saniositatẽ, si sit cum dolore vehemẽti & inflammatione, fac hoc emplastrum,

quod

quod dolorem mitigat, & feruorem apostematis remittit. R. Medullæ panis minutim confractæ lib. s. proiiciatur in lac feruens, addendo olei violacei vnc.iij.aquæ ros. vel solatri vnc. iiij. farinæ hordei m. j. croci drach.s.rosarum rub.m.s. bulliant parum simul & applicentur: Aut fiat emplastrum ex maluis, & violis coctis in aqua & lacte, in fine contusis cum butyro: aut addantur cæpæ lilij, & radix maluauisci cum axungia, fermento & similibus.

Emplastrum de violis, quod promouet maturationem, si maturari, aut resolutionem si resolui debeant. R. Violarum siccarum drac. vj.rosarum rub.drachm. ij. spicæ, mastichis ana drach.j.s.farinæ hordei, sem.altheæ, florum chamæm. & meliloti ana drachm. x. farinæ seminis lini vnc. j. cyperi, squinanthi, calami aromatici ana drach.j. fiat emplastrum cum aqua communi, Emplastrum seu ceratum Andromachi de nouem rebus.apostemata maturanda maturat, & resoluenda resoluit. Emplastrum ex foliis rorismarini, maturat apostemata difficilia ad maturandum. Diachylon paruum maturat & resoluit apostemata & humores à caliditate factos. Ladanum est maturatiuum humidi-

humiditatū crassarum, quas cum æqualitate resoluit. In erysipelate phlegmonoso post venæ sectionem, & choleræ purgationem, infrigidetur membrum cum succo solatri, semperuiui, portulacę, iusquiami, lactucæ, lenticulæ palustris, mucilagine psyllij, vnguento Gal. & similibus. Signum quod membrum sit sufficienter infrigidatum, est mutatio coloris. Antequam ad liuorem aut nigredinem tendat & perueniat, desistendum est. Mutato colore, applicetur coriandrum cum farina hordei. Si verò liuor aut nigredo appareat, scarifica & fomenta locum cum aqua maris vel salsa calida: deinde cum aqua misce acetum. Lenticula aquæ applicata omnes humores & ignem sacrum extinguit. Folia catapuciæ minoris cum aceto cataplasmata idē operantur: fimus ouinus cum aceto mistus similiter: pariter & polygonū, quod etiam herpetes & fistulas emendat.

De his quæ rumpunt exituras sine ferro.
Cap. II.

EMplastrum: R. Medullæ seminis coctі drach. s. nucleum vnius nucis rancidæ, sinapi, caules, & cæpe coctum, addito fermento & fimo columbino appone. Farina fœnigræci cum vitello oui,

confestim

confestim maturat & rumpit. Fimus columbinus cũ farina hordei & aceto rumpit. Galbanũ appositum, maturat & rumpit. Mora rubi Iunio aut Iulio collecta cum melle & pane trita rumpunt ea mirificè. Mel anacardi cum pice liquida ad ignem mista, rumpunt in medietate diei. Apium, & oriza cum fimo porcino similiter. Medulla seminis psyllij apposita, rumpit exituras. Cæpæ narcissi & scabiosa applicata, rumpũt apostemata. Nasturtium cum polenta & aceto coctum, addito fermento, carbunculos & humores duos applicatum spargit.

De his quæ prohibent, ne apostema rumpatur. Cap. III.

APpone emplastrum factum cum aqua & farina orizæ, & statim cum calefit, reitera. Spongia in aceto infusa apposita, prohibet apostema suppurari. Folia rubi recentia emplastrata. Decoctio pentaphylli apostemata & panaricios sanat, condylomata soluit, & scabiem tollit.

De apostematibus frigidis: & primò de Vndmia. Cap. IIII.

APostema molle phlegmaticum, dictũ Vndimia, resoluit fricatio eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cũ ſale, oleo & aceto calido, ea inuicem fortiter agitando, prius locum fricando cum panno aſpero. Eius autem generationem prohibet adiantum.

Aliud reſoluens Vndimiam. Bulliant alumen rochæ, ſal nitrum, & ſal commune in poſca, aut in lixiuio & aceto cum floribus chamæmillæ & meliloti in fine. Spongia noua infuſa, & optimè expreſſa calida ſuperligetur, reiterando omni ſero, deſuper tenendo per totam noctem: lixiuium autem fit ex cinere lignorum ficus, quercus, vitis vel ſalicis.

Aliud. Infundatur ſpongia in poſca acri cum ſale, nitro, & alumine: quòd ſi non habes ſpongiam nouam, lauetur cum lixiuio, nitro, & ſapone. Quòd ſi non reperiatur ſpongia adeo magna, quæ totum membrum poſſit amplecti vndimiatum, ſuantur ſpongiæ per medium inciſæ inuicem ad ſufficientiam conſutæ: aut capiatur filtrum tantæ amplitudinis, quod ſufficiat. Herba aron cum ſuis tuberoſitatibus cum axungia veteri trita calidè applicata, curat omnia apoſtemata frigida.

Si ex prædictis nõ reſoluatur facta debita purgatione, & humor ad ſuperiora aſcendat, fac vt infrà. ℞. Lithargyrij arg. drach.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drach.iij.s.adipis porcini veteris lib. iiij. & vnc. ij. olei veteris vnc. v. s. radicum maluauiſci lib.viij.coquãtur radices cum adipe & oleo diutiſſimè: deinde ſublatis radicibus & colato oleo, cum adipe immitte lithargyrium ſubtiliſſimè tritum,& ſubinde coque lẽto igni ad modum emplaſtri, & applica. Si verò tumor in ſcirrhum ſine ſenſu vertatur, relinque, quia ſanari non poteſt. Viſcus arborum cum modico calcis & axungia reſoluit apoſtemata frigida.

Sunt alia apoſtemata ventoſa, quæ reſoluuntur decoctione rutæ,ſeminis apij, & cymini cũ ſapone in vino cocto, cum oleo pauco diſſoluto, coquendo in aceto,infundendo in eis ſpongiam nouam, & applicando calidè. Emplaſtrum de baccis lauri,& de meliloto reſoluit ea. Similiter farina lolij, fabarum, cicerum,hordei, fœnigræci, cymini, orobi, panici, & milij.

Occurrit mihi caſus memoratu dignus. Fui vocatus pro paupercula muliere, quæ iam diu in directo vnius renis graui dolore torquebatur. Accedens ad eam, quæ iam multo tempore manebat in lecto, feci illam ſuper eius ventrem iacere: tetigi locum dolentem, & com-

primen s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

primens cùm extremitatibus digitorum ambarum manuum, reperi tumorem magnum: & diligentius intuens, ſenſi manifeſtam inundationem in profundo, & dolebat grauius, quando ſuper oppoſitum latus iacebat. Dixi eſſe apoſtema frigidum ſuppuratum. Feci vocari chirurgum doctorem & doctum, qui in ſtudio Taurinenſi publicè legebat, cui dixi, vt cum raſorio ſtricto in ſummitate illam exituram aperiret. Qui reſpondit, oportere applicare maturantia, donec in cupũ eleuaretur. Cui dixi, ipſa longè citius morietur, quàm in cupum hoc apoſtema poſſit eleuari, quia amplam habet in interioribus capacitatem, vt dilatetur.

Tandem fecit inciſionem, ſicut dixerã, profundans raſorium, incidendo totum mirach. Tandem inciſo pãniculo, reperta eſt magna quantitas materiæ, quam paulatim exire permittens, cura diligenti adhibita, gratia Dei, ſanitati eſt reſtituta, cum magna chirurgi admiratione.

Ego dum eſſem iuuenis, vidi nõnullos ex conſimili caſu mori in manibus excellentiorum medicorum totius patriæ, qui apertionem ipſorum apoſtematum facere non audebant: vnde patientes abe conſumpti peribant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Aliud consimile apostema magnum in exituram conuersum, quod habebat magnifica domina de la Chau lateraliter ab vmbilico in ventre profundum aperire feci, dum essem Cameraci exul propter prælia. Apertum fuit totum mirach, sicut in alia muliere, & reperta est magna copia saniei: & quamuis ipsa domina esset senio confecta, diligenti tamen cura chirurgi & gratia Dei curata est.

Quando incipiunt apparere talia apostemata, tunc euacuationes & purgationes debitæ sunt administrandæ, postea curanda cura apostematum. Sed si videatur, quòd prolongentur, & ad exituram disponantur, tunc applicanda sunt maturantia cum radic. altheæ & lilij, semine fœnigræci, & lini, cum axungia, fermẽto, & aliis maturantibus suo loco dictis, donec ad tactum sentiatur inundatio, tunc aperienda sunt, vt supra.

De apostematibus duris. *Cap. v.*

APostemata indurantur, aut ex repletione, aut ex congelatione, aut ex siccitate. Quæ fiunt ex repletione, euacuatione curantur. Quæ cõgelatione, calefacientibus medicamentis. Illa autem, quæ fiũt à siccitate, debita mollificatione sanantur. In cõpositis sit cura composita.

In cura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

In curatione apostematis scirrhosi, incipiendum est à pinguedinibus & medullis tẽperatis, sicut cerui, vituli, vaccæ, & huiusmodi: deinde addatur bdellium ammoniacum, serapinum, dissoluta in aceto cum dictis pinguedinibus & medullis, & fiat suffumigium cum aceto in quo mittantur frusta lapidis molaris igniti, vt recipiatur fumus super locum induratum, mouendo & fricando leuiter membrum dum fit fumigatio. Apostemata dura chordarum, curat embrocatio ex decoctione ranarum. Omne durum apostema emolliunt pentedactyli: sunt enim in vltimo gradu lenitionis. Emplastrum de glandibus & axungia porci salita, resoluit apostemata dura. Amurca olei linosæ, de sesamo, de fœnogræco, coquendo ea parum in lacte, addendo adipem caudę arietis liquefactum, optimum est remedium. Vrtica contusa, centaurea minor, agnus castus, ambæ attriplices, vsneæ quercus, rad. capparis, rad. dragonteæ, auena, folia caulium coniunctim & diuisim, resoluunt apostemata dura. Emplastrum Oribasij à Mesue descriptum ea resoluit, & scrophulas. Folia cataputiæ maioris cum polenta, rad. maluauisci, & rad. cucumeris asinini cũ me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

dullis ossium & oleo antiquo. Lupini cũ aceto decocti, resoluunt sine mordicatione. Lupinorum farina cum aceto decocta desiccat, resoluit, mundificat, aperit, & abstergit sine mordicatione: curat liuores, apostemata dura & scrophulas. Nigella resoluit apostemata phlegmatica & melancholica dura & antiqua. Ex pice, cera, adipe, & oleo fit ceratum ad omnes tumores scirrhosos. Ex stercore caprino exiccato pulnerizato, & cum farina hordei in oxysacchara cocto fit emolastrum, quod omnem tumorem difficilis resolutionis resoluit. Galen. 5. de Simplicib. cap. 6 & 7. dicit: In leniendis apostematibus duris conueniunt adipes, radix maluauisci, & cucumeris asinini, quando coquũtur in oleo vel aqua. Folia maluæ cocta & non cocta, sunt medicina simplex singularis: & adeps vituli antiquus non salitus mistus cum aliis. Addit cap. 7. Medicinarum mollificantium quædam sunt, quæ mollificant humectando, quædam quia leniunt, quædam quia euacuant, quædam quia destruunt apostemata, & quædam faciunt has operationes secundum combinationem & æqualitatem Emplastrum ex ficubus cum nitro, rad. ireos, & aloe, maturat apostemata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mata dura, clauos, & apostemata, quę sunt in radice aurium. Ficus mollificant omnes durities, quãdo quæritur digestio, cum farina tritici: quando verò quæritur apertio, cum farina hordei. Cyminum coctum cum ficubus, resoluit tumorem, & mitigat dolorem faucium. Radix ireos, resoluit apostemata dura & scrophulas. Idem oleum de anetho & de mastiche faciunt. Mentha cocta in vino & oleo cataplasmata, soluit scirrhosum tumorẽ. Radix esulæ, subtiliat & exiccat materias submersas, liquefaciens eas. Abrotanum cum citoniis decoctum, resoluit apostemata difficilis resolutionis. Idem facit emplastrum ex foliis pini decoctis. Emplastrum ex radic. cannabis, radi. acori & aspergula, habet mirabilem proprietatẽ resoluendi omnem scirrhum, & est expertum. Emplastrum ex vrticis & raphano resoluit omnes durities. Bdellium dissolutum cum saliua ieiuni, resoluit apostemata dura. similiter & emplastrũ ex farina auenæ. Hyssopi ceratum diatessaron descriptione Democriti, & hyssopi ceratum, descriptione Gal. & illud descriptione Philagrij, quæ omnia sunt à Mesue descripta, resoluunt omnes durities & nodositates membrorum. Lapis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pyrites seu marchasita, commendatus à Gale.2.ad Glauc.(ex quo fit æs, habet colorem æris, & combustus dicitur copa rosea) subtilissimè tritus, cum resina mistus, resoluit apostemata dura. Similiter lapis alabastrites. ficus immaturæ quæ cadunt ab arboribus, albæ, coctæ, & emplastratæ, curant nodositates neruorum. Fomẽtatio ex ebulo dissoluit glandulas. Folia Persici cum sale trita, & eryngij contusi, dissoluũt apostemata dura. Folia cupressi, & decoctio hyssopi hortensis cũ ficubus, & centumnodia, tumores & durities resoluunt. Sapo mollificat apostemata dura & resoluit ea. Lapathium acutum, folia lauri cum sinapi & polenta mista & applicata, durities resoluunt. Diachylon magnum, maturat & resoluit omnes durities & inflationes: paruũ verò resoluit tumores à caliditate factos.

De scirrho & eius curatione. Caput VI.

SCirrhus est duplex, purus & nõ purus. Purus est ille, qui caret omni sensu: non purus verò est cum aliquo sensu: vterque fit aut à melancholia fœculenta, sola, radicali, & eius color est cinericius: aut à melancholia mista cum phlegmate, & color eius vergit ad colorẽ cor-

poris:

poris: aut ex solo phlegmate iam indurato. Color scirrhi puri, est plumbeus & vehementioris duritiei, & fortasse superuenient ei pili subtiles, estq; insanabilis. Omnis scirrhus aut incipit paulatim apparere, aut fit successione phlegmonis, aut erysipelatis, aut exituræ in loco vacuo: sicut contigit magnificæ dominæ præsidēti Passerini Taurini, tēpore pestis, quæ incurrit bubonem sub axilla, qui mutatus est ad non purum scirrhum: & post sextum annum ab eius initio apparuit, cum magno tumore & ingenti duritie, cū lata nigredine in parte suprema, ita vt nullus chirurgorum illius curam aggredi auderet, quia arbitrabantur esse cancrum. Vocatus dixi chirurgo, vt non timeret curam suscipere: & factis debitis purgationibus, applicatis maturatiuis, & post maturationem medicamētis, quibus rumpuntur exituræ sine ferro, de quibus suprà loco suo dictum est (ipsa enim maximè timebat apertionem cum ferro) apertum est, & curatum cura exiturarum similium. Feci teneri orificium apertum per spacium vnius anni, donec omnis tumor & durities euanuerunt, itaque Dei gratia sanitati fuit restituta.

De curatione cancri. *Cap.* VII.

CAncer quandoque fit per se, quandoq; succedit scirrho. Cùm per se incipit, tunc apparet parua durities, cum dolore, & interpolata pulsatione dolorosa successiuè augetur, & habet venas nigras circa locum. Cùm verò fit successione ad scirrhum, signa permutationis sunt, inflammatio, pulsatio cum vehemẽti dolore, & apparitio venarum nigrarũ, circa locum. Quæ non fuit in muliere prædicta, ideo dixi non esse cancrum, sed non purum sephiros à phlegmone causatum, vt suprà, quod tendebat ad exituram. Qualiscunq; sit cancer, variæ insurgũt intentiones pro eius curatione. Quia aut intentio est ad ipsum penitus destruẽdum, & hoc est impossibile, quando est confirmatus, nisi membrum penitus abscindatur. Difficile verò, quando non est confirmatus, & eius cura perficitur cum mineralibus, vt cum tutia abluta, lapide molari, vel fricatura lapidis cotis, agitatis in mortario plumbeo cum oleo rosaceo omphacino, vel oleo de keiri & similibus: Aut curatur cancer prohibitione additionis, & curatur cum prædictis, & cum fricatura plumbi, soluendo eam cum oleo rosaceo omphacino pro-

priè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

priè in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo diu agitando: aut cum aqua coriandri. & agresta etiam est bona. Aut quæritur prohibitio vlcerationis, & hæc fit cum linimentis prædictis, cum terra sigillata, bolo Armeno, oleo antiquo, aqua semperuiuæ, & cerussa, cum succo lactucæ, aut mucilagine psyllij, & cerussa de plumbo, diu agitando in mortario plumbeo. Emplastratio etiam cum cancris fluuialibus recentibus propriè cum clymia est iuuatiua.

Quando cancer est vlceratus, eius cura fit assiduando pannum lini infusum in aqua vel succo solatri super ipsum: & quoties exiccatur, madefiat iterum, vt prius: aut sumantur terræ sigillatæ, boli Armeni, aloes lotæ ana drac. ij. medullæ tritici, cerussæ de plumbo, olibani ana drac. j. terantur subtilissimè, & administrẽtur super tumorem vlceratum pulueres, & super siccum vnguentum ex eis cum oleo rosaceo & cera factum. Quandoque confert cinis cancrorum fluuialium cum clymia, cera, & ol. ros. & medicamẽtum de tutia abluta cum aqua portulacæ, aut mucilagine psyllij. Vnguentum diapompholygos descriptũ 2. ad Glauc. cap. de Cancro, est optimũ: vrtica cõtusa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

herba linaria, bryonia, & earum succi. Succus etiam seminum dragonteæ cum lana appositus, cãcros curat. Vrtica sanat cancrum corrosum: desiccat enim potenter absque punctione. Medulla nucis rancidæ curat vlcera apostematum melancholicorum.

Medicamentum solenne ad remouendum dolorosam punctionem & cancri caliditatem.

R. Cerussæ de plumbo, aquæ endiuiæ, aceti ana, cum pauco opio fac linimentum. Eruca geratina cataplasmata curat cancrum. Farina citerum confert vlceribus fraudulentis & cancrosis, & prurituі. Herba turcha puluerizata super cancrum aspersa valet, pariter eius vsus in cibo & potu. Lac cum tutia abluta linitũ, Puluis ligni salicis vetustissimi loti cum aqua foliorum populi positus super cancrum vlceratum, ponendo super ipsum puluerem folia maluæ hortensis, confert valde. Gummi nucum puluerizatum, positum super cancrum vlceratum, est valde vtile. Caput gruis & eius ventriculus cum lapidibus, qui in eo sunt, sicca in furno & puluerizata superaspergatur: hoc enim & cancrum & omnia vlcera sanat. Semen vrticæ in emplastro vel vnguento conuenit cancro. Passulæ contusæ

cum

cum ruta, delent cancrum.

Pilulæ Haly ad cancrum, lepram, morpheam nigram difficilem, & ad omnes morbos melancholicos valde vtiles. R. Hieræ picræ drach. xij. ellebori nigri, polypodij quercini ana drach. v. agarici, lapidis lazuli abluti, salis Indi, colocynthidis ana drac. iij. fiat massa pro pilulis, de quibus detur secundum patientis tolerantiam. Vsus aquæ lactis cum epithymo multum confert. Lixiuium cum sarmentis, aut ex puro nucleo oliuarum canceromata vlcerum aufert. Spongia infusa in lixiuio ramorum ficus posita super vlcera cancrosa, curat ea.

De bubonibus, althoin, & carbunculis, quæ accidunt tempore pestis, aut quæ sunt natura sui maligna. Cap. VIII.

QVomodo curari debeant prædicta, abundè scripsi in libello, quem de Peste inscripsi & composui. Sed post illius opusculi compositionē mihi occurrerunt casus, quos narrare vtile puto. Fui vocatus mane pro quadā muliere Taurini, quā reperi verbis suum testamentum explicātem, cùm non arbitraretur se tantùm viuere posse, vt in scriptis redigeretur: Causam huius timoris inuestigando, vidi bubonem magnum post aurem,

& ipſa reſpondit:ſunt octo horæ, quibus hoc apoſtema apparere cœpit, & in hoc modico tempore excreuit ſicut videtis, & hactenus fui cum maximo dolore: nunc autem quieuit dolor omnino, ſed ſentio venenum ad cor deſcendere, illudque horribiliter moleſtare, neque credo me viuere poſſe hora vna. Suaſi vt non timeret; & ſtatim feci eam olfacere acetum & aquam roſaceam, iuſſique fieri fricationes, & ſubitò chirurgum & apothecariũ vocari. Curaui adaperiri ambas cephalicas: primò oppoſitam, quia erat ſanguinea valde & repleta: deinde eam, quę eſt de eodem latere bubonis, extrahendo ſanguinem. Mox applicaui ventoſam ſuper bubonem cum egregia ſcarificatione, iterando applicationem ipſius ventoſæ. Cùm autem extracta eſſet libra ſanguinis vel circa, per iteratam applicationem ventoſæ, patiens ipſa incepit bene ſperare, & dixit ſe ſentire manifeſtè venenum à corde recedere: & iterando vẽtoſam, extractæ ſunt duę librę ſang. ab ipſo bubone. Feci fieri frictiones, odoramenta, miſturas cordiales, puluerem cordialem, epithema ſuper cor, exhibendo de ſyrupo de acetoſitate citri cum cochleari. facta itaque decenti purgatione,

Deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Deo iuuante & chirurgo sanata est. Cõsidera, an materia illa fuerit maligna, quia per quatuor menses inflatum mansit illud apostema, & apertum in spatio trium horarum à principio inflationis tanta apertione, quod immitti in eam potuisset extremitas trium digitorum simul iunctorum. Nec solùm illa vice apertum est, sed illinc ad annum consimili modo, & iterato post tres annos. Tandem curata, lõgo tempore postea superuixit. Cauda equina sumpta & emplastrata curat anthracem seu althoin. Herba turcica qualitercunque administrata similiter. Radix consolidæ maioris inter duos lapides contusa, quasi miraculosè curat anthracem, & rumpit. Agrimonia viridis trita, pota, sanat anthraces & pustulas malas. Idem & tormentilla præstat.

Ad carbunculum, anthracem, fistulam, cancrum, & omne vlcus malignum, radicem abscindens, & consumens materiam eorum, etiam quando sunt viridia & immunda. R. Anacardi, anisi, mastichis, iunci, ana p. j. lapidis lazuli p. s. confice cum pari quãtitate succi citoniorũ acriũ, & appone. Scabiosa super anthracẽ applicata, curat in tribus horis. Fimus columbinus cum semine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mine lini & oleo mistus rumpit carbunculos. Emplastrũ ex plantagine, pane fur fureo & lentibus, curat althoin, seu anthracẽ. Quæ omnia, vt in omnibus aliis dictum est, intelligenda sunt, factis purgationibus & euacuationibus debitis.

De Panaricio maligno. *Cap.* IX.

HVius Panaricij curatio apud paucos cognita est. Est enim apostema calidum & malignum, accidens in latere vnguis, intensissimum causans dolorem à materia adusta, paucum vel nullum habens apparentem tumorem. Nostri vulgares appellant os fractum: quia si non rectè curatur, os corrumpit, & perdit iuncturam vnguis.

Fui vocatus pro quadã muliere Taurini, quæ iam duodecim noctes cum clamoribus duxerat insomnes, occasione panaricij prædicti in pollice manus prope vnguem lateraliter, nullo tumore, nulláq; digiti inflatione existente. Quidam chirurgus curam huius passionis penitus ignorans, bis fecerat quasdam superficiales incisiones, in quibus caro excreuerat. Rogauit me instantissimè, vt eius curam susciperem. Crastino die feci incisionem cum rasorio lateraliter ab vngue vsque ad os, à summitate digiti

ad

ad iuncturam exclusiuè: deinde applicaui album oui cum vitello simul agitatis, intus & extra vulnus. Statim cùm recessi, cœpit dormire, & dormiuit tota die vsque ad noctem, absque vlla comestione: cessauit omnis dolor, neque vnquam postea doluit ea causa, sed breui temporis spatio, Deo fauēte, fuit sanitati restituta, absque digiti deformitate. Vera igitur curatio huius ægritudinis, est, facere incisionem secundū modum dictum, profundando vsq; ad os inclusiuè: quia statim cessat omnis dolor, neque est aliud remedium, quin os & functura perdatur.

De carbunculo cum febre pestilentiali.

Cap. X.

DVm essem iuuenis, fui vocatus pro quadā nobili muliere Taurini peste iam inualescente, & reperi eā in lecto sedentem, & se pectinantem, faciem capillis coopertam habentem. Tetigi pulsum paruum, tardum, & rarum, & cœpi dubitare. Ipsa autem faciem discooperiente, vidi super latus menti paruam petiam cum vnguento: suasi vt amoueret, & vidi carbunculum nigrum, absque cutis eleuatione, perinde ac si encausto cutis esset tincta. Quæ videns, pulsum etiam considerando, cognoui esse veram

pestem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pestem, & retraxi me ad fenestram, simulans defatigationem, & fricaui digitos, cum quibus eam tetigeram cum ocymo viridi super fenestram existẽte. Ipsa verò dixit, ego nihil mali sentio, nisi quandam defectionem. Ego respondens dixi ei, Sum expectatus in via, breui reuertar. Discedens dixi filio me interroganti: Mater tua finissima peste laborat, caue ne tu, nec aliquis ex familia tua aliquid de rebus quas circa se habet, tangatis: morietur enim hodie. Illo die ordinatis rebus suis quo ad animam, & reliqua, ante solis occasum defecit. Filius autẽ & eius vxor cum omni familia monitionem meam non obseruantes, secuti sunt eam. Post modicum verò temporis inualescente peste, ciuitatem deseruimus, in qua ex eadem peste super quinque millia hominum perierunt.

LIBER XXI. DE VVLNERIBVS.

De curatione vulnerum in genere. Cap. 1.

Canon vniuersalis in curatione vulnerum, est prohibere ne fiat apostema. Illud autem fit cũ phlebotomia diuersiua ad

oppositum

oppositum loci vulnerati. Quòd si fortè vulnera essent in vtroque latere, à quibus copiosè fluxerit sanguis, tunc excusati sumus à phlebotomia. Similiter oportet applicare repercussiua circa vulnus ex oleo rosaceo, aceto, bolo Armeno, terra sigillata, sanguine draconis, & huiusmodi: applicando vulneri intus & extra albumen oui cum vitello simul cõquassatum. Quòd si fuerit vulnus simplex, sufficiet iungere labia & ligare.

De sistendo fluxu sanguinis vulnerum, & eorum agglutinatione. Cap. II.

SI à vulnere fluat sanguis, duo sunt modi curandi: aut per deriuationem, vt ab hæmorrhoidibus ad menstrua, & è conuerso, aut ab ore ad nares: aut per diuersionem, quæ fit ad opposita, sicut ab vno latere ad aliud, à superioribus ad inferiora, & è conuerso. Cùm verò fluit sanguis è vulnere, propter venæ aut arteriæ incisionem, restringitur cum stipticis, sicut balaustiis, hypocistide, succo vuæ acerbæ, sumach, acacia, galla immatura, corticibus granatorum subtilissimè puluerizatis & applicatis, prius tamen cõpressa vena digito, donec sanguis restrictus sit: & cum alia manu impone puluerem ex suprascriptis. Non est melior

medicina ad restringendum sanguinem ipso thure, cum media parte aloes, & albo oui applicatum, etiam ad generandam carnem in vulneribus. Si ex fissura paruæ venæ sanguis profluat, (cuius signum est, quia sanguis exit paulatim) cum puluere thuris curetur, & cum cortice cupressi, terra sigillata, fructu spinæ Ægyptiacæ, croco, hæmatite, memita, & similibus. Gummi subtilissimè tritũ cum gypso, & subtilissimo puluere molendini appositum, stringunt sanguinem. Stercus asininum & equinum combusta, aceto mista, & vulneri applicata, stringunt sanguinem, & in vulneribus non concauis prohibent fieri saniem, & sine tumore vulnera sanant. Cinis ranæ combustæ in olla bene clausa omnem fluxum sanguinis vulnerum sedat: solidat venas & arterias: sanat combustionem ignis & aquæ calidæ. Cerebrum gallinæ stringit sanguinem membranarum cerebri. Tela araneæ applicata super locum, vnde fluit sanguis, stringit eum statim, & non finit locum in vulnere apostemari. Puluis lũbricorum cum thure albo, & albumine oui, statim stringit sanguinem. Bursa pastoris glutinat vulnera recentia, cum suo sanguine applicata. Cortex interior fra-

xini recens, ligatus ſuper vulnera recentia, conſolidat ea. Balſamina omnia vulnera conſolidat, etiam neruorum.

Nil præſtantius poſt cohibitionem ſanguinis adminiſtrari poteſt, quàm prohibere apoſtemata: Quod faciunt flores labruſcæ, lumbrici terreſtres puluerizati & applicati, ambæ ſpecies anagallidis. Centumnodia curat vulnera recentia & ſanguinolenta. Virga paſtoris cum ouo & radice graminis, curat vulnera recentia. Scabioſa cum vino auſtero cocta magna vulnera & ſanguinolenta glutinat: ſiccat enim fortiter quęcunque extra naturam ſunt humida. Conſolida maior conſolidat vulnera recentia: cuius ſignũ eſt, quia ſi carnes recentes in fruſta inciſæ ponantur in olla cum aqua ad coquẽdum, & cum eis ponatur conſolida, glutinat ea fruſta ad inuicem. Puluis factus ex atramento & cinere rad. ſalicis, ſtringit ſanguinem, & vulnera ſanat. Hypericon ſanat plagas neruorum, & aliorum membrorum, deſiccat enim maximè, & ſine mordicatione. Folia vlmi viridia. Puluis balſaminæ ſumptus, curat vulnera inteſtinorum. Folia mandragoræ cataplaſmata, curant apoſtema in vulnere factum. Centaurium minus & millefolium

glutinant vulnera recentia. Vmbilicus Veneris cataplaſmatus, ſanat vulnera quæ ſunt cum rubore. Decoctio corticũ interiorum glandium, aut arboris glandium & foliorum eius, glutinat vulnera recentia. Dolores & liuores ex percuſſione factos, curat emplaſtrum ex ſucco abſinthij, cum puluere cymini, & melle.

Ad omnia vulnera, omnia apoſtemata, & omnia vlcera, ex ſecretis Galeni.

R. Olei & aceti ana lib. iiij. lithargyrij lib. j. s. æris vſti drac. xx. viridis æris drac. xvj. colcotar, id eſt vitrioli citrini, chalcanthi (id eſt, vitrioli viridis) corticum æris, vel ſquamæ æris, vel batituræ æris, omnium drach. xvj. Coquantur parum oleum & acetum: deinde remoueantur ab igne, & in eis proiiciantur aliæ medicinæ ſubtiliſſimè puluerizatæ & cribellatæ: mox reducantur ad ignem leuem, ſemper mouendo cum ſpatula donec rubea fiant. Tunc remoue ab igne, & ſerua ad vſum, vt ſuprà.

De curandis his qui ab alto cadunt.
Cap. III.

QVi de alto cadit, inuoluatur in corio mutonis, vel arietis nuper excorticati dum calidum eſt: quia liberatur eadem die. Aliqui ſepeliunt eos in fimo calido

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

calido. Verùm tutius est statim facere phlebotomiam diuersiuam: deinde detur eis potio sequens: R. Flor. cassiæ fistulæ vnc. j. boli Armeni scrup. ij. croci scrup. j. dissolue cum aqua betonicæ, & capiat per horam ante cibum. Valet ad conquassationes & fracturas tam exteriores quàm interiores, succus millefolij, reuponticum. Conuenit dare scrup. ij. agarici cum vino non febrientibus, febrientibus verò cum aqua calida. Similiter decoctio maluauisci, & mumia. Fimus apri cum cera, oleo, & gummi Arabico ossa fracta confirmat, & laxationibus prodest.

De incisione & punctura neruorum.
Cap. IIII.

PVnctura neruorum fomentetur cum oleo calido antiquo, facta phlebotomia & purgatione necessaria: deinde applicetur terebinthina abietis cum modico euphorbio, & in corporibus siccis & duris: in pueris verò & mulieribus sola terebinthina sufficit. Fæx mellis cum euphorbio, addito serapino cum oleo, & aliquãdo cum terebinthina cõuenit corporibus siccis. Idem censendum de opopanaco, assa, & sulphure cum oleo: aut cum euphorbio, cera, & terebinthina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

abietis, & pice, ponendo de cera partem vnam, & de aliis mediam: pix simul est mittenda, quãdo corpus est siccissimum, non aliter. In vulneribus & incisionibus neruorum, si nerui sint discooperti, non apponatur medicamentum de euphorbio, sed conuenit medicamentum de calce multoties in aqua dulci lota, & cum oleo dissoluta: aut tutia lota cum oleo rosaceo embrocentur caput, collum, & spatula opposita ex oleo calido. Super vulnus confert sapa vini, aut vinum dulce, & quando vulnus est propinquum cicatrici, vinum album & debile conuenit: aqua enim pessima est in puncturis neruorum. Trochisci Andronis descripti quinto Med. per genera, optimi sunt. Quando nerui sunt incisi secundũ latum, & non secundum totum, incidatur totus neruus, vt acquiratur securitas à spasmo. Quòd si locus incisus, & circa ipsum sit tumidus, administrãda est phlebotomia. Diætetur subtiliter, quiescat omnino, iaceant in molli culcitra & plena, alæ & collũ. Si vulnus sit in manu vel brachio, cũ oleo calido: si verò vulnus sit in pede, embrocentur inguina cũ multo oleo calido, vsq; ad ossa dorsi, colli, & capitis. Si neruus sit contusus, & cutis

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum eo contusa ac vulnerata sit, applicetur medicamentum siccissimum. Si vero solus neruus sit contusus, embrocetur sæpius ex oleo calido habente virtutem resolutiuam : nam contusio ab attritione differt, quia contusio fit in parte carnosa lacerti : attritio verò in neruo, cum fibræ vel fili eius inciduntur vel contunduntur, propter eorum extensionem. Emplastrum optimum, quando contusio est in neruo & cute, fit ex farina fabarum, melle & aceto simul mistis & applicatis. Si dolor sit cum contusione, adde picem liquidam, minus coquens eam cum his, & calidum appone. Quòd si vis siccius, adde farinam orobi.

In puncturis vsque ad neruum sub cute dimittatur vulnus apertum, & fomentetur locus cum oleo, facta prius phlebotomia & purgatione si expediat. Oleum de stibio tepidum & antiquum prodest. Cauenda sunt olea stiptica. Optimum medicamentū est terebinthina cum modico euphorbio, in siccis corporibus. In mollioribus verò corporibus, sola terebinthina sufficit, teste Gal. 6. Metho. cap. 12. Folia caudæ equinæ contusa & apposita neruis incisis & aliis vulneribus, glutinant & consolidant ea. Radix cæpæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

narcissi incisos neruos consolidat, & laxatos cõponit. In punctura, si illud quod currit ad locum puncturæ non respirat, ad venenosam naturam mutatur, & fit spasmus: aut illic putrescit, & fit apostema. Lumbrici terrestres triti, & super neruos incisos positi, conferunt iuuamento magno, subito & manifesto. Grana tinctorum, neruis incisis & vlceribus neruorum & aliorum membrorum, maximum afferunt iuuamentum.

De combustione ignis. *Cap.* V.

A Principio debent applicari infrigidantia. Aqua solatri, plantaginis, & rosarum cum albo oui, linita super locum combustum ab igne, non sinit locum vesicari. Idem facit radix cæpæ narcissi. Radix lilij assata trita cum oleo rosaceo super locum combustum apposita, curat. Vitellum oui recentis cum oleo rosaceo, cera alba, & adipe caprino, curat combustiones. Idem præstat aqua foliorum caulium & vnguentum populeon. In processu verò misce populeon vnguẽtum cum vnguento de lithargyrio: est enim vtile valde. Cortex pini cum lithargyrio & olibano, curat vlcera ex combustione facta. Vnguentum de calce lota secundum artem cum cera alba & oleo rosaceo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſaceo: Item vnguentum de olibano cum adipe porcino & anſeris, curant vlcera ex combuſtione ignis. Folia hederæ in vino cocta, fimus ouinus cum cera & oleo, & puluis ſolearum vetuſtorum calceamentorum combuſtarum, ſuper locum combuſtum aſperſus, & cinis caulium cum albo oui conueniunt.

De combuſtione aquæ calidæ. *Cap.* VI.

SVccurratur ſubito, antequam veſicetur locus, cum aqua roſacea, ſandalis, & camphura, non permittendo exiccari, ſed qualibet hora iterando: Aut applicetur pannus infuſus in aqua frigida. Puluis corticis pini aſperſus, & omnia ea quæ ſcripta ſunt in præcedenti capite proſunt.

De extrahendis corpori infixis.
Cap. VII.

BErberis grana trita & emplaſtrata extrahunt ſagittas carni infixas, ſpinas, oſſium fragmenta, & huiuſmodi. Idem operatur caro limaciarum appoſita. Ambæ ſpecies anagallidis vulneribus præſtant effectum, tumorem nõ admittunt, infixa corpori euocant, paſcentia vulnera compeſcunt. Sordes balnei extrahunt ſagittas infixas. Semen erucæ & abrotanum cum axungia corpori infixa extra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hunt. Fæx aluearis apum: cæpæ narcissi cum melle: bryonia, radix rubi canini: radix cannæ quæ calamus dicitur, cum bulbis: gladiolus, xyris dictus, qui flores purpureos habet: stercus anseris, aristolochia trita: cinis hirundinis vstæ cum aceto mistus: polypodium tritum cum axungia porci: folia papaueris agrestis: ficus immaturæ: cinis fumiterræ tritus cum melle crudo: spolium serpentis cum axungia leporis. hæc omnia coniunctim & diuisim applicata, corpori infixa, & frusta ossium extrahunt. Radic. enulæ & cannę cum arist. axungia, & melle tere & appone, & statim sagittam, spinam vel consimilia extrahes. Cinis lumbricorum terrestrium cum melle coctus, fragmenta ossium è vulneribus extrahit.

De empiricis prognosticis. *Cap.* VIII.

BErbenam in manu teneas, & quæras ab infirmo, qualiter se habeat: si dixerit, bene, liberabitur: si dixerit, malè, morietur. Artemisia ponatur sub capite infirmi, ipso inscio: si dormierit, liberabitur: si non, morietur. Si patiens tenuerit laridum in manu, postea detur cani, si canis comedat, liberabitur infirmus: si noluerit comedere, morietur. Si vrtica vrina infirmi perfusa secunda die siccata

fuerit,

fuerit, infirmus morietur. Da succum piloselkæ infirmo vulnerato, si euomat, morietur. Ex musa ænea, vngatur pulsus patientis continuò: si sudabit, euadet: si nō, morietur. Auem calandram porta coram infirmo, si ipsa rectè infirmum aspexerit, liberabitur: si autē auertat se à facie infirmi, signum est quod infirmus morietur. Ex Alberto magno de Mineralibus.

LIBER XXII. DE LVXAtionibus & fracturis.

Quid sit in genere dislocatio, quid separatio, & quid elongatio. Cap. I.

DIslocatio est integra egressio ossis à loco suo, qui est ei naturalis iuxta illud, quod ei vicinū existit. Separatio est egressio ossis, vt suprà, sed non integra: vnde quidam torsionem appellant. Elongatio est absque vlla egressione, sed solius vertebri à pyxide elongatio, ita vt membrum videatur appensum per elongationem ligamenti iuncturæ: & hæc vt plurimum accidit ab humiditate in coxa & adiutorio relaxante.

Quædam iuncturæ sunt facilis dislocationis, vt genu: quædam difficilis, vt digitorum & cubiti: quædam medio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

modo, vt coxæ & ſpatulæ. Quæ facilis ſunt diſlocationis, faciliter reſtaurantur: quæ difficilis difficulter: quæ medio modo, mediocriter. Diſlocatio illa eſt deterior, quæ eſt cum ligamenti fractura, quo os cum oſſe coniungitur & alligatur, & vt plurimum fit in capite anchæ & ſpatulæ.

De ſignis communibus diſlocationis.

Cap. II.

SIgnum vniuerſale diſlocationis iuncturæ, eſt immobilitas iuncturæ, cum eminentia in vno latere, & concauitate in eius oppoſito. Debet membrum diſlocatum conſiderari, & ſuum par membrum ſimul iuncta, vt cognoſcatur inter ea differentia. Quando iunctura ad omnes partes poſitionis ſine difficultate mouetur, non eſt diſlocata, neque ſeparata. Separationis ſignum eſt, quando iunctura non eſt omnino motu priuata, & concauitas in vno latere, & eminentia in latere oppoſito ſunt paruæ. Signum manifeſtum elongationis eſt, quia aliquando eſt tanta vertebræ à pyxide elongatio, vt digitus inter ea manifeſtè poſſit imponi. Quibus os palati diſlocatur, his media naris deprimitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De curatione vniuersali dislocationum. Cap. III.

DIslocatio, aut est simplex, aut est cõposita. Intentio in simplici est reductio ossis in locum, in quo erat secũdum naturam, trahendo membrum, & comprimendo locum, vbi erit eminentia, versus locum in quo est concauitas, donec neutrum istorum appareat contra naturam, & multoties cognoscitur, quòd in locum redierit pet sonitum, quem facit vertebrum in ingressu pyxidis. Restitutus articulus ligetur, quia in ligatura est securitas ab apostemate. Non applicẽtur panni calidi, quia ducunt ad apostema: sed oportet vt sint infusi in cerato infrigidato, aut vino stiptico. Quando membrum est à dislocatione restauratum, & non potest manere in loco suo, illud accidit propter humiditatẽ mollificantem. Quare indiget cauterio, aut rebus illam resoluentibus & exiccãtibus, si fieri possit. Dislocatio cõposita, aut est cum vulnere, aut vlcere, aut apostemate, aut ossis fractura. Si cum vulnere, aut vlcere, cum intenso dolore, prius attendendum est vulneri vel vlceri propter dolorem, illũ mitigando. Si verò cum pauco aut nullo sint dolore, restaura dislocationem, demum

mum ad vulnus vel vlcus te conuerte. Animaduertendum, quòd si vulnus & dislocatio essent in eodem tempore facta, & adessent nerui discooperti, aut lacerti, oportet huiusmodi carnem abscindere, & lacertum vel neruum cum oleo calido fouere. Vide quæ scripta sunt de incisione & punctura neruorum. Si dislocatio sit cum fractura, vtrique est attẽdendum. Si cum apostemate, curetur prius apostema, deinde membrum dislocatum restauretur. Pari modo restauranda est separatio. Elõgatio curatur cũ emplastris stipticis, mistis cũ eis calidis: sicut balaustiis, acacia, costo, vsnea, & modico cãphuræ.

De dislocatione mandibulæ. *Cap.* IIII.

MAndibula quãdo ad interiora dislocatur, os remanet apertum: & dentes inferioris mandibulę posteriores sunt dentibus mandibulæ superioris. Quando autem ad exteriora dislocatur, clauditur os, & aperiri non potest, apparet eminentia mandibulæ ad extra, & priuatur loquela.

Restauratur, ponendo pollices super molares inferioris mandibulæ, stringendo partem inferiorem mandibulæ cum aliis octo digitis, trahendo ad omnem differentiam positionis, & vltimi ad con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

trarium loci, ad quem declinat eminentia. Inquit Hippoc. quòd aut vna aut duæ dislocantur. Si tantum vna, ostenditur ex tortura mandibulæ ad latera, & dentes non æquantur. Si ambæ, ostenditur ex hoc quòd nō est in lateribus tortura, sed fit mēti elongatio aut abbreuiatio, prout ad anteriora vel posteriora fit dislocatio.

De dislocatione humeri. Cap. V.

DIslocatio humeri quandoque fit ad inferiora, & sentitur sub axilla in tactu caput vertebri, ac si esset ouum, & in parte superiori concauitas, quæ tactu facilè comprehenditur. Curatio fit trahendo brachium fortiter, & reducendo vertebrum in locum suum vnde exiuit.

De dislocatione anchæ. Cap. VI.

ANcha si dislocatur ad anteriora, tūc pes est longior, & non est possibile plicare pedem nisi cum dolore, & non potest ambulare, nisi super calcaneum, & multotiens apostematur inguen, & retinetur vrina. Si verò dislocatur ad posteriora, abbreuiatur pes, & fit super eum expansio difficilis: & apparet in eius inguine mollificatio, & caput coxæ decliue ad obliquationem.

Quādo fit dislocatio ad interiora, tūc pes dislocatus redditur longior, quo ad

visum

visum, altero, & genu eminentius, & nō potest duplicare pedem suum apud inguē inflatum & apostematum: quoniam caput coxæ iā introiuit in ipsum. Si dislocatur ad exteriora, abbreuiatur pes, apparet in inguine profunditas & in eius opposito eminentia, inflatio à posterioribus, & genu ad interiora submersum.

De dislocatione cubiti & manus.
Cap. VII.

CVbitus dislocatus retrorsum distendi minimè potest, introrsum plicari nequit. Dextrorsum verò aut sinistrorsū dislocatum forma iuncturæ, & modus possibilitatis motionis ostendit. Si pulsus brachij in cubito dislocati tangatur, tangenti vena diuisa sentitur. Manus dislocata introrsum digitos flectere nequit, cum extrorsum dislocatur, digitos non potest extendere.

De dislocationibus quæ ab ortu fiunt, aut ab adolescentia, aut contractæ ab ægritudine. *Cap.* VIII.

QVando est dislocatio humeri ab ortu, fiet vt ossa huic proxima corripiantur, & breuiora reddantur. abbreuiatur manus & cubitus, & quæ proxima sunt extenuantur & excarnantur: superiora verò nihil minuuntur in his, qui à natiuitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

natiuitate hoc habent. Alius humerus excreſcit, læſus minimè, quia in eo oſſa non creſcunt. In adultis autem oſſa non minuuntur, ſed carnes tantùm. Summitas humeri defoſſa eſt, ſub axilla verò eminentia. In diſlocatione cubiti ab adoleſcentia ex infirmitate, vt ſuprà, ſub læſione cubito proxima, multo breuiores redduntur manus & digiti: humerus autem & brachiū validiora ſunt, propter nutrimentum quod non trāſit ad manū, ſed in brachio & humero retinetur, altera autem manus multo validior eſt. Qui manum ab ortu dislocatam habent, breuiorem & tenuiorem habent: in adulto autem in ſua magnitudine permanēt oſſa. Coxa & ancha, ſi ab origine ſint dislocata, vt ſuprà, attenuantur: tibia debita proportione minor exiſtit, carnes foris maximè minuuntur, tardè eriguntur, & tardè ſaneſcunt, cumque ſani ſunt, in crus ſanum voluuntur: ſi verò cogantur, & conētur crure affecto niti, vno vel duobus baculis gradiuntur, crusque ſubleuant. Si in adultis hoc eueniat, ex infirmitate oſſa quidem permanent, carnes vero minuuntur, & errabūdè ſicut boues gradiuntur, in ſanum crus ilia curuantes poſita manu ſuper genu læſo incedunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Vide quæ ſuperius de ſignis diſlocationis à nobis dicta fuerunt.

De fracturis oßium. Cap. IX.

OSſa fracta conſolidari non poſſunt vera vnione, ſed callo tãtùm medio, niſi ſint mollia, imo molliſſima, ſicut paruulorum adoleſcentium: materia enim viſcida fluit ad locum fractum, colligans partes, ſicut cum colla 6. Meth. cap. 5. Ligaturæ fracturarum debent ſolui omni tertia die, & aqua tepida fomẽtari, donec locus rubeat & tumeſcat. Gale. eodem in loco: Patientes fracturam oſſium ſunt phlebotomandi à principio, purgandi, & tenuiter diætandi. Cùm verò coniunctio incipit fieri & glutinari, tunc bonis cibis ſunt nutriendi. Fomentatio cum decoctione corticum vlmi, confert fracturis poro indigentibus. Fimus apri cum cera, oleo & gummi Arabico oſſa fracta confirmat. Fracturæ oſſis ſecundum longitudinem, pannum in vino nigro Pontico infuſum imponimus. Fimus caprinus exiccatus tritus, cum vino veteri coctus, coſtis fractis appoſitus, aperit, extrahit fruſta, & ſanat mirificè.

De fractura cranei. Cap. X.

FRactura cranei quandoque penetrat vſque ad locum, qui eſt inter vtraſq;

partes

partes cranei: aliquando vſque ad interiora capitis: aliquando aliqua eius pars ſeparatur: aliquando ſola in eo fit fractura & contuſio:& quandoq; forma fracturæ fit ſecũdum formam percuſſionis. Quando penetrat ad locum, qui eſt inter vtraſque partes cranei, amota parte ſuperiori, appone thus, farinam orobi, ireos, & ariſtol.añ. ſubtiliſſimè puluerizata. generat enim hic puluis carnem, & facit eã oſſi adhærere. In fractura, quæ vſque ad particulas cerebri penetrat, vide an aliqua pars oſſis ſit ſeparata, aut inæqualis. Ea auferatur cum inſtrumento debito. Si verò egeat perforatione, vſque ad duram membranam cerebri, cautè cum terebro rotundo in modum ſerræ, totum os fractum aufer vſque ad ſanum. Vulneri imponatur medicamentum doloris ſedatiuum. Quidam ſenex, ait Gal. 6. Meth. ponebat vnguentum ſuper membranas cerebri, ſuper cerebrum verò ponebat mel cum aceto miſtum, & bene ſuccedebat. Hæc eſt vnguenti deſcriptio:

℞. Mellis deſpumati, terebinthinæ lotę cum vino ana vnc. j. ol. roſ. vnc. ij. calefiant, donec incipiant bullire, & inſpiſſentur. Quando vis maiorem abſterſionem, & confortationem, loco mellis, pone

mel roſaceum. Senex ille in Aſia multos
hac medicina ſanauit, teſte Galen. loco
allegato. In x. lib. de Simplicib. inquit:
Qui oſſa capitis perforauerunt, infunde-
bant ſanguinem columbi, & conualeſce-
bant infirmi.

LIBER XXIII. DE VVL-NERIBVS.

De canonibus generalibus circa vlcera. *Cap.* I.

VLcera à vulneribus & exituris
ruptis generãtur. Solutio enim
continuitatis in carne, quãdo
pus facit & ſaniem, vlcus no-
minatur. Pus verò quod ab vlceribus ma-
nat, ſi eſt ſubtile, virus appellatur: ſi craſ-
ſum, ſordes. Virus exiccatione, ſordes
abſterſione eget. Vlcus profundum cum
duritie carnis, cauernoſitate & calloſitate
circundante ipſum, eſt fiſtula: ſine duri-
tie verò eſt vlcus cauernoſum ſeu cauer-
na. Quando ſuper vlcus eſt durities appa
rens, dicitur vlcus oſtracoſum. Fiſtula
quanto magis elongatur à ſenſu, tanto
difficilius curatur. Quæ penetrat ad ner-
uos, eſt multi ſenſus, & eius ſanies eſt
ſubtilis, ac tenuis. Quæ vadit ad os, ſub-
tilem habet ſaniem & citrinam. Quæ ad
venas

venas & arterias, saniem habet fœculentam. Sanies verò quæ ex carne manat, est viscida, crassa, turbida, cruda. Vlcera corrosiua & ambulatiua sunt cum febre: sicut ignis Persicus, formica ambulatiua & corrosiua. Vlcera à quibus circum circa cadunt pili, dicuntur mollia. Vlcera propter tria egent ligatura. Primò, vt currat sanies ad orificium: secundò, vt teneatur medicamentum super vlcus: tertiò, vt vniantur labia vlceris, cauendo semper ne ligatura sit cum læsione.

Quando illud quod est circa vlcus, sit nigrum aut viride, scalpella cum ventosis, & extractione sanguinis: deinde administretur spongia sicca, & alia medicamenta exiccantia. Vide an ad vlcus aliquid ex alio membro effundatur, tunc abscinde illum descensum ab illo membro à quo effunditur: & si nihil ab alio membro effundatur, cura vlcus. Vlcera dolorosa debent curari prius cum sedantibus dolorem, deinde curetur vlcus. Æquali existente vlcere in habente malam complexionem siccam, & in habente humidam, sicciora debentur sicciori, quàm humidiori. Galen. 3. Meth. & 3. Artis medic. & primi Aphoris. 16. vbi Hippocr. ait: Victus humidus &c. vbi

intelligendum eſt, ſicut Galen. intelligit, de mala complexione naturali, quæ ideo dicitur mala, quia labitur ab æquali temperamento iuſtitiæ, reſpectu cuius mala dicitur: & dicitur naturalis, quia non eſt egreſſa latitudinem ſanitatis, ideo eget conſeruatione, quæ fit per ſimilia. Si verò mala complexio eſſet egreſſa terminos & latitudinem ſanitatis, non eſt per ſimilia conſeruanda, ſed per contraria alteranda. Cùm verò naturalis & radicalis complexio alicuius membri eſt ſicca, non quidem reſpectu temperatæ, ſed reſpectu medij generis, cutis ſcilicet, ſicut oſſium, in medicandis nedum habet reſpectum & intentionem ad rem præter naturam remouendam, ſed etiam ad naturalem complexionem oſſis conſeruandam: hac de cauſa ſicciora debentur oſſi, quàm neruo vel chordæ.

Tres ſunt ſpecies vlcerum difficilis conſolidationis. Prima, vbi eſt mala complexio carnis vlceratæ: ſecunda, vbi eſt corruptio ſanguinis ad membrum vlceratum defluentis: tertia, quantitas illius ſanguinis. Galen. 4 Metho. cap. 1. In mala complexione carnis vlceratæ, ſi caro ſit dura & ſicca, fomenta cum aqua temperatè calida, aut cum lixiuio ex cinere

ramorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ramorum ficus, quod duritiem vlcerum dissoluit & corrodit, donec rubea fiat, & tumescere incipiat, tunc medicamentis humectantibus curetur. Si verò caro humidior fuerit naturali, non cum aqua, sed cum vino stiptico fomentetur, medicina siccior applicetur, lauetur aceto misto cum aqua, aut cum decoctione herbarum stipticarum. In fluxu autem sanguinis corrupti ad vlcus, si corpus eget aliqua euacuatione, illam administra: qua facta, membrum à quo defluit ad temperiem reducatur, & super vlcus stiptica applicentur, & ligaturæ incipiant ab vlcere vsque ad locum sanum tendentes, vt in fractura fit. Signum sanguinis corrupti fluentis ad vlcus & corruptæ cõplexionis hepatis est color corporis, malus, liuidus, plumbeus aut citrinus.

Signum quòd vlcera sunt frigida, est, quia sunt mollia, alba, calidis medicamentis mitigantur, & ipsorum vlcerum radices sunt latæ, albæ, parui pruritus: & patientes sunt frigidæ complexionis. Signum quòd vlcera sunt calida, est quia ad ruborem declinant, delectantur frigidis, & eorum radices sunt acutæ, cum pruritu: superfluitates quæ exeunt sunt acutæ & mordicatiuæ. Vlcera quæ fiunt

succeſſione ægritudinum ſunt mala: ſi-militer ea, circa quæ cadunt pili: & ea quæ ſequuntur puſtulas hydropicorum: item prægnantium vlcera, corroſiua, & ſimilia, ſunt difficilia. Signum bonum in vlceribus, eſt ſanies laudabilis, & quòd circa locum naſcuntur pili, poſtquàm ab eo ceciderunt. Omnia vlcera, quatenus vlcera, egent exiccatione quadam, præter ea, quæ ſunt facta ab attritione & cõtuſione lacertorum: hæc enim egent in primis vt humectentur, deinde ſicca applicentur: & quanto vlcus eſt profundius, maiori eget exiccatione. Remoueatur oleum ab vlceribus, ſed ſi fuerit neceſſarium, tunc oleum de kerua, maſtichinum, myrtinum & de glande conueniunt. Caue à medicamento forti, cùm membrum eſt valde ſenſibile.

De vlceribus virulentis. *Cap.* II.

IN vlceribus virulentis adminiſtranda ſunt primò exiccantia, donec mundificentur à virulentia: deinde ea quæ carnẽ naſci faciunt. Cùm miniſtraueris medicamentũ exiccatiuum, & videbis humiditatem augeri, aut non minui, tunc ſcias, quòd illud medicamentum ſecundũ illud corpus non eſt ſufficienter exiccatiuum. Quare adminiſtrabis fortius

exiccan

exiccantia, cum abſterſione pauca, ſcilicet cum melle vel conſimili, cauendo tamen ne ad ſuperfluitatem abſterſionis vel exiccationis declines, ne mordicationem inducas. Medicinarum exiccantium, quædam ſunt vehementis infrigidationis, ſicut iuſquiamus albus, opium, rad. mandragoræ: quædam vehementis caliditatis, ſicut pix, reſina: quare ad inuicem ſunt temperandæ. Medicinæ exiccatiuę, virus mundificantes, ſunt alumen, gallæ, cortices granatorum, cortex thuris, lithargyrium, farina hordei, & eius ſauich, flores papaueris Ruffi, cortices arboris ſalicum: emplaſtrum ex foliis nucum recentium, aut ex nuce integra cum vino decocta. confert enim valde, exiccans humiditatem abſque nocumento. Decoctio cyperi, decoctio myrobalanorum citrinorum, emblicorum, & belliricorum, decoctio cetrach, & aqua aluminis abluit, repercutit & exiccat. Item aqua maris eſt bona.

Medicamentum bonum ad vlcera virulenta. R. Lithargyrij deſpumati vnc. vj. antimonij, æris vſti, radicum chelidonię, gallarum, balauſtiorum, aluminis, climię argenti ana vnc. j. terantur ſubtiliſſimè, & applicentur in puluere, aut in vnguēto

cum oleo myrtino, aut alio ex suprascriptis cap. praeced. & cera. Caue ne praedictis exiccatiuis vteris, quando cum vlcere est apostema, sed prius curandum est apostema, deinde vlcus.

De vlceribus sordidis. *Cap.* III.

ADministrentur à principio medicinae abstersiuae fortis mordicationis: deinde gradatim perueniatur ad aliud, quod est id, quod fit ex aristol. cum melle & pauco aceto, & gluten albotin cum aequali mensura olei myrtini, aut butyri. Radix lilij cum melle, farina erui, opopanaces, & viride aes vstum, curant vlcera sordida & pascentia, melle, cera, & oleo myrtino additis. Faex olei cum melle & alumine iameno, validè exiccat. Quando vehemens est sordicies, sumatur prassium cum melle. Ex emplastris bonis sunt oliuae salitae. Caepae narcissi, cum semine vrticae, melle, & aceto mistae, vlcera sordida purgant & curant. Cyclamen necessariò vlceribus adhibetur sordidis. Folia chamaeleae, vel oliuellae, vel cocognidij, curant vlcera sordida. Radix chamaeleontis nigri, curat sordes vlcerum. Capilli hominis combusti, exiccant vlcera sordida, humida, & mollia. Hermodactylus abstergit sordes vlcerum.

Radix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Radix dragonteæ cum bryonia alba & melle, purgat vlcera sordida, & serpentia, & curat cicatrices vlcerum. Ablutio cum lixiuio ligni quercus, disponit omnia vlcera ad sanitatem. Vlcera sanguinolenta, lauantur cum aqua lactis, aut cum decoctione centumnodiæ.

De vlceribus cauernosis, profundis, & sinuosis. *Cap.* IIII.

HÆc egent, vt carne repleãtur, primò cum bonitate cibi & sanguinis, deinde cum medicinis vehementis exiccationis & mundificationis simul. Orificium vlceris fit inferius, vt facilius exeat virus, & non retineatur interius. Si hoc fieri non possit, secandus est sinus seu cauerna vsque ad radicem, seruatis seruandis. Ligatura incipiat ab orificio vlceris ad radicem, à qua detectio facta est ante sectionem, aut è contrario, cauendo ne ligatura causet dolorem. Si autem non sit possibile, propter aliquòd impediens, vt sectio fiat, fac iniectionem, & ablutionem, & impone tentas facientes nasci carnem, & mundificantes: quarum tamen mundificatio carnis generationem non impediat. In vnguento Apostolorum est vtraque virtus: sed longè fortior in vnguento Ægyptiaco. Centaurea

quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quoque ad hanc intentionem eſt mirabilis: deinde ireos radix, poſtea farina erui. Vlcera profunda, ſinus, & cauernas non mundificant medicinæ mundificatiuæ vltima mundificatione, neq; faciunt in eis naſci carnem, niſi liquidæ ſint, immiſſæ cum iniectoriis & tentis. Mel cum vino & aqua cineris eſt fortis iniectio & bona, quam non tolerat vlcus parum ſordidum. Aqua maris propinqua eſt illis: quoniam lauat & exiccat. Aqua etiam aluminoſa eſt lauatiua, & ſimul prohibitiua eius, quod attrahitur ad membrum. Verùm quando eſt apoſtema, non conuenit aliquod ex illis, neque vinum: paucitas autem eius quod currit, ſignificat quòd vlcus glutinatur. Spongia combuſta & puluerizata cum melle miſta & cocta, curat vlcera profunda. Ablutio ex lixiuio facto ex cinere ramorum ficus, abſtergit concauitates vlcerum.

De vermibus qui in vlceribus generantur. Cap. V.

SVccus calamenthi fluuialis immiſſus, eos necat. Vide ſuprà de ægritudinibus aurium, quæ vermes aurium necant: quoniam huic capiti optimè accommodari poſſunt.

De

De generatione carnis in vlceribus.
Cap. VI.

QVando vlcera ſunt mundificata, oportet ab eis remouere omne abſterſiuum & mordicatiuum vehemens, qualiacunque ſint vlcera, & vbicunque ſint, & addere ceram & oleum myrtinũ, vel de glande, vt ſuprà in vnguentis, minorando exiccationem. Medicinæ generantes carnem in vlceribus, ſunt antimonium vſtum, ſarcocolla, gluten piſcium, limaciæ vſtæ, plumbum vſtum, acorus, dragontea, cyperus propriè ad ſordida: polium eſt forte, & centaurea eſt vltima: nitrum aduſtum eſt mirabile in exiccatione, mundificatione & conſolidatione. Piloſella, & aqua eius valet ad omnia vlcera, ſed debet diſtillari in menſe Septembri.

De vlceribus corroſiuis & fraudulentis.
Cap. VII.

CAnon vniuerſalis in curatione ipſorum eſt, vt prius totum corpus mundificetur: deinde membrum læſum, cum appoſitione ventoſarum & ſanguiſugarum ſuper ipſum, & permutatione complexionis eius cum epithematibus, & rectificatione cibi ſubitò, ne augeatur malitia eorum. Aliquando eſt tanta ebulli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tio in corrosione, vt sit necessarium incidere membrum. Vlcerum corrosiuorum aliqua sunt, in quibus non est putrefactio, aliqua verò sunt cum putrefactione. Quibus non iungitur putrefactio, confert embrocatio cum aqua frigida, aqua myrti, rosacea, virgæ pastoris, & vino stiptico, si non fuerit caliditas: aut cum similibus ex aquis infrigidantibus & exiccantibus. Si verò cum vlcere corrosiuo sit putrefactio, conuenit aqua maris. Melior enim curatio eorum, est administratio stipticantium, exiccantium, & infrigidantium, sicut sunt cortices granatorum, lentes, folia mastichis, semen rosarum, spina Ægyptiaca, folia myrti, & embrocæ ex ipsis, confortando cum alumine, & similibus. Pariter emplastratio cum foliis acetosæ, & ramis eius bullitis cum vino: aut bolo Armeno cum syrupo acetoso, aut cum cucurbita adusta, sicca: aut cum arnoglossa cum sauich, & foliis oliuarum.

Æs vstum pascentia vlcera compescit, & sine timore conseruat.

Omnes species tithymalli conferunt vlceribus corrosiuis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De vlceribus putridis malis. Cap. VIII.

CAnon vniuersalis in horum curatione idem est, vt canon traditus in capite præcedenti, scilicet vt totum prius euacuetur: postea membrum læsum. Oportet ergo vt prohibeantur ab eis apostemata calida, applicãdo semen iusquiami albi cum sauich. Quando autem hæc vlcera superfluunt in corruptione, est necessarium vt euellantur cum cauterio actuali, vel potentiali: deinde ponatur butyrum super escharã, donec remoueatur ostracositas, & remaneat caro sana, cognita per bonitatem sanguinis eius, & coloris ipsius. Embrocæ, quæ conueniunt eis, sunt sicut aqua maris: & iam dictæ in capite Fistularum: farina hordei, farina erui, & hordeum cum alumine pauco, aut caro piscium salita sicca, cum aliquãtulo medullæ panis: aristolochia, radix caulis, radix siclæ, radix cucumeris asinini, semen lini contritũ, calcadis, & hasæ cum passulis, aut ficubus cum melle: aut emplastrũ cum cępa muris cocta cũ melle & caulibus: aut cũ cucurbita sicca cõbusta, & foliis oliuarũ recentibus: aut cum succo foliorum alcheruæ & aristoloch. subtilissimè puluerizata, ac æqualiter trita, cum media parte floris

æris

æris, faciendo linimentum cum aqua in ſpiſſitudine mellis: & quandoque vigoratur hoc cum ſucco cucumeris aſinini, & ſuperponuntur panni ſicci. Vnguentum relatum ad Nicodemum deſcriptum à Meſue in Antidotario, curat vlcera putrida, & generat in eis carnem, & ſigillat, & prohibet in eis putrefactionem.

Aliud. R. Sarcocollæ, æris vſti, floris æris, gallarum, ariſtol. ana. aggregentur cum melle, & adminiſtrentur. Sabinæ virtus eſt, quæ diſſoluit & abſtergit putredinem vlcerum putridorum, malorum, corrodentium, antiquorũ: & ipſa ſimiliter mundificat vlcera melancholica ſordida, quando ponitur cum melle, & aufert eryſipelas ab eis. Folia vtriuſque ſabinæ, prohibent dilatationem vlcerum, & ſedant apoſtemata corroſiuá, Quando fit emplaſtrum ex foliis ſabinæ & iuniperi, aufert liuorem & ſorditiem, quæ accidunt propter ſuperfluitates, & aufert eſcharam ignis. Semen iuniperi ſubtiliſſimè tritum & cribellatum aſperſum ſuper vlcera corroſiua, herpetem, eſtiomenum, & vlcera putrida, cum melle, prohibet eroſionem, & vlcerum denigra tionem. Folia dauci in principio vlcerum corrodentium ſunt conuenientia. Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rubium cum melle, vlcera purgat, detergit, & illa compescit. Mastix prohibet vlcerum corrosionem. Hypericon puluerizatum & appositum, vlcera putrida sanat. Hermodactylus abstergit sordes vlcerum, & consumit carnes putridas, quæ sunt in eis. Chamæpitys puluerizata aspersa, curat vlcera putrida. Flores & folia asphodelorum cum vino pascentia, vlcera & sordida saluberrimè curant. Vitriolum citrinum dictum colchotar tritum, pascentia vlcera curat, & puluis soleæ antiquæ calceamentorum, sanat vlcera mirabiliter.

De vlceribus fraudulentis, & difficilis consolidationis. Cap. IX.

CAnon in vlceribus curatu difficilibus, ac difficilis sanationis, cùm fuerit siccitas superflua, & non fuerint fistulæ, est, vt facias sudare membrum cum aqua calida, donec rubeat & infletur: deinde abstine, ne nimia ad membrum trahatur materia. Postea fac vt medicamentum sit minoris exiccationis, & fortasse iuuat ponere desuper pannos in aqua tepida infusos: & quandoque est necessarium fricare vlcus, aut apponere emplastra picea attrahentia. Et si causa fuerit vitis ambulatiua, incide eam, & cura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

primò locum incisum: deinde vlcus. Si autem ab aliis causis proueniat, remoueantur pro posse. Medicinæ præparatæ ad difficultatem consolidationis, sunt scoria æris, flos æris, vstus & non vstus, scoria ferri, chrysocolla, vitriolum citrinum, tragacanthum, & similia, cum rebus quæ prohibeant attractionem humorum ad membrum, sicut alumen, gallæ, & similia.

Vnguentũ curans vlcera difficilis consolidationis. R. Climiæ, chrysocollæ, aluminis ana drac.j.s. floris æris, squamæ æris ana drach.ij.s. gummi cupressi drach. vj. olei myrtini, ceræ ana q.s. fiat vnguentum.

Aliud bonum. Sumatur limatura ferri & æris, conficiantur cum aqua aluminis, argillentur cum argilla rubea, adurantur in furno, & extracta puluerizentur subtilissimè, & administrentur in puluere. Aut ex eo & lythargyrio fiat vnguentum cum oleo myrtino & cera. Olibanum prohibet vlcera fraudulenta dilatari, & curat vlcera ostracosa. Flores labruscæ cum melle, oleo myrtino & cera, additis myrrha & croco, curant vlcera antiqua. hoc modo conficiendo vnguentum: Inuolue flores in melle: deinde liquefac ceram cum oleo, & eis adde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

de reliqua puluerizata, miſcendo omnia ſimul, & fac vnguentum. Gummi nucis aſperſũ ſuper vlcera calida curat ea. Cortex pini puluerizatus cõfectus cum cera & oleo myrtino, curat vlcera in corporibus delicatis. Cinis tamariſci deſiccat omnia vlcera, ea propriè quæ ſunt ex aduſtione ignis. Charta combuſta, cucurbita ſicca combuſta, lana œſypi combuſta, folia cupreſſi vſta, ſanant vlcera ad ſanandum difficilia. Radix peucedani malè morigeratis vlceribus optimum eſt remedium, & ſquamas oſſium citiſſimè eiicit. Sicca adminiſtrata, mundificat & incarnat vſque ad cicatricem. Cynogloſſa optima eſt, & cortex opopanacis ſimiliter, quia generat carnem fortiter. Caulis cum alumine rotundo, ſeu ſaccharino & aceto linitus, lepras & vlcera fraudulenta curat. Vide vnguentum ſuprà de vlceribus Virgæ, quando vlcera ſunt cum multa putredine.

Ad vlcera mali moris doloroſa, cancroſa, corroſiua, & ad fauum, & achores capitis, ſciſſuras & vlcera ani.

R. Olei roſacei optimi vnc. iij. agitetur in mortario plũbeo cum piſtillo plũbeo, donec ſpiſſum & nigrum fiat: deinde addatur lithargyrij & ceruſſæ ſeorſum pul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

uerizatorum ana q. s. fiat vnguentum, omnia debitè ſimul longa agitatione miſcendo & agitando. Grana granatorum excuſſo vino exiccata & pulueriza-ta, cum melle miſta, curant vlcera fraudulenta. Opopanacum vtile eſt ad omnia vlcera fraudulenta. Vnguentum factum ex glandibus cum axungia porci ſine ſale, curat vlcera fraudulenta.

Aliud curans vlcera difficilia ſine mordicatione. R. Succi foliorum lilij domeſtici drach. x. mellis puri, aceti ana vnc. ij. coquantur lento igni, donec debitā formā vnguēti recipiant. Cētaurea minor, pariter & cynogloſſa ſecundum omnem modum adminiſtrationis, optimæ ſunt. Crocus ferri exiccat vlcus humidiſſimum ad ſanandum difficile. Agreſta cocta in vino dulci, curat vlcera fraudulenta. Vnguētum diaphœnicon deſcriptione Arabica deſcriptum à Meſue in Antidotario, ſanat vlcera ad ſanandum difficilia, & mundificat, incarnat oſſa humida, & ea ſigillat faciliter.

De curatione fiſtularum. Cap. x.

RECENTES fiſtulæ abluantur cū medicinis fortibus. Qualis eſt pix cū lixiuio & aqua maris, aqua ſalſa, aut aqua ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ponis commiſti cum arſenico & ſale am moniaco, aqua ſublimata cum ſale ammoniaco ſicco, æs vſtũ, cortices ouorum calcinati, calx, & colchotar coctum cum melle, tritum, fiſtulis impoſitum, optima eſt medicina. Ariſtol. & hermodactyli, puluerizata & aſperſa ſuper tentam melle linitam, carnem mortuam corrodunt, & fiſtulam curant. Tentæ de mezereon & melle, curant fiſtulas & vlcera fraudulenta. Oleum de mezereon ſimiliter. Medicinæ compoſitæ ex ære vſto, vitriolo, flore æris & ſimilibus. In rad. ſcolopendriæ, ineſt proprietas mirabilis cum fiſtula, ſi ex ea impleatur, vt ſanet eam. Similiter cum impletur elleboro nigro, & dimittitur tribus diebus, ſanat fiſtulam. Radix filicis, pentaphylli, & ſandaracha deſiccant fiſtulas. Salem toſtum, tartarum, & agaricum confice cum melle, & tentam intinge: extrahit enim oſſa fracta, carnem malam corrodit, & ſanat fiſtulam. Ablutio cum decoctione radic. dragonteę in aqua & melle coctis, & ablutio cum vrina infantis, longo tempore inceſſanter agitata in mortario plumbeo, cum piſtillo plumbeo, donec exiccetur, ſi ſiccata adminiſtretur, curat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De his quæ ossa carne nudata vestiunt.
Cap. XI.

RAdix peucedani in puluerem apposita mundificat, & super ossibus carne nudatis carnẽ generat. Decoctio corticum radicum fraxini iniecta super ossa carne nudata, glutinat super ea carnem. Gladiolus, qui flores facit purpureos, ossa confracta excludit, reliqua carne vestit. Cortex opopanacis vestit ossa carne nudata, curat vlcera fraudulenta, & potenter in eis generat carnem. Si ossa excoriatione egeant, appone parum euphorbij: verùm munias loca circunstantia, ne ab euphorbio offendantur.

De his quæ carnem in vlceribus generant. *Cap.* XII.

QVædam sunt calida & ficciora, vt aristol. cortex opopanacis. Farina hordei & fabarum minimæ sunt siccitatis, & nihil caloris habent: thus verò temperatum minus cæteris. est in siccitate, ideo in quibusdam corporibus nullius apparet siccitatis: quare in humidis generat carnem, in siccis autem nequaquam. Farina orobi & ireos, media sunt inter aristol. & opopanacum. 3. Meth. capite tertio. Quanto humidiora sunt vlcera, tanto ficciora debent apponi. Virides

des gallæ, cort.granatorum & balaustia, exiccant vlcera moderatè. Chalcanthum, æs vstum, vitriolum, æris ærugo, & alumen fortiora sunt medicamenta in exiccando, maximè vitriolum, & chalcanthum. Æs vstum magis desiccatiuum est, quàm æris ærugo, & minus mordicat, maximè si lauetur 3. Metho. cap. 5. Ærugo magis erodit carnem & minuit, quàm vitriolum & chalcanthum, & à natura eorum, quę cicatricem inducunt, aliena est. Si vrantur vitriolum & chalcanthum, minoris erunt acuitatis, quibus etiam lotis post incensionem, temperamentum pręstabunt 3. Method. cap. 6. Pumex replet vlcera carne, & solidat ea.

De his quæ carnem superexcrescentem in vlceribus produnt. *Cap.* XIII.

CHrysocolla aspersa, carnem superfluam non sinit excrescere. Cinis tamarisci & antimonium auferunt carnem superfluam, quæ est in vlceribus. Antimonium mundificat sordities vlcerum, incarnat ac solidat ea. Pumex aufert carnem superfluam. Flos æris destruit carnem superfluam in naso & ano. Alumen vstum & sarcocolla, rodunt carnem superfluam in vlceribus excrescentē. Medicamentum optimum, quod carnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in vlceribus excreſcentes æquat, cicatricem inducit, fluorem vlcerum cohibet, vlcera maligna & corroſiua curat, apoſtemata ſpargit, eſt diphryges, additis cera & reſina. Fit autem diphryges ex marchaſita incalcinata, ſicut fit calx.

LIBER XXIIII. DE AFFEctionibus cutis, & extremarum partium.

De his quæ delent veſtigia vlcerum. Cap. I.

OLeum pentadactyli, tollit veſtigia vlcerum horribilia valde. Ladanum in vino coctum, fœnumgræcum in emplaſtro poſitum: rad. dragonteę cum bryonia alba & melle, grana been cum aceto contuſa, oleum de been, oleum de ſerbin ſeu cedrea vel pegula, cyclamen, calamenthum, radix cæpæ narciſſi, gummi arboris ceraſorum, & aqua deſtillationis terebinthinæ abietis, amylum de frumento, lupini, cortices cannarum, oſſa vetuſta combuſta, amygdalæ excorticatæ, fabæ albæ, ciceres albi excorticati, ſemen melonis cum corticibus, cortices ouorum, oriza abluta, lapides in pipere reperti, rad.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

radic.cucumeris aſinini, decoctio radic. bryoniæ cum beta & ſemine fœnigræci, ſpuma maris combuſta miſta cum melle, amygdalæ amaræ, trita cum aceto forti, rad.cannæ, cæpe coctum ſub cineribus, addita polenta & capitibus paruorum piſcium cum aceto & ſpuma maris. Hæc omnia delent cicatrices & veſtigia vlcerum, & omnes maculas.

Vnguentum omnia vlcerum veſtigia, omnes maculas, & cicatrices delens. R. Radicum cucumeris aſinini, rad. cãnarum, ariſtol. longæ, rad. bryoniæ, rad. cyclaminis ana drach.ij. amyli, farinæ lupinorum, farinæ fabarum, cicerum alborum depilatorũ, farinæ radicis ireos ana drach.iij. granorum been contuſorum cum aceto vnc. s. oſſium vetuſtorum combuſtorum vſque ad albedinem perfectam, ſeminis melonis cum ſuo cortice, corticum ouorum, gummi arboris ceraſorum ana drach. j. lapidis inuenti in pipere drach.s. pulueri zatis ſubtiliſſimè pulueriʒandis & cribellatis, conficiantur cum ſucco rad. bryoniæ, in quo decocta ſit rad. bryoniæ, cum fœnogræco, orobo, & beta: & fiat vnguẽtum in mortario, ex eoque liniatur. Si ex his quatuor ſic decoctis in ſucco bryoniæ fiat cataplaſma, optimum eſt. Borax

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſeu chryſocolla, cicatrices attenuando, detergit. Paſſulæ contuſæ cum ruta, delent veſtigia, & quod ex clauis & vlceribus malignis remanſit in cute. Folia vrticæ, delent ſtigmata. Radix dragonteæ, cum bryonia alba & melle, cicatrices ex vlceribus factas curat. Serapinum illitum cum aceto cicatrices attenuat, & delet veſtigia vlcerum. Adeps aſini, delet veſtigia impetiginis.

Ad veſtigia vlcerum & variolarum. R. Ireos, lithargyrij loti, cornu cerui vſti, ſalis ammoniaci, baurach, ammoniaci, lupinorum ana. diſſolue ammoniacũ cum aqua hordei, incorporentur reliqua ſimul, & fiant trochiſci, qui exiccentur in vmbra: diſſoluatur vnus cum aqua hordei vel fabarũ, & liniatur ſuper veſtigia.

De veſtigiis variolarum, vide in fine opuſculi mei de Peſte.

De ſanguine mortuo, lentiginibus magnis, & pano. Cap. II.

SAnguis mortuus & magnæ lẽtigines, fiunt propter ſanguinem, aperto orificio venæ erumpentem, aut propter percuſſionem, aliúdue ſimile. Præſocatus autem eſt ſub ſuperiore parte cutis in loco, in quo apparet color eius, & eius figura. Color ille, qui eſt ad rubedinem, dicitur

lentigo:

lentigo: qui est melinus dicitur panus: qui est niger, dicitur barasen. Sanguis mortuus remouetur aliquando in principio, ipsum embrocando cum aqua calida plurima, tempore longo, maximè si fuerit in aqua illa virtus resolutiua. Quãdoque in primis scalpellamus. Emplastrũ ex mucilagine fœnigræci, ammoniaco, & thure confert. Semen solatri syluestris fricatum, aut in emplastro positum: folia cannabis, viris alba & nigra, quoties coquuntur in oleo donec dissoluantur, & fiat linitio ex iis frequentata, aut dimissa super locum per triduum, tollunt nigrorem sanguinis mortui, vel barasen. Menthastrum cum vino coctum cataplasmatum, eruca cum felle caprino, & ammoniacum cum felle. Lapis pyrites, dictus marchasita, ex qua fit æs, & habet colorem æris, subtilissimè trita, maximè incalcinata, cum aceto mista, curat lentigines, albaras, & morpheam.

Ad panum, bothor, & lentigines. R. Cretam & grana cotti ana. confice cum aqua saponis, & illine. Semen raphani & sinapis cum ficubus in aceto, delent panum.

De morphea & albaras. *Cap.* III.

Differẽtia inter duas morpheas & duas albaras est: quoniam duæ morpheæ

sunt

ſunt in ſuperficie, & parum profundantur: duæ verò albaras profundantur vſque ad os. Item quia materia in vtraque morphea eſt ſubtilior, & virtus expulſiua fortior: in albaras verò contingit oppoſitum. Differentia inter duas morpheas eſt, quia vna earum, nigra ſcilicet, eſt à materia melancholica, alia verò à phlegmatica. Albaras autem nigrę proportio ad albaras albam, non eſt ſicut proportio morpheæ nigræ ad morpheam albam: imò albaras nigra eſt genus diuerſum in intentione ad albaras albam. Albaras enim nigra, eſt impetigo excorticatiua, & ſcabioſitas accidens cuti, aſpera, vehemens, faciens ſquamas, ſicut ſunt ſquamę piſcium cum pruritu, propter humorem melancholicum inficientem cutim, non in colore tantum: antecedit lepram, eſt cum malitia, & cum antiquatur non recipit curationem ſeu ſanationem: imò morphea illa, quæ eſt antiqua, eſt magis ſalua, quàm albaras alba. Aliud ſignum diſtinguens morpheam ab albaras eſt: quoniam applicatis ventoſis ſuper albaras, multiplicatur in loco ventoſarum, propter cutis debilitatem: in morphea vero non. Differt morphea alba, quæ alguada dicitur, ab albaras mala: quoniam pili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pili naſcuntur nigri vel flaui in morphea alba, ſuper albaras verò albi. Pariter in albaras cutis eſt magis defoſſa, quàm cutis reliqui corporis, non autem in morphea. Item ex punctura acus in morphea exit ſanguis, in albaras autem aqua. Verum albaras, quæ loci fricatione rubet, ad ſpem ſalutis declinat: quæ verò fricata non rubet, inſanabilis eſt. Differentia inter morpheam nigram, & albaras nigram eſt: quoniam excorticatio, ſquamoſitas & teſtoſitas eſt in albaras nigra, non autem in morphea nigra. Præterea albaras eſt rara: alia leuis, & alia aſpera: leuior vtrarunque albarum eſt deterior, & vtrarunque nigrarum eſt minus mala. Aliqua eſt vehementis elongationis à colore corporis, alia propinquior ei, & magis ſalua. In illa, quæ eſt ſubmerſa, non rubet ex fricatura, neque ſanguinem ex punctura emittit, & eſt vehementis dilatationis, capiens locum amplum. item quæ videtur quacunque hora augeri, nõ eſt ſpes ſalutis. Curatio morpheæ nigræ & albaras nigræ, ſimilis eſt, niſi quòd in albaras nigra opus eſt maiore humectatione, & fortiori euacuatione.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De cura morpheæ nigræ. Cap. III.

SI cum ea fuerit multitudo sanguinis, incipe à phlebotomia, & euacua humorem adustum cum decoctione epithymi, agarici, myrobalanorum, nigrorum, polypodij, stœchados, passularum, ficuum, ellebori nigri, lapide lazuli vel Armeno ablutis secundum artem, cum confectione hamec, hieralogodion, hiera Rufi, & aqua casei cum drach.j. epithymi. est de sublimioribus medicinis in hac re, quaque die sumendo. Conferunt balnea, ablutiones, & epithemata, de quibus infrà: sint cibi boni succi: rectificetur splen si opus sit. Epithemata fiunt ex gummi rutæ agrestis, pipere, nasturtio, tithymallo, semine raphani, cort. radicum capparorum, & lupinorũ syluestrium. Cum incipit locus vesicari, quiesce ab applicatione aliquot diebus, deinde iteretur: & cum incipit mordicare, remoue: postea iterum applica, vt suprà. In hoc casu conferunt ea, quæ scripta sunt de sanguine mortuo & lentiginibus magnis. Confert linimẽtum factum cum nucleis antiquis oliuarum putridis, semine raphani, semine cucumeris, & condisi, cum aqua cucumeris, in qua cocta sit colocynthis, liniendo cum eo morpheam nigram in

balneo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

balneo. Semen raphani & ſinapis cum ficubus confecta cum aceto decoctis.

Epithema bonum. R. Nigellæ torrefactæ, thapſiæ ana drach. x. aluminis iameni drachm. ij. tragacanthi, gallarum ana drach. ij. s. harmel torrefacti drach. v. conficiantur cum aceto forti, & illiniantur, ſuccurrendo veſtigiis cũ lacte mulieris.

Ablutio ad morpheam, albaras, impetiginem, ſerpiginem, & alias cutis defœdationes. R. Myrrhæ, ſarcocollæ ana drach. iij. fumiterræ, ſeminis maluæ, altheæ ana m. iij. rad. ireos ſiccarũ, peucedani, ariſtol. rot. ana drach. vj. ellebori albi drach. ij. enulæ ſiccæ m. iiij. contuſis contundendis coquantur in ſitulis quatuor aquæ ad conſumptionem medietatis, & cum ea decenter calida epithemando abluatur.

Alia ablutio. R. Foliorum betæ albæ, foliorum & radicum lapathij acuti ana m. j. hordei m. j. s. mellis puri vnc. vj. corticum granatorum vnc. j. aquę, lib. vj. contuſis contundendis coquantur ad conſumptionem medietatis, & abluatur vt ſuprà. Poſtea inunge cum vnguento infra ſcripto.

R. Indici, gallarum aduſtarũ ana vnc. s. ariſtol. rot. drach. vj. vnguenti de lithargyrio vnc. vj. pulueriʒatis ſubtiliſſimè

pulueri-

pulucrizandis conficiantur in mortario longa agitatione, oleo de keiri paulatim addito q.s.& fiat vnguentum molle, quo vngatur, vt suprà. Sal ammoniacum tritum cũ oleo de ouis mirabiliter operatur. Lapis lazuli cõtritus cum aceto linitus, curat morpheam & albaras. Linimentum ex mezereon, sulphure, & melle, & aceto forti factum, curat morpheam, albaras, & lentigines, fricando ex eo. Radix lilij cum melle, curat morpheam. Linimentum cum sanguine leporis, curat morpheam, impetiginem, &c.

De curatione morpheæ albæ, & albaras albæ. Cap. IIII.

OPortet vt euitetur phlebotomia, coitus, & vinum purum. Balneum verò confert ei, vt sudet in eo, si corpus sit mundum, & in principio prouocetur vomitus: deinde exhibeantur diuretica, & ventrem soluentia, si corpus non sit mundum, qualia sunt hieræ magnæ, hiera dia colocynthidos, & pilulæ quę ei assimilantur. Dentur autem prædictæ hieræ cum decoctione myrobalanorum, epithymi, polypodij, passularum & salis.

Electuarium Auicennæ. R. Myrobalanorũ nigrorũ, thuris albi ana vnc.j. gingiberis drac.ij. trita & cribellata conficiantur cum

tur cum melle paſſularum, & detur ſingulo die quantitas nucis moſchatæ. Cõfert dare de Theodorico drac.s.pro vice omni mane cum vino lymphato. Confert etiam theriaca & comeſtio carnis viperæ, aut dare drach.iij. medullæ carthami cum melle pro vice. Si corpus ſit mundum, & complexio corporis ſit æqualis, noli dare medicinas per os: quoniam ſæpe nocent, faciunt fluere ſanguinem, & ſanguinem ac ſpiritus minuunt, qui tamen neceſſarij ſunt in cura albaras. Quòd ſi purgatio ſit adminiſtranda, vt fiat cum debili medicina, ſubtili, & cum gradatione, aqua radicum eſt digeſtiua, faciens viam medicinæ, & bonum eſt ea vti vſque ad xv. dies vel circa.

Medicinæ locales ſint in primis vehementis abſterſionis, fortiter attrahentes ſanguinem, & vehementis calefactionis: deinde ſint excorticatiuæ, & vlceratiuæ. Verùm ante applicationem fricandus eſt locus fricatione rubificante, ſicut cum foliis ficus, cum panno aſpero, aut punctura acuum in locis plurimis. Confert vt linimenta miniſtrentur in ſole, vel apud ignem. Meliores medicinæ ad hoc ſunt illæ, quæ reſiccant & vlcerant. Ad hanc intentionem fortes ſunt, elleborus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

calx non lota, condisi, arsenicum, staphisagria, radic. vitis albæ, gentiana, sabina, radic. bryoniæ, gummi pini, sanguis draconis, radic. asphodeli, spuma maris assa, cortices radicis capparorum, sinapi, harmel, semen raphani, radix cucumeris asinini, eruca rubea, cardamomum, mezereon, tragacanthum, chalcanthum, sulphur, kitram, bulbus, costus, aristol. flores papaueris rufi, gummi rutæ agrestis, euphorbium, cordumeni cum sulphure & aceto sæpe epithemãdo, & cępæ narcissi. Expertum est sal ammoniacum cum oleo de ouis, rad. dragontheæ, & rad. nenupharis. Bonum epithema est theriaca, mithridatum, hieralogodion, aqua cucumeris asinini, aqua bulbi, aqua scillę, aut sampsuci, propriè super albaras & vestigia ventosarum, quia delet ea. Cantharides tritæ linitæ cum aceto. Impleatur venter viperæ decollatæ, prius tamen mundificatus, ex fumo terræ viridi & sicco: assetur vipera, donec sit bene cocta, & ex illo fumo terræ emplastretur locus, & sanabitur. Folia oleandri viridia fricentur cum oleo donec exiccentur, coletur oleum, & cum sulphure citrino & cera fiat vnguentum, quo vngatur in sole vel prope ignem calidè. Infundatur

tur sulphur album in aquositate lactis acidi valde, & dimittatur per noctem, deinde coletur, & de colatura liniatur super morpheam albam: est enim expertum. Myrrha trita cum aceto linita: tollit eam penitus. Fricare locum cũ grano solatri, & vterque elleborus linitus super morpheam albam, sanat eam. Semen maluauisci tritum cum aceto linitum in sole, vel prope ignem, sanat eam.

Epithema Indorum ad morpheam & albaras incipientes, quod destruit eas.

R. Costi, thapsiæ Indæ, arsenici rubei, piperis, floris æris ana terantur cũ aceto in vase æneo, & dimittantur in eo per hebdomadam. Liniatur in sole vel prope ignem, & fricetur locus sæpe cum foliis ficus, aut cum panno aspero.

Trochisci Oribasij optimi. R. Ellebori albi, piperis nigri, spumæ maris, sulphuris, arsenici rubei, rubeæ tinctorum, thapsiæ, floris æris, cantharidum ana terantur cum aceto, & fiant trochisci, qui exiccentur in vmbra: & cùm opus fuerit vti, teratur vnus cum aceto, & liniatur desuper post fricationem cum vino. Succus caulium cum vitriolo & aceto, curat morpheam & albaras. Puluis subtilissimus agarici, salis tosti, & tartari, curat

morpheam & albaras, positus super eas, facta prius scarificatione.

Ad morpheam sparsam, albaras, lepram, ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, icteritiam ventositatem, & humorem crudum.

R. Myrobalanorum Indorum, emblicorum, & belliricorum, absinthij, epithymi cum semine suo, stœchados, cardonis non habentis aculeos in foliis suis, florũ violarum, seminis anisi, & fœniculi, polypodij quercini, turbith carnosi, agarici albi, carthami, centaurij minoris, chamæpityos, chamædryos ana drac. s. capillorum Veneris, fumiterræ ana m. ij. tamarindorum vnc. iij. sebesten n°. 50. iuiubas totidem. Contusa infundantur in lib. x. aquæ bullientis per diem ac noctẽ: deinde coquantur lento igni ad consumptionem duarum partium, & digitis fricata colentur cum æquali pondere de rob, & reponantur, & exhibeantur vnc. iij. pro vice cum vnc. iij. aquæ calidæ, & guttis duabus olei sesamini, cum pondere duorum denariorum diagridij. Sit cibus eius caro animalis castrati, & potus sit aqua mellis. Calamenthum est ex medicinis magis conuenientibus leprosis, resoluendo humiditates forti resolutione. Aqua tamarisci cum passulis in

deco

decoctione bibita, curat leprosos, & cō-
similia, causa splenis. Pariter & ranæ cum
oleo & sale coctæ.

De saphati. *Cap.* V.

SAphati incipiens est bothor, pustulæ
paruæ fixæ, lenes, diuisæ in numera-
tione locorum: deinde exulcerantur vl-
ceribus crustosis, & sunt ad rubedinem
decliues. Quandoque emittunt virus, &
dicitur resgrengi saphati humida: quan-
doque incipiunt squamæ siccæ. Quando
autem apparet in hyeme, aufertur velo-
citer. Causa saphati est humiditas mala,
corrosiua, quæ sanguini permiscetur, &
humores mali, grossi: nam exiccato sub-
tili, grossum fit apostema. Causa verò
eius quæ sicca est, est humor melancho-
licus plurimus, cui admiscetur humidi-
tas acuta, quare expellitur ad cutem, &
rumpit ac corrodit eam.

Cura eius est proxima curationi im-
petiginis, de qua statim dicetur. Euacue-
tur humor cholericus, phlegmaticus,
salsus, & melancholicus, cum decoctione
myrobalanorum & epithymi, addendo
aloen & diagridium: postea detur aqua
lactis cum epithymo hoc modo:

R. Aquæ lactis vnc. iiij. epithymi drac. j
s. singulo die in aurora. Habes & multa

alia prædictos humores purgantia.

Notandum quòd habenti saphati nocent dulcia, salsa, & acuta. Quandoque in saphati capitis confert phlebotomia venę frontis, aut venarum; quæ sunt post aures, aut ventosæ. Cùm verò est in mẽbris inferioribus, phlebotometur saphena, fricetur saphati, donec currat sanguis ex ea, & post illud applicetur sal cum aceto. Ei verò quæ sicca est, confert balneum frequens, olea, adipes, & cibi humectantes, & post medicinas fortes, detur aqua lactis. Ad saphati humidum, sicut infantium, conferunt alchanna, gallæ adustæ, Indicum, oleum rosaceum & oleum de keiri est vltimum. Cortices granatorum triti cum aceto. Vnguẽtum de lithargyrio. Quando eget abstersione, addatur aristol. rotunda: quando verò media est inter humidam & siccam, fricetur aceto & sale & herba liliali. In tutia Alexandrina, clymia, cimolia, charta combusta, gummi pini, cum balaustiis, aceto, & oleo rosaceo, radicibus lilij cœlestis, cymino, carpobalsamo, cum gummi albothim, est virtus valde bona.

Ei autem quæ est antiqua, & super corpora dura, sicut senum, colchotar, chalcanthum, cupressus, tragacanthum,

encau

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

encaustri, sal, sulphur, terra argenti viui (quæ scilicet remanet, quando fit argentum viuũ ex minio & cinnabari) & venæ tinctorum, medicinæ de charta combusta, scoria æris, fuligo de furno, nasturtium siccum, flores exiccantes, stercus lacerti & turdi, venæ citrinæ, & aristol. conferunt omni saphati. Abluatur cum decoctione oleandri: deinde liniatur hoc linimẽto. R. Scoriæ æris, myrrhæ ana drac. ij. terræ argenti viui, thuris, aluminis iameni ana drac. iiij. aristol. colchotar, cineris vitis albæ, siue bryoniæ ana drac. j. confice cum aceto & oleo rosaceo, & fac linimentum. Ei quæ est antiqua, sicca & fortis, conueniunt medicinæ corrodentes cutem vsque ad carnem: deinde curetur cum vnguento de venis, lithargyrio, ol. ros. & aceto.

Illa autem, quæ est infra istam, curetur sicut antiqua primò dicta. Confert ei humectatio corporis cum cibis, clysteriis & odoramentis.

Vnguentum præstantißimum ad omnem saphati siccam & humidam, scabiem, pediculos, depilationem, alopeciam, & furfures.

R. Oleum amygdalarum albarum, olei de granis sinapis ana vnc. j. sief memitæ, gallarum ana aur. iij. vnc. ij. fellis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

drac.j.venarum citrinarum , baurach añ. drac.s.fiat vnguentum in mortario, ſicut fit vnguentum de lithargyrio.

Aliud fortius. R. Ariſtol.rot.floris æris, ammoniaci,bdellij, ſinapis, dragacanthi ana.conficiantur cum oleo de frumento & aceto, addendo parum mellis, & vngatur. Saphati humidam puerorum , curat oleum de frumento , & mucilago pſyllij,cucumer,aqua portulacæ, gummi prunorum, gummi amygdalarum, gluten de coriis,gummi ſtyracis,aggregando cum aceto , & ſuperliniendo. Quæ autem antiqua eſt & mala, eget fortioribus,ſicut ſucco acetoſitatis citri , confortando cum decoctione conuenienti. Talia ſunt, ol. orizæ, aut de frumento, gummi amygdalarum amararum , ſulphur cum ſtercore caprino vſto ſpuma maris,alkitram(eſt enim alkitram , ol.de ſerbin ſeu pix liquida) & pix:hæc enim duo ſunt mirabilia.Mel anacardi eſt vltimum:Aut ſumatur tragacanthum , myrrha,thus,alumen, ſulphur , & aloe , trita cum vino cocto illiniantur : aut piperis drac.x.ſulphuris citrini drac. iiij. confice cum aceto & illine.

Puſtulas verò albas,ſicut guttæ lactis, & ſunt bothor leuia , quæ apparent in facie

facie & ſuper naſum, curat linitio ex ellebero albo, cum medietate rad. ireos & ſemini, lini, baurach, ficus & nigella cum aceto, & omne illud in quo eſt exiccatio & reſolutio.

De impetigine. *Caput* VI.

IMpetigo parum differt à ſaphati ſicca, maligna, corroſiua. Eſt enim à phlegmate ſalſo per aduſtionem, & melancholiam. Alia tamen eſt impetigo humida ſanguinea, quæ loci fricatione cognoſcitur. Cura eſt ſimilis curationi ſaphati. Sanguiſugæ ſunt de melioribus remediis, quæ adhiberi poſſint, facta prius corporis mundificatione, & poſt ipſam aqua lactis cum epithymo, vt ſuprà. Adminiſtretur regimẽ humectatiuum. Balneum eſt de melioribus rebus. Exhibere drac. j. laccę ablutæ eo modo quo abluitur aloe cum drac. iij. decoctionis myrti, eſt ex eis quæ præſeruant ab impetigine, & illam curant.

Quando impetigo expanditur, & multiplicatur, cura eius eſt cura lepræ. Ad eam verò, quæ recens eſt, ſingularis eſt acetoſitas citri, gummi Arabicum cum aceto, gummi amygdalarum, gũmi pini, ſtyrax liquida cum aceto, & ſinapi cum aceto eſt vltimũ. Item aqua ſulfurea, aqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſalſa, ſpuma maris, ſaliua hominis ieiuni, & illud quod reſidet ſuper dentes, ſemen melonis. Oleum de tritico confert omni impetigini, forti, & debili, omnique corpori, oleum de ouis ſimiliter ad omnes morbos cutis facit, & cutim clarificat. Ol. de iunipero, & de fraxino, & venæ citrinæ incipienti, & aſſiduatio aquæ calidæ ſuper eam: deinde fricetur cum oleo violaceo, & aqua hordei. Item ſemen melonum, ſemen tamariſci, & folia ieſmini humida. Liquor, qui defluit à ramis arboris corni, quando viridis comburitur, optimè ſanat impetiginem. Emplaſtrum ex foliis acetoſæ viridibus coctis, confert impetigini & albaras: & radix eius cum aceto linita, confert ſcabiei vlceroſæ, linito prius loco cum nitro & aceto. Fricatio cum foliis mandragoræ recentibus cum ſauich, curat impetiginem: ſimiliter gummi prunorum cum aceto linitum. Lacryma vitis domeſticæ, & gummi eius ſimiliter linita, curant impetiginem, ſcabiem vlceroſam & non vlceroſam: debet tamen prius membrum liniri cum nitro & oleo. Radix lapathioli (& eſt lapathium acutum) in aceto cocta, ſuper impetiginem applicata, dimiſſa donec exiccetur, curat impetiginem.

Deco

Decoctio pentaphylli impetiginem & herpetem curat.

De scabie & pruritu. *Cap.* VII.

SCabies & pruritus curantur, faciendo primò vniuersalem purgationem: deinde alterando malam complexionem cum aquis fumiterræ, buglossæ, endiuiæ, lupulorum, cichoreæ, & similibus dulcoratis cum saccharo, continuando per aliquot dies, iterando purgationem post eas. Syrupus sit: Exhibe drach. j. aloes lotæ in aqua endiuiæ omnibus tribus vel quatuor diebus. Item da aquam lactis cum epithymo, vt suprà, omni mane. Balneũ ex decoctione acetosæ aufert pruritum & scabiem antiquã & nouam.

Vnguentum bonum ad scabiem & pruritum. ℞. Terebinthinæ abietis, butyri recentis ana vnc. iij. lauentur seorsim cum aqua fumiterræ: deinde misceantur, addendo salis communis subtilissimè triti drach. vj. liquefiant simul in duplici vase, ponendo vas, in quo sunt hæc, in alio vase pleno aqua calida, & post liquefactionem, ac refrigerationem adde vitellum vnius oui, mercurij extincti drach. ij. & ex eo vngatur calidè, eundo dormitum. Cùm verò multiplicatę purgationes non iuuant, detur mane & sero

sauich

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſanich de tritico cum ſaccharo & aqua plurima. Sunt & alia plurima in hoc caſu conuenientia, ſicut aqua decoctionis maluarum, fol. betæ albæ, fol. ſalicis, foliorum lapathij acuti, foliorum acetoſæ, fumiterræ, lentium, furfuris, & huiuſmodi. Venter melonis, grana melonis, & vnguentum de lithargyrio. Ebulus fomento adhibitus, ſanat omnem ſcabiem & pruritum. Quando ſcabies eſt ſicca cum pruritu, confert balneum ex aqua tepida, vnctio ex oleis frigidis, ſicut violaceo, & de nenuphare cum ſucco apij, vnctio ex papauere trito cum aceto, & foliis lilij. Ex fortibus eſt vnguentum, in quo ponitur opium, vngendo ex eo: aufert enim pruritum. Sal ammoniacum cum aceto propriè in pruritu teſticulorum. Alumen frixum, oleum de ſerbin, ſeu pix liquida, conferunt pruritibus internis, ſicut ani, vuluæq́;, ponendo ſuper ipſum panum. Fortiores autem medicinæ locales, ſunt, oleander, & acetum infuſionis eius quandoq; ſufficit: cum iſtis tamen fortibus ponitur ol. roſ. vt prohibeat ſuperfluitatem. Semen erucæ, & ol. eius quando fricatur in ſole, aut apud ignem, eſt vltimum. Cortices ligni vitis aduſti ſubtiliſſimè pulueriꝫati, appoſiti

ſuper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſuper locum prius vnctum butyro, ligã-
do deſuper, & non remouendo, delent
pruritum & ſcabiem. Senes vngantur
cum fæce vini, cum aliquantulo anethi
humidi: aut ex ſola terebinthina abie-
tis & butyro lotis, vt ſuprà, additis ſale &
vitello oui. Confert etiam abluere aqua
maris, aut ſalſa, aut ex decoctione rad. cu
cumeris aſinini. Regimen eorum decli-
net ad humidum, vt generetur ſanguis
laudabilis ſubſtantificè humectans. In
habentibus pruritum oſtracinum admi-
niſtrentur olea lenia, ſicut ſeſaminum a-
mygdalarum dulcium, & ſimilia. In cu-
ratione ſcabiei fœdæ, confert applicatio
ventoſarum ſuper vtriſque cruribus.

De poris & verrucis. Cap. VIII.

COmprimantur cornua recentia ter-
rea, & ex humiditate quæ exit, frica
verrucas, vt deleantur. Paſſulæ cum ruta
piſtatæ, delent verrucas, & omnes clauos
cutis. Mel anacardi eradicat verrucas &
bardos. Lapis lazuli tritus cum aceto,
fricatus ſuper verrucas, delet eas. Succus
portulacæ, cinis corticum ſalicis cum a-
ceto. Alkechengi & cantharides miſtæ
cum aliis, delent eas. Apium riſus, cuius
flos eſt lacteus, eradicat eas, vt non rena-
ſcantur. Agrimonia ſimiliter. Succus cæ-

pæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

pę exiccatus cum thure & ſale miſtus, delet eas. Lac ficus, & emplaſtrum cum ramis ficus ſylueſtris, eradicat eas. Emplaſtrum cum porris & ſumach delet verrucas. Fimus ouinus cum aceto naſcentes clauos corporis tollit. Sanguis muris eradicat verrucas.

Experimentum bonum ad tollendas verrucas. Pone pedes gallinæ ſub prunis calidis, donec excorientur, & cum corio ſeparato ab oſſibus, frica verrucas ter aut quater calidè, & delebuntur. Auripigmentum linitum cum aceto, delet eas. Item folia roſtri porcini, & folia populi fricata ſimiliter.

De cornibus. *Cap.* IX.

CORnua ſunt additiones ſpiſſę in modum verrucarum, quæ naſcuntur ſuper iuncturis in extremitatibus, duræ ſicut claui, & aliquando naſcuntur in planta pedis ſub pollice. Auicen. appellat almiſmar, & eſt ſicut verruca impediens ambulationem. Curatur cum inciſione ſubtili, donec perueniatur ad partem ſenſitiuam. Superponãtur medicinæ verrucarum acutiores, ſicut mel anacardinũ, donec cadant: deinde adminiſtretur butyrum coctum, & poſt remedia ſupradicta ligetur plumbum ſuper ipſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De his quæ graciles impinguant.
Cap. X.

MOdum impinguandi graciles vide in Galeno 7.Meth.cap.6.& 6.de Sanit.tuenda.& 5.de Sanit.tuend.Auic.amplè in 7.quarti, tract.4.cap.1. Multæ possunt esse causæ extenuationis. laborandum est ergo circa earum remotionem, & diligenter studendum, vt bonus generetur sanguis, vtq; ad membra extenuata trahatur cum fricationibus debitis statim factis post exiccationem à somno. Vti conuenit regimine multiplicãte sanguinẽ laudabilem. Carnes bonæ,& laudabiles, vinum bonum,grana pini, & fistici, amygdalæ , auellanæ , medulla ossium cerasorum,& similia.

De his quæ pingues extenuant.
Cap. XI.

IN sandaracha & polypodio inest virtus attenuandi omnem carnositatem præter naturam additam corpori humano , in tantum quòd extenuat etiam veram pinguedinem. Radix aron præbullita abiecta aqua comesta attenuat. Item exhibere scrup.ij.& g.v.sandarachæ cum oxymelle & aqua singulo die , attenuat. Tartarum vini similiter assumptum.

Pilula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Pilulæ extenuantes pingues.

R. Polypodij, sarcocollæ rubeæ, aluminis rochæ crudi ana drach. j. sandarachæ drach. j. s. cum succo foliorum consolidæ minoris, fiat massa pro pilulis: detur omni die vna, quando surgit à lecto. Semen rutæ agrestis, aristol. rot. centaurea, polium, gentiana, petroselinum, sal viperarum, vsus piperis, vsus vini infusionis karabæ, & lacca exhibita, attenuant pingues.

Fomentatio quæ omnem carnositatem superfluam attenuat. R. Gallarum cupressi, gallarum quercus, propriè perforatarum ana lib. j. scoriæ ferri præparatæ cum aceto, aluminis rochæ ana lib. s. contusa coquantur in magna quantitate aquæ gallarum, qua vtuntur qui aptant coria, & in ea calida infundatur spongia, quæ expressa applicetur superligando: attenuant enim omnem superabundantiam.

De curatione varicum. *Cap.* XII.

DEcoctio ad varices curandas. R. Epithymi, myrobalanorum kebulorum ana vnc. j. absinthij, squinanthi, tamarindorum, centaurij min. eupatorij ana vnc. s. passularum enucleatarum vnc. ij. mista coquantur in libris tribus aquę, donec

donec absumantur duæ tertiæ: postea digitis confricata colentur, seruando in vase vitreo: & exhibeantur vnc. iiij. in potu in aurora cum vnc.j.amygdalarum amararum die tertio. Super crura varicosa applicetur emplastrum de adipibus, cuius hæc est descriptio: R. Adipis agni, porci, vrsi, vituli, cerui, hirci, asini syluestris, anatis, gallinæ, vulturis ana vnc. j.olei sesamini, olei de kerua, & de lentisco, medullæ cruris vaccini, olei amygdalarum amararum, ceræ albæ ana vnc. s. ceræ rubeæ, butyri vaccini ana lib.j. liquefiant, & colentur, & de eo emplastrentur tibiæ varicosæ, superligando cum fascia, & sanabuntur. Hoc emplastrum non solùm valet ad varices, sed ad omnem speciem spasmi, dolorem iuncturarum, torturam oris, quæ fit ex spasmo, ad paralyticos siccorum corporum. Si verò hoc modo non curentur varices, quia fiunt à multitudine sanguinis melancholici, vel phlegmatici crassi, phlebotomentur venæ brachiorum primò: deinde varices ipsæ, aperiendo saphenas in fine earum, euacuando sanguinem melancholicum, qui continetur in eis, abstinendo à rebus quæ melancholiam generant, aut humorem phleg-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

maticum craſſum, vitando motus laborioſos, & ſtationem ſuper pedibus ſuis: quieſcat, & purgetur paulatim humor phlegmaticus craſſus, & melancholicus, & aſſiduè vtatur aqua lactis cum epithymo.

De itinerantibus. *Cap.* XIII.

ITinerantes ſecum portantes artemiſiam, non fatigantur ex itinere. Artemiſia contuſa cum axungia & applicata, tollit dolorem pedum cauſatum ex fatigatione itineris, ex Dioſcoride. Palma Chriſti portata itinerantem à maleficiis & venenis ſecurum reddit. Oribaſius, Plantago piſta cum aceto, tollit tumorem pedum cum dolore, qui fit ex fatigatione. Succus cæpæ exiccatus cum thure & adipe gallinæ miſtus, delet callos ex itinere factos. Puluis ſolearum antiquarum ſotularium combuſtarum, curat apoſtemationem, quę fit in pedibus propter ſtricturam ſotularium. Elixatura ſerpentariæ pernionibus, ſeu mugis, vel mulis, qui fiunt in calcaneis, ſeu talis pedum, optimum eſt remedium. Cotyledon, ſeu cymbalaria applicata, curat eas pariter.

De modo præſeruandi itinerantem à frigore. *Cap.* XIIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

VNgantur extremitates ex oleo de euphorbio calido, fricatis prius extremitatibus. Ol. de pyrethro, & ol. de piperibus idem faciunt.

Vnguentum optimum ad praeseruandum à frigore. R. Pyrethri piperis ana drach. ij. euphorbij drach. j. moſchi, ambræ ana g. iij. ol. de lilio, & de euphorbio q. s. cum debita quantitate ceræ fiat vnguentum, quo calidè vngantur extremitates prius fortiter fricatæ. Præſeruat enim mirabiliter à frigore. Confert tenere in ore tria aut quatuor grana piperis, aut caryophyllorum, cinnamomum, vel aliquid conſimile: & vti aromatibus, ſinapi, allio, & nucibus: & cibari antequam ſe exponat itineri: vacuitas enim multum obeſt. Siler montanum cum vino bibitum, præſeruat à frigore.

De his quæ itinerantem à calore præſeruant, & nocumento eius. Cap. XV.

LIniantur pectora eorum & facies ex mucilagine pſyllij, aut tragacanthi, vel ex ſucco portulacæ cum albo oui cõquaſſato & colato. Vtatur rebus infrigidantibus, calorem alterantibus, ſicut ſunt ſyrupi de fructibus, & ſuccus hordei, anſequam iter accipiat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De regimine viatoris in mari.

Cap. XVI.

NE nauſeam patiaris in mari, abſinthium & pulegium tere cum oleo & aceto, & nares interius frequenter frica. Semen apij cùm bibitum fuerit, prohibet nauſeam ne commoueatur, & ſedabit eam cùm commouebitur. Abſinthium ſimiliter faciet. Prohibet etiam nauſeam vſus eorum, quæ os ſtomachi confortant, & vapores ad cerebrum aſcendere prohibent: cuiuſmodi ſunt cydonia, granata, mala maciana, lẽtes cum aceto comeſtæ, & pone in cibis agreſtam, & parum calamenthi, comedere panem fractum in vino maluatico, aut in alio aliquo redolenti.

De his quæ curant ſciſſuras pedum & manuum, quæ fiunt à frigore.

Cap. XVII.

VNguentum de olibano cum adipe porci & anſeris, curat ſciſſuras pedum & manuum à frigore factas. Cinis cancrorum fluuialium, cinis vngulæ aſini cum axungia porci & anſeris. Curat etiam apoſtemata pedum, & aliorum membrorum quæ ſunt aperta, puluis vngulæ aſini.

Vnguentum curans ſciſſuras manuum, pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

dum ac labiorum. R. Ceræ citrinæ, œsypi, adipis anatis ana vnc. j. olei rosacei vnc. ij. amyli, tragacanthi, mucilaginis, seminis citoniorum ana vnc. s. fiat vnguentum, quo vngatur post epithemationem cum aqua calida.

De panaricio. *Cap.* XVIII.

PAnaricium est apostema calidum, accidens in latere vnguis: quod duplex est. Vnum, in quo nullus penitus apparet tumor, neque aliquod signum quod ad exituram vertatur, & est cum intentissimo dolore continuo, & non permittit patientem die neque nocte dormire, & nisi subitò prouideatur, putrefit prima iunctura digiti, quæ cum osse deperditur, & manat ab eo sanies subtilis fœtida, quando ad putredinem deuenit. Hoc panaricium nostri vulgares os fractum appellant. Modum curationis posui suprà in tract. de Apostematibus pestiferis & malignis. Aliud est apostema exiturale calidum, de quo Auic. 7. quarti. & etiam est cum dolore in latere vnguis.

Cura communis vtriusq; à principio, est vt submergatur frequenter digitus in aceto calido, & fiat corporis mundificatio per phlebotomiam, & ventris solutionem, si opus sit: subtilietur regimen:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

emplastretur digitus cum mucilagine psyllij, facta in aceto cum farina hordei, & modico camphuræ, & stante dolore fortissimo, addatur parum opij, & gallarum subtilissimè puluerizatum: prohibet enim quandoque collectionem. Gallæ contritæ cum melle, prohibent eius confirmationem. Submergatur sæpe in aqua frigida, & sedetur dolor cum mucilagine psyllij & opio vt suprà. Grana myrti cum vino decocta, fortasse refrænant illud.

Medicamentum sanans panaricium. R. Aloes, balaustiorum, gallarum, olibani ana. puluerizata aggregentur cum melle, & applicentur. Notandum quòd suprascripta infrigidantia sunt applicanda à principio, & hæc est cura communis vtrique panaricio. Post principium autem eorum vsus inculcat materias, & auget dolorem. Si videris hoc apostema ad exituram disponi, applica maturantia, & cura eo modo, quo aliæ exituræ curantur. Verum si dolor intensissimus perseueret, & nullum appareat signum exituræ futuræ, finde digitum lateraliter ab vngue vsque ad os, & statim cessabit dolor, illa enim est vera cura: & nisi sic facias, corrumpetur os, & perdetur iunctura: bo-

num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

num tamen eſt à principio tentare cum ſupradictis reſolutionem, & prohibere confirmationem. Curabis poſtea apertionem quam feceris, & amplius non erit timor.

De ſcabris vnguibus tollendis. Cap. XIX.

SErapinum & puluerem auripigmenti cum oleo miſce, & pone ſuper vnguẽ. Sine dubio cadet. Attriplex ſine iniuria vlceris vnguem ſcabroſum detrahit. Cantharides cum vnguento poſitæ, faciunt cadere vnguem leproſorum applicatæ. Viſcus cum arſenico miſtum appoſitum extrahit eas. Paſſulæ cum opopanaco cõtuſæ, ſcabros vngues eradicant. Sandaracha cum pice miſta, vngues leproſos excludit. Emplaſtrum ex rad. acetoſæ, curat excoriationes, quæ ſunt in rad. vnguium, prius tamen linito loco cum nitro & aceto.

COROLLARIA QVÆdam medica.

De vino.

OMne vinũ calidũ eſt, & ad motũ corporis cõducit, eo quòd calefacit, reficit oĩa mẽbra q̃ ex frigore & dolore cõſtricta

tenentur,teste Gal. libro de Simplicibus ad Paternianum. Vinum euacuat superfluitates choleræ rubeæ, remouet siccitatem à membris principalibus, humectat, nutrit, cõterit acuitatem bilis, eamque per sudorem euacuat, ac per vrinam. Galen. 1. de reg. Sanit.& Raſ. 22. Continentis. cap. de Vino, ad principium. Vinum digerit semicrudos humores, & prouocat vrinam, confert somno. Gal. 4. de reg. Sanitatis. Vinum calidum est in gradu secundo, mustum in primo, & vetustissimum in tertio, Gal. in lib. de Simplicib. ad Paternianum. & Rasis loco allegato. Dulce vinũ neque subtile, neque lucidum inuenies vnquam. Gal. in libello de Vinis. In lib. verò de Euchymia & Cacochymia dicit: Nõ inuenies aliquod crassum simul & dulce quod non sit nigrum. Quod tamen non dixisset Gal. si nobiscum bibisset. Vinum dulce & nigrum, sanguinem nutrit, oculis contrarium, quia caput perturbat, corpus grauans, stomachum subuertens, & somnos graues inferens. Vinũ (maximè si cũ modica aqua bibatur) saluti corporis prodest, eo quòd nutrit, & custodire potest corporis sanitatem. Quod album est, magnum remedium corpori facit, quia diu-

reticum

reticum est, & toto corpori aptum. Gal. in lib. de Simplicib. ad Paternianum. Vinum album subtile est, bonū stomacho, conuenit eius vsus in sanitate & ægritudine, emollit ventrem magis quàm rubeum vel nigrum. Rasis 22. Continentis vbi suprà. Vinum album Ponticum confortat stomachum, & non lædit cerebrū, sicut forte vinum. Gal. 5. de Locis affect. cap. 6. Confert potus aquæ post vinum, quia deponit insultum vini & malitiam feruoris eius. Rasis loco allegato. Vinum acetum factum incipit frigidum esse, & stipticum, & non nutrit, sed magis compescit: ad Paternianum vbi suprà. Vinum & oleum si calida loco vnguenti apponantur, oportet diu perfricare, quousque totum corpus illud imbibat. Similiter & his, qui humorum dolore tenentur: Ad Paternianum Gal. vt suprà.

De rectificatione vini, clarificatione turbidi, de modo cito faciendi acetum, & ex vino rubeo facere album, ex albo rubeum, ex molli forte.

VInum quando corrumpitur aut tornari incipit, si vis illud ad pristinum statum reducere, aperi orificium vasis superius, & exhalabit aër & vapor immundus: aut extrahe de ipso vino, & fac

bullire tantam quantitatem, vt totum quod est in vase possit calefieri, & illud bulliens mitte in vas, & orificium vasis obtura fortiter: aut cortices duros amygdalarum quassatos in vase pone. Cuparosea in vino posita tornato, statim fecit eum redire ad suam naturam primam. Vt vinum fœculentum turbidum, fiat clarum, nucleos pini pone in vase secundum proportionem. Puluis etiam gypsi in vase positus cadendo trahit omnem fæculentiam ad fundum, & vinum clarificat, gypsum tamen nocet neruis, & facit sodam secundum Serapionem. Albumina ouorum cum melle agitata in vas missa, non sinunt vinum acescere, quandiu in eo morantur. Si vis cito acetum facere, amphoram plenam vino obturatam pone in aqua bulliente, & statim fiet acetum. Idem faciunt nuces quassatæ positæ in vase secundum artis proportionem. Si vinum nouum turbidum vis cito clarum facere, ita vt vetus appareat, pone in vase de rasuris latis, subtilibus, lenibus nemoris fagi, quæ fiunt cum ascia, seu cum instrumento applanante lignorum inæqualitatem, in vno enim vel duobus diebus clarescit. Si vinum rubeum vis album facere, cinerem vitis albæ dome-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bæ domesticæ pone in vino rubeo, & fiet album. Cineres vitis nigræ domesticæ, positi in vino albo, faciũt vinũ nigrũ, aut rubeum. Vt vinũ molle fiat austerũ, pone in vase folia buxi, aut folia vel radices maluæ, vel altheæ, aut vitis cineres.

De aqua.

AQua quæ cito calefit & cito infrigidatur, leuissima est, testibus Hipp. & Gal. de Bonitate aquæ. Omnes aquæ quæ æstate sunt frigidissimæ, hyeme vero calidæ, optimæ sunt. Aquæ fluxibiles, stantibus sunt meliores. Aquæ fontium, quę sunt super montes, meliores: pluuiales verò leuissimæ, vt suprà. Bona aqua omnibus ætatibus conuenit. Hippocr. & Galenus de Bonitate aquæ. Pueri non sunt omnino prohibendi à potu aquæ frigidæ, sed multoties bibant super cibum, & horis calidis. Galenus primo de Sanitate tuenda. His qui sunt valde calidæ complexionis, potus aquæ est conuenientior potu vini. Gal. in libello de Vinis. & in lib. de Euchymia & cacochymia. Aqua tribus sensibus cognoscitur, visu, vt sit clarissima: odoratu, vt omni careat odore: gustu, vt omni careat sapore.

De

De ptiſſana hordei.

ISaac in diætis particularibus ſic fieri iubet: Conteratur hordeum, vt cortex poſſit auferri: ſumatur pars vna hordei, & aquæ partes decem, & tandiu coquantur, donec redeant ad partem vnam: deinde coletur, & potui detur. Valet ad ſanitatem conſtituendam, & corpus humectandum. Si vis magis refrigeratiuum, adde parum aceti: & ſi corpus ſit calidæ naturæ, adde parum ſem. papaueris albi. Ptiſſana cerebro ſana eſt, viſum clarificat, & perfectiſſimum in eorum corpore ſanguinem generat, nec minus quàm panis nutrit. Hęc ptiſſana ſanis eſt exhibenda. Infirmis verò diuerſis modis eſt exhibenda, prout vnicuique expedit infirmitati. Si enim ſtatim hepatis calorem velis extinguere, bibe vt ſuprà dictũ eſt; ſi excolatiuam ac mundificatiuam eſſe volueris, coque illud cum cortice: ſi laxatiuam & refrigeratiuam, cocta ptiſſana ſuperponatur manna & mel violaceum. Si vero propter hepatis oppilationem illam velis accipere, coque ſimul rad. fœniculi & apij, & accipe ptiſſanã cum multo oxyſaccharo propter ventris ſolutionem. Hipp. in de ratione victus in acutis dicebat, Ptiſſanam optimam, ex optimo

hordeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hordeo confice, & decoque. Ex lib. dynamidiarum Gal. hoc modo paratur ptiſſana. Mitte hordeum contuſum in ollam rudem, cum aqua bene coque, & per ſtamineam cola, condias cum ſale, butyro aut oleo cum modico piperis & cinnamomi: repone & vtere. In primo de Alim. Gal. docet ſuper hordeũ infundere multam aquam: deinde terere in mortario hordeum cum cortice ſuo, ſi maiorem quæramus abſterſionem, coque lento igni, cola per ſtamineam, cum ſale, oleo, & modico aceti condiendo. Auic. 14. tertij, poſtquam dixit, quòd medicinæ hepatis debent eſſe aperitiuę cum amaritudine & ſtipticitate confortante, abſterſiuę, & mundificatiuæ, ſubdit, Et hæc omnia aggregantur in aqua hordei.

Syrupus acetoſus purus quo conſeruatur ſanitas ex lib. ſecretorum Galeni. R. Mellis puri deſpumati, aceti albi optimi ana lib. x. bulliant vſque ad mellis ſpiſſitudinem, & eo vtaris: eſt enim vltimum in conſeruatione ſanitatis. In ladano & meliloto eſt virtus ſtiptica & maturatiua. In meliloto eſt virtus contraria chamæmillæ: ſuffumigium enim ex chamæmilla imprægnationem prohibet, & cauſat aborſum: melilotum econtra confert ad imprægna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

prægnationem,& fœtum cõſeruat. quapropter in clyſteriis prægnãtium ad ventoſitates reſoluendas ponãtur flores meliloti, chamæmillæ verò nequaqaum.

Pix, çera, viſcus,& omnis res, quę non miſcetur cum aqua, debet ablui, teſte Gal. 2. de Simplic. Quando galbanum per os adminiſtratur, debet ligari in petia, & ſuſpendi in vaſe oblongo quod in aqua calida ponatur, donec galbanum ſit liquefactum. colligatur id quod eſt in fundo vaſis liquefactum, & colatum, & exhibeatur. Prohibet fieri curuitatem in ſenio, vngere ſpinam dorſi ex oleo amygdalino abluto. Contracti ex ſiccitate balneentur in brodio carnis aſini.

Si ebur molle ad omnem impreſſionem recipiendam vis facere, elixetur in aqua cum rad. mandragoræ ſex horis ad minus, & fiet molle, ſicut cera.

Si fungos toto anno aptos ad comedendum habere deſideras, accipe cort. arboris populi, eos minutim incide, ſemina ſuper lætamine ſeu fimo, & naſcentur fungi. Serap. Qui vult longæuus eſſe & ſanus, oportet eũ ſibi ſoli viuere, ab omni operatione neceſſaria liberum, & eucratum eſſe corpus, Galenus 1. de Sanitate tuenda.

PETRI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

PETRI DE BAYRO MEDICI TAVRINENSIS THEORICÆ LECTORIS ORDINARII, IN ACAdemia Taurinensi, quæstio noua de Peste, cum cura eiusdem per vtrunque regimen, præseruatiuum scilicet & curatiuum, Anno 1507 Taurini edita.

VTRVM sit conueniens exhibere bolum armenũ in febre pestilentiali? Ad partem negatiuam arguitur pluribus mediis. Primò sic: Illud quod facit ad acuitatem febris pestilentialis, non conuenit in eadem: sed bolus armenus est huiusmodi: igitur non conuenit. Consequentia tenet cum maiore. Minor autem probatur sic: Siccitas intenta facit ad acuitatem prędictam: Sed bolus armenus est siccatiuus in vltimo: igitur, &c. Consequentia tenet cum maiore ex Hippocr. tertio Aphorismorum, aphoris. 8. & Auicen. secunda primi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

doc. ſecunda. cap. 8. & prima quarti de Cauſis peſtilētiæ, vbi inquit: In ęſtate verò ſicca paucæ pluuiæ faciunt febres maioris acuitatis, &c. Minor verò probatur per Auic. ſecundo can. c. de luto armeno.

Secundò principaliter arguitur ſic. Cura febris peſtilentialis debet eſſe ſimilis curationi hecticæ. Sed in curatione hecticæ non conuenit bolus armenus: igitur non conuenit in febre peſtilentiali. Conſequentia tenet: quia alias non eſſet cura ſimilis. Maior probatur per Raſim decimo ad Almanſorem, qui dicit: quod febrientes ex peſtilentia regendi ſunt iis omnibus quæ in cap. de hectica dixit. Minor verò probatur: quia bolus armenus eſt multum ſiccatiuus, vt ſuprà. In hectica autem non conueniunt exiccantia, imo humectantia, vt Auic. prima quarti. cap. de Cura hecticæ. igitur, &c. Conſequentia tenet & antecedens ſimiliter.

Tertiò arguitur ſic: Si quæſtio eſſet vera, hoc maximè eſſet, quia bolus armenus ſua ſiccitate, & conſtrictione prohibet celerem ſpirituum diſſolutionē, cum dicat Auicen. in libello de Viribus cordis. tract. 2. cap. 2. Medicina conſtrictiua, medicinam cordis ingreditur, vt ſubſtantiæ ſpiritus ſoliditatem, & continuitatem

laudabilem

laudabilem tribuat, ne velociter dissoluatur quolibet leui motu, &c. Sed arguitur quòd non: quia quantum potest sua siccitate, & constrictione spirituum dissolutionem prohibere, tantum potest sua frigiditate corrumpere, disgregare, & à se repellere. Igitur non erit conueniens. Consequentia tenet, cum in casu oporteat spiritus in corde esse vnitos. Antecedens verò probatur: quia complexio boli armeni omnino contrariatur complexioni spiritus: bolus enim armenus frigidæ est, & siccæ complexionis, vt Auicen. secundo can. cap. de luto armeno. Spiritus verò calidæ & humidæ, dicente Galen. 7. de Iuuamentis membrorum. Spiritus est corpus vaporosum ex parte subtiliori sanguinis generatum. Sanguis autem calidæ & humidę est complexionis: prima primi, cap. de humoribus: igitur &c.

Quarto aguitur sic: In febre pestilentiali adest sitis, & ariditas linguæ, & eius siccitas: sed propter nullam istorum conuenit: igitur non conuenit: Consequentia tenet, quia medidinæ quæ ministrantur in febribus debent esse suorum accidentium remotiuæ, aliàs frustra fecissent Auicenna & alij capitula parti-

cularia ad accidentia quæ febribus accidunt. Maior est Auicen. prima quarti, cap. de signis feb. pestilentialis. Minor verò probatur: quia bolus armenus prohibet descensum rheumatis & catarrhi ad guttur. Sed tale rheuma seu talis catarrhus sic descendens prohibet sitim & ariditatem prædictam, ergo exhibitio boli armeni prohibet causam remouentem accidentia prædicta, & per consequens non conuenit. Consequentia tenet cum minore per Auicen. prima quarti, cap. de signis causonidis: maior verò est Auic. secundo cano. cap. de luto armeno.

Quintò arguitur sic, Omnis cura fit per contraria: sed bolus armenus non contrariatur febri pestilentiali, igitur nõ conuenit. Cõsequentia tenet cũ maiore, ex Galen. prima Aphorism. commento xvj. & Auicen. quarta primi, cap. I. Minor probatur, quia bolus armenus est complexionis siccæ, & febris morbus, calidus est & siccus, prima aphoris. commento allegato. ergo inuicem non contrariantur, & per consequens non potest conferre in curatione febris pestilẽtialis.

Sextò arguitur sic: Sicca nocent febricitantibus: Sed bolus armenus est siccus, igitur nocet. Consequentia tenet cum

maiore,

maiore, quia febricitantibus conueniunt humida, vt prima aphor. aphoris. xvj. Humidæ diętæ omnibus febricitantibus conferunt, igitur non conueniunt sicca. Consequẽtia tenet, quia sicca & humida sunt contraria, quæ non possunt vni febri contrariari: aliàs sequeretur, quòd vni plura contrarientur: contra philosophum primo Cæli, & 9. Metaphys. qui dicit, Quòd vni vnum contrariatur. Per sicca autem obseruatur siccitas inducta à calore febrili, quæ tamẽ vt dispositio pręter naturã indicat de sui remotione. Minor verò principalis est Auic. 2. can. alleg. cap.

Septimò arguitur sic: Bolus armenus retinet sanguinem, igitur non conuenit in febribus pestilentialibus. Consequentia tenet, cùm in eis multoties oporteat facere phlebotomiam, vt Auicen. prima quarti, cap. de cura febris pestilentialis. Antecedens est Auicen. secũdo canone, alleg. cap.

Octauò arguitur sic: Bolus armenus est conueniens ad præseruandum à peste: igitur non conuenit in curatione pestis. Consequetia tenet, quia medicinæ præseruantes & medicinæ curantes differunt ab inuicem, vt Galenus tertio Artis medic. quia & præseruatio alia est à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

curatione. Antecedens verò est Auicen.
secundo cañ. cap.alleg. & Galeni 5. Sim-
plicium pharmacorum, cap. 10. Similiter
quod valet in sanitate, non valet in ægri-
tudine, cum sanitas & ægritudo sint con-
traria, vt Aristotel. inquit in prædicamen-
tis. Ad oppositum arguitur primò sic:
Summa curationis febrium pestilentia-
lium est exiccatio. Sed bolus armenus
est exiccatiuus, igitur valet ad curandum
febres pestilentiales. Consequentia tenet
cum maiore per Auicen. prima quarti,
cap. de cura febris pestilentialis ad prin-
cipium, & subdit: Sint cibi eorum de-
siccatiui, & exiccetur aer &c. Idem dicit
Rasis 10. ad Almansorem. Minor verò est
Auicen. secundo can. alleg. cap.

Secundò arguitur sic: Bolus armenus
præseruat à putredine: igitur valet in fe-
bribus pestilentialibus. Consequentia
tenet, cùm omnis febris pestilentialis sit
putrida: fit enim pestilentialis à putredi-
ne aeris corrumpentis complexionem
spiritus cordis: & humiditates eius, vt
Auicen. prima quarti, cap. de Causis pe-
stis. & secunda primi, doc. 2. cap. 19. Cum
enim putrefit aer, putrefacit humores, &
incipit humorẽ putrefacere qui à corde
circumdatus est, quoniam ad ipsum pro-
pinquius

pinquius accedit, quàm ad alium. Et Gal. 1. de Differ. febrium. cap. 5. ad principium. Quia verò pestilentium meminimus febrium à putredine ortarum &c. Potest etiam ratione argui: quia propria actio aeris putridi cùm attingit cor, est vt putrefaciat, igitur &c. Quę ergo præseruant à putredine, valent in curatione putridæ febris: dicente Galen. 4. de regi. sanitatis, in princ. Præcustodia futurorum morborum similis est correctioni iam generatorum. Et primo de differentiis febrium, cap. 4. Præcustodia dicitur secundum quem modum & sanatio. Antecedens verò principale probatur: quia bolus armenus est siccus, vt suprà. Sicca autem præseruant à putredine, ex quarto Meteororum, igitur &c.

Tertiò arguitur sic, Bolus armenus valet ad difficultatem anhelitus: igitur valet in febre pestilentiali. Consequentia tenet: quia in ea est difficultas anhelitus, vt Auicen. prima quarti. cap. de Signis febris pestilentialis. Antecedens est Auic. secundo cañ. alleg. cap.

Quarto arguitur sic. Bolus armenus præseruat à fluxu ventris: igitur est conueniens in febre pestilentiali. Consequẽtia tenet, quia in ea fit multotiens fluxus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ventris malus: vt Anicenna prima quarti, cap. alleg. Antecedens verò eſt Auicen. ſecundo cañ. & Gale. cap. allegatis.

Quinto arguitur auctoritate Galeni nono Simplic. pharmacorum, cap. 10. vbi inquit: Quicunque biberunt de bolo armeno, in hac eximia peſte citò ſanati ſunt: quibus autem nihil contulit, deceſſerunt omnes: neque ab aliquo alio medicamine aſſecuti ſunt iuuamen. Ex quo patet, quòd ſolis incurabilibus nõ opem contulit.

Sextò arguitur auctoritate Auicen. ſecundo canone, cap. de Luto armeno. vbi dicit, Et plures quidem iam ſanati ſunt ex peſtilentia magna propter conſuetudinem bibentium ipſum in vino ſubtili. Si bibitur in febre peſtilentiæ, neceſſarium eſt, vt vinũ perducat ipſum ad cor, & miſcetur vinum illud cum aqua roſacea.

Septimò arguitur auctoritate Serapionis de Simplicib. cap. de Luto armeno. qui dicit, Bibere cum vino mixto cõfert in febribus peſtilentialibus valde. Et qui aſſueſcit potui eius in tempore peſtilentiæ, præſeruatur à nocumento eius. Et iam vidi multos euadere in tempore peſtilentiæ propter ipſum, &c.

Octauò

Octauò & vltimò arguitur auctoritate Auenzoar tertio Theisir cap.de Epidemia. quæ prouenit ex corruptione aeris:vbi ponens exemplum de quodam iuuene dicit,Et propi naui ex medicinis laudatis in epidemia, sicut est bolus armenus,&terra sigillata,&c.Ex his hincinde assumptis fit quæstio pro vtraque sui parte ambigua.

Cuius decisionem, inuocato prius diuino auxilio, breui conabor perstringere: in ea ponendo tres articulos. In primo videbitur,quid sit pestis & pestilentia:quid epidemia, & quid endemia, ac quomodo ad inuicem differant & conueniant, quidq; febris pestilentialis: & quot modis dicatur.Causas similiter pestilentiæ tam superiores quàm inferiores, & signa aliaq; necessaria ad intellectum quæstionis per notabilia & distinctiones adducentur. In secundo autem articulo ponam conclusiones responsiuas ad quæsitum. In tertio & vltimo respondebo argumentis adductis: limitando etiam aliqua ex argumentis post oppositum. Tandem post decisionem quæstionis,addam curam pestis per vtrunque regimen, curatiuum scilicet & præseruatiuum,auxiliante eo,qui ex nihilo cuncta creauit.

Quantum ad primum, est primò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

notandum, quòd apud medicos isti reperiuntur termini: Pestilentia, pestis, epidemia, & endemia, quibus etsi aliquando tanquàm synonymis vtamur, inter ipsos tamen est differentia. Pestilentia enim secundum Haly abbatem quinto Theoricę, est mutatio aeris à substantia & natura propria & qualitate, in putredinem vel pessimam qualitatem vniuersaliter multum pestiferam. Et hujusmodi aer sic corruptus & alteratus, aliquando facit febres pestilentiales, aliquando non facit febres, sed apostemata inducit carbunculosa, pestilentialia, morbillos, variolas, althoyn, prunas, carbunculos, & huiusmodi. Auicenna verò secunda primi, inquit: Pestilentia est corruptio vel putrefactio quæ accedit aeri, similis putrefactioni aquæ remollientis fœtidæ. Pestis verò secundum Isidorum quarto Etymologiar. est cõtagium quod cùm vnum apprehendit, celeriter in multos transit. Gignitur autem pestis siue pestilentia ex corrupto aere. & licet sæpissime per aereas potestates fiat, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei non fit, vt dicit Auenzoar tertio Theysir.

Et Seneca in tragædia Herculis furentis, Quicquid facimus mortale genus:

Quicquid

Quicquid patimur venit ab alto. Galenus etiam super illo verbo primi Prognosticorum: Est & quoddam cœleste, in quo oportet ipsum medicum præuidere, &c. inquit, Inuenimus philosophos dicentes, Multoties in mundo currit regimen eius cum vsu bonitatis, quæ est creator benedictus & sublimis, in quo est præuisio. Et illud idem clarè expressit Auicē. 10. suæ Metaphysicæ, primo cap. vbi inquit, Intende ergo & attende dispositionem istorum omnium: & crede quod dicitur de diuinis flagellis, quæ descendunt super ciuitates flagitiosorum, & super homines iniuriosos: & considera qualiter defenditur veritas, &c. Dicitur autem pestis vel pestilentia quasi pastulentia, quòd veluti incendium depascat, & toto descendat corpore, & dicitur contagium à contingendo, quia quem tangit polluit. Quòd si velles morbi pestilentialis, aut etiam febris pestilentialis (subintellecta tamen prius generali febris diffinitione) nouam diffinitionem audire, hanc apprehende: Morbus pestilentialis est dispositio præternaturalis, contagiosa, ex aeris corruptione in propria substantia & qualitate causata: varios vario modo apprehendens subito,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& apprehensum apta raptim interficere. Dicitur primò dispositio præternaturalis, vt stet loco generis. Dicitur contagiosa, quia sine contagio non diceretur pestilentialis, ex ratione nominis pestis vel pestilentiæ superius positæ, non obstante argumento Gentilis de clauso in domo, &c. Sola enim pestis approximantes inficit, ex primo problematum, problemate vij. Tertiò dicitur, Ex aeris corruptione in propria substantia & qualitate causata, vt differat ab aliis contagiosis, qui non sunt contagiosi propter causam prædictam, ideo nec dicũtur pestilentiales, sicut phthisis, lepra & huiusmodi, licet sint contagiosi, vt Aristotel. septimo problematum, problemate iiij. & vij. Etiam quia eo mediante apta est pluribus communicari. Quartò dicitur, Varios: vt intelligamus, quòd non omnes inficiuntur à tali aere sic corrupto & alterato, sed solùm apti & dispositi talis maliciæ recipere impressionem. Dicit enim Philosophus secundo de Anima. quòd actus actiuorum fiunt in patiente disposito: & Galen. secundo de Different. febrium inquit, Passuri corporis dispositio est principalissima particula generationis ægritudinum. Illud idem dicit

secundo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſecundo de Accidentibus & morbis. & Auicenna prima quarti. Et propter hoc quæſiuit Alexander Aphrodiſeus, propter quid eſt, quod in peſtilentiali conſtitutione quidam moriantur, quidam verò minimé? Et aſſignat cauſam eſſe cõplexionis præparationem. Quintò dicitur, Vario modo, quoniam aliquibus accidit febris continua peſtilentialis, aliquibus tertiana peſtilentialis: & ſic de reliquis ſpeciebus febrium humoralium. Aliquibus accidunt bubones ſeu apoſtemata emunctoriorum, aliis althoyn, aliis carbũculi ſeu pruna, aut morbilli, vel variolæ, aut aliæ puſtulæ malignæ. & quidẽ in aliquibus iſtorum nulla aduenit febris apparens. Hic ergo morbus vario modo accidit, qui ab aliquibus vocatur morbus peſtilentialis particularis, id eſt particulariter & diuiſim ſparſus. Deinde dicitur, Subito apprehendens: quia ſi paulatim malignetur humor, etiam perueniens ad tantum gradũ maliciæ, quãtus eſt in peſte, non tamen propter hoc diceretur peſtis. Iſta etiam particula, Subitò, eſt per quã peſtilentia & epidemia differunt ab endemia. Epidemia enim quæ & peſtis dicitur (licet differẽter) ſubitò euenit: endemia verò paulatim. Poſtremò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mò additur: Apprehenſum apta raptim interficere. Aptitudo enim à poſſibilitate differt: quoniam poſſibilitas cadit ſuper duo contraria æqualiter, Aptitudo autẽ non eſt ſuper duo contraria æqualiter. Omnis enim homo poteſt gaudere & triſtari, ſed eorum aliqui ſunt aptiores gaudio: aliqui verò aptiores triſtitiæ.

Sic eodẽ modo quilibet homo poteſt mori ex peſte, ſed eorum aliquis aptior eſt, vt moriatur ex ea: aliquis verò vt viuat in ea. Licet ergo dicamus quòd apprehenſus à peſte aptus eſt ſubito mori, non tamen omnis. Contingit enim multos ab ea apprehenſos liberari. Quod poteſt contingere aut ratione remiſſioris gradus maliciæ, aut propter complexionis diuerſitatem in reſiſtente vt ſuprà. Licet ergo aliquando prolongetur mors, aut aliquando quis apprehenſus ab ea liberetur, non tamẽ propter hoc tollitur aptitudo ſubitæ interẽptionis. Et ex his concludo completam morbi peſtilentialis deſcriptionem.

Epidemia verò quæ & morbus peſtilentialis vniuerſalis dicitur, eſt quando ex aeris mutatione ad corruptionem pluribus hominibus fit determinatũ genus ægritudinis ſubitò irruentis, quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

modum videmus. aliquando in patria nostra, quod quandoque talis erit aeris distemperantia, quòd ferè omnes infirmi patientur morbillos contagiosos, aut pleuresim similiter cõtagiosam, vel ventris fluxum, & huiusmodi, ita quòd aliquando morientur sex, aut octo, vel plures in vna domo in modico tempore. Istæ autem ęgritudines possunt dici pestilentiales, vel pestis, dicente Aristotele primo Problematum, problemate septimo, quòd omnis ægritudo quæ ex aeris corruptione est contagiosa, dicitur pestis vel ægritudo pestilentialis. Differt tamẽ huiusmodi epidemia à pestilentia propriè dicta: quoniam in epidemia fit determinatum genus ægritudinis in omnibus, vel quasi: in peste autem propriissimè dicta, fiunt ægritudines diuersorum generum, vt suprà dictum est.

Endemia autem est, quando ex aeris mutatione (quæ fit aut ratione loci habitabilis, aut ex diuersitate & malitia aquarum, aut terræ) fit in multis idem genus ægritudinis paulatim: sicut accidit in pluribus locis nostræ ciuitati propinquis, vbi reperiuntur plurimi habentes bocium gulæ, & sicut Ianuensibus tusses & catarrhi, & Neapolitanis plurimis podagra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

podagra propter humiditatem terræ, & austeritatem ipsius, & in plurimis regionibus multiplicantur colicæ, nephritides & huiusmodi. Et licet aliquæ ex ægritudinibus prædictis videantur subitò fieri (propter quod non apparent distingui à peste & epidemia) quia tamen earum materiæ, à quibus fiunt, sunt paulatim congestæ, ideo non dicuntur subitò fieri, sed paulatim. Per hanc igitur particulam, Paulatim, differt endemia à peste & epidemia: quoniam hæc scilicet endemia paulatim, illa verò subitò. Differunt etiam, quia epidemia & pestis videntur ex corruptione aeris causari: endemia verò ex loco habitabili, & dispositione terræ aut aquæ, sicut bibentes aquas turbidas & grossas incurrunt faciliter hydropisim, splenis duritiem, aut grossitiem, febres, vel lapidem, aut aliud simile: vt etiam dicit Hippocrates in libello de Aqua & aere, quòd habitantes terras humidas & concauas incurrunt faciliter rheumatismos. Tales ergo morbi qui à causis prædictis, & vt plurimum maiori parti eueniunt, vocantur endemici, quasi intus euenientes. Ex his ergo habes quid sit pestilentia, quid morbus pestilentialis & pestis, quid epidemia, & quid endemia

demia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

demia:quomodo etiam conuenientiam habeant,& differant.

Secundò principaliter eſt notandum, quòd cauſæ generales immutationis aeris ſecũdum Haly abbatẽ quinto Theoricæ ſunt quinque : prima ſcilicet anni intemperantia: ſecunda ortus & occaſus aſtrorum,&vicinia vel diſtantia ipſorum à ſole:tertia venti,quarta regiones,quinta vapores. de quibus vt magis neceſſariis particulariter infrà dicetur.

Tertiò notandum eſt, quòd à cauſis prædictis aer poteſt tripliciter immutari, in qualitatibus, in ſubſtantia & natura propria, & in vtroque modo ſimul. In qualitatibus primò, vt ſcilicet alteretur ad caliditatem, frigiditatem, humiditatem,vel ſiccitatem,ſubtilitatem,vel groſſitiem, magis quàm ſit ſuæ naturæ conueniens. Licet autem groſſities & ſubtilitas non ſint primæ qualitates, ad eas tamen alteratur ſæpe aer, & nocet. Cognoſces autem aerem ſubtilem à groſſo hac lege : ille aer eſt ſubtilis.qui ortu ſolis citò calefit.& eius occaſu citò infrigidatur : aer verò groſſus econtrá. De hac immutatione intelligit Hippocr. tertia particula aphoriſ.aphoriſ.8.&in plurimis aliis aphoriſmis eiuſdem particulæ. &

Haly

cauſæ immut. aeris

Haly abbas quinto theoricæ, capite tertio. In ſubſtãtia autem & natura propria immutatur aer per corruptionem, vt ſcilicet eius ſubſtãtia ad maliciam conuertatur, etiam ſi non ſit temperato humidior, nec calidior, nec frigidior, nec ſiccior, ſaltem notabiliter. Hanc immutationem intellexit Auicen. ſecunda primi, doc. ſecunda, cap. 9. vbi dixit, quòd putrefactio quæ accidit aeri ſimilis eſt putrefactioni aquę remolliẽtis fœtidę. In qualitatibus verò & ſubſtantia ſimul dicitur aer immutatus, quando vltra corruptionem ipſius in ſubſtantia, alterantur ſimiliter ipſius qualitates manifeſtè: de qua immutatione loquutus eſt Haly abbas quinto Theoricæ, capite vndecimo, cùm dixit, Porrò aeris intemperantia eſt, ſi aer ipſe in ſua immutatur ſubſtantia & qualitate in corruptionem & putredinem, facitque in hominibus morbos & accidentia peſſima.

Dices fortè contrà; quia non videtur aerem poſſe putrefieri: eſt enim corpus ſimplex: vt Auicenna prima primi, doc. ſecunda, capite de elementis. putrefactio autem eſt paſſio miſti, vt Ariſtotel. quarto Meteoror. igitur, &c. Reſpondetur diſtinguendo de aere: quoniam alius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſimplex,alius non ſimplex,ſed quid com poſitum ex aere & vaporibus eleuatis à terra, & aliis putrefactis : vnde propter illos vapores ſecum miſtos vocatur aer putrefactus, & immutatus in propria ſubſtantia & natura. Dixit enim Ariſtoteles quarto Meteororum, quòd omnia putrefiunt præter ignem : licet quæſierit xxv. Problematum,xix. problemate, Propter quid eſt, quòd terra & aqua putrefiunt, ignis autem & aer non? Intellexit enim quòd in ea parte aeris, quæ ſimplex eſt, quæ ſcilicet eſt propinqua ſphæræ ignis, non aduenit putredo: & aſſignat duas rationes. Vna, quia opus eſt vt illud, quod debet putrefieri calefiat,ſed nec ignis, neque aer ſibi vicinus poſſunt calefieri : igitur non poſſunt putrefieri. Minor patet, cùm ſit calidiſſimus vterque. quod enim calidiſſimum eſt, extrudit humidum, quod eſt potiſſima cauſa putredinis, vt Ariſtotel.quarto Meteororum, & facit illud euaneſcere. Alia ratio eſt, quia illud quod debet putrefieri,oportet vt infrigidetur. Sed neq; ignis, neque aer ſibi vicinus poſſunt infrigidari,cùm ſint ſemper calidiſſimi:igitur non poſſunt putrefieri. Sunt enim tria aeris interſtitia,ſecundum Ariſtotel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quarto Meteoror. Aer scilicet inferioris intersticij, qui calidæ est & humidę complexionis. Medij intersticij frigidę & humidæ. Supremi verò calidæ & siccæ. Quando ergo dixit quarto Meteororum: Omnia putrefieri præter ignem, non intellexit quòd aer supremi intersticij possit putrefieri, sed intellexit aliquam aeris partem posse putrefieri: puta illam infimam, quæ vocatur continens, quæ pars non est elementum simplex, vt expressius dixit Auicenna secunda primi, doctrina secunda, capite 9. vbi dicit: Nos nanque cùm aerem dicimus, non intelligimus aerem simplicem nudum: ipse enim & vnumquodq; nudorum simplicium non putrescunt, sed in sui qualitate, aut in sui substantia conuertitur in aliud simplex, sicut cùm aqua in aerem, vel aer in ignem. Sed intelligimus corpus in sua substantia commixtum, ex aere certificato, & ex partibus aqueis vaporosis, partibus terreis in fumo & nubibus surgentibus, & partibus igneis, &c. Et notandum est hunc aerem posse putrefieri, sicut & aquam lacunarum, &c. Quando autem Aristot. quæsiuit problemate allega. quare aqua & terra putrefiunt, ignis autem & aer non: intellexit

de

de aere ſimpliciſſimo, & ſuperioris interſtitij, propter cauſas ſuperius allegatas. Ex his habetur ſolutio ad argumentum.

Quartò notandum eſt, quòd cauſæ immutationis aeris ad corruptionem, & conſequenter, peſtem, ſunt duplices, ſuperiores ſcilicet & inferiores. Superiores ſunt formæ cæleſtes, de quibus dicit Auicenna prima quarti capitis de febre peſtilentiali. vbi inquit, Et principium omnium horum ſunt formæ ex formis cęli facientes eſſe neceſſarium illud, cuius eſſe ignoratur, ſcilicet vt ſic. Et ſubdit, Imò oportet, vt ſcias quòd cauſæ primæ longinquæ ad illud ſunt figuræ cæleſtes, & propinquæ diſpoſitiones terreſtres. Figuræ autem cæleſtes illud ſignificantes, & efficientes, ſunt, ſicut quando Saturnus, aut Mars, aut vterque fuerint domini orbis magni, aut alicuius anni, qui fuerit de ſignificatione alicuius coniunctionis magnæ, vel eclipſis præcedētis. Dixit enim Albumaſar quinto de Coniunctionibus magnis, Differentia prima, quòd tunc fiunt mortalitates in animalibus, hominibus, & pecudibus, & diuerſa ægritudinum genera.

Similiter ſi tēpore reuolutionis alicuius anni Saturn⁹ ſit in Ariete, cuius latitu

do ſit ſeptentrionalis, aut in Geminis meridionalis, vel in Cancro orientalis, ſiue in Leone occidentalis, ſignificat aeris corruptionem, & multitudinem peſtilentiæ, mortes validas ac ſubitas. Idem ſignificat Iupiter exiſtens in piſcibus occidentalis: & Mars in Capricorno occidentalis. Si etiam caput Draconis ſit in Sagittario, aut cauda in Cancro (ſi dicti Albumaſaris ſententia eſt vera) multitudinem ſignificat peſtilentiæ, & mortes ſubitaneas. Illud idem ſignificat Mars dominus anni, ſecundum Ptolomæi ſententiam, ſecundo quadripartiti, capite octauo. Eodem modo de Saturno, inquit, quòd tunc erunt in aere detrimenta, qualitatéſque mortiferæ, inſpiſſabitur nubibus, & obſcurabitur, &c. maximè contingit, ſi ambo, vel vnus ipſorum, ſcilicet Saturnus vel Mars fuerint in aliquo ſigno humano, tempore ſcilicet introitus ſolis in principio Arietis maximè in aſcendente, quod eſt domus vitæ; aut in introitu quartarum anni, vt dicit Albumaſar, vbi ſuprà, propriè in ſigno humano: vt in Geminis, Virgine, Libra, vel Aquario, ſed potiſſimùm in Geminis, Libra & Aquario, cum ſint triplicitas aërea, vt dicit Alber. ſecundo de

do de Proprietatibus elementorum,tra-
cta.ij. cap.1. de coniunctione Martis &
Iouis in Geminis.Facit enim ventos pe-
stilentiales & aeres corruptos,qui subitò
necant multitudinem hominum & ani-
malium. Iupiter enim cùm sit natura ca-
lidus & humidus,eleuat ventos & vapo-
res, præcipuè in signis prædictis, quæ
sunt aerea. Mars autem intemperatè ca-
lidus & siccus, vapores eleuatos adurit,
& incipiunt per aera multiplicari, infi-
cientes aerem venenosis & feruidis va-
poribus, vnde inducunt pestilentiam. I-
stæ sunt causæ superiores, siue cælestes,
ex quibus in hæc inferiora immutatur
aer ad corruptionem, & consequenter
causatur pestilentia.

Causæ autem inferiores seu terrestres
immutationis prædictæ, sunt vapores
infecti & corrupti eleuati à terra, aut ab
aqua putrefacta, aut corporibus mor-
tuorum cùm carent sepultura, & ab aliis
rebus putridis & corruptis, qui vapores
immixti aeri inficiunt,& corrumpunt i-
psum, secundum modum superius di-
ctum. Hũc modum intellexit Galen.pri-
mo de Differentiis febrium, cap.4. vbi
dixit, quòd ex Æthiopia peruenerunt
quædam inquinamenta putrida apta

corrumpere corpora, & febres generare. Ex illis enim vaporibus deportatis infe- ctus fuit omnis aer. Auicen. prima quarti, capitis de Febre pestilentiali, inquit: Et quandoque est illud causa ventorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis fœtidis, in quibus sunt valles profundæ, & corpora in prælio occisa non sepulta, neque tumulata. Propter hoc laudatur documentũ Auenzoar tertio Theysir, quòd non est habitandũ prope cœmiteria, neque apud aquas stagnorum & lacunarum, quæ sunt sine cursu, in quibus generantur multæ putredines. Similiter inficitur aer à vaporibus eleuatis à lacubus & paludibus, in quibus madefiunt, linum, cannabis, aut asphaltum, vt dicit Auicenna prima quarti, de Causis putredinis. Malum ergo est prope hæc loca suas habere habitationes. Vnde dicit Rhasis 17. Continentis. quòd habitantes regiones Barobon incidunt in febres, aut in lassitudinem, propter fumositates putridas resolutas à locis palustribus existentibus iuxta eam. Quod enim quiescit, dicit Aristotel. primo problematũ, liij. problemate, putrefit, quemadmodum aqua quæ nõ mouetur, putrefacta autem ægritudinem facit:

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quod autem expurgatur, prius quàm cor rumpatur, separatur scilicet à putredine. Sunt etiam aliæ causæ inferiores, quando videlicet post sterilitatem aduenit fertilitas. Corpora enim tempore sterilitatis fuerunt inanita, & adueniente fertilitate replent se inordinatè: virtus verò prius debilitata, non potest conuenienter cibum immutare: vnde malis replentur humoribus, & faciliter incurrunt morbos pestiferos. Hanc causam tetigit Galen. super tertio aphor. primæ particulæ. vbi inquit, Refectio fallit plurima, succedens nimiæ euacuationi, cum virtus euacuati defecerit, neque cibum, ita vt oportet possit immutare & membris assimilare. Et Auicenna tertia primi, cap. de Regimine eius quod comeditur & bibitur: vbi dicit, Scias quòd nihil est deterius saturitate tempore fertilitatis, quam fames sequitur tempore sterilitatis, & econuerso: sed tamen econuerso est deterior. Et subiungit, Vidimus enim multos quibus in tempore sterilitatis cibus defecit: postea cum in tempore fertilitatis abundauit, repletos fuisse & mortuos, licet vehemens repletio in qualibet dispositione sit enecabilis, siue ex comestione sit, siue ex potu. Multi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

enim homines ſuperfluè ſe repleuerunt, & ſuffocati interierunt. Et licet iſtæ vltimæ non ſint præciſæ & immediatè cauſæ euentus epidemiæ: ſunt tamen cauſæ, vt corpora eam citius incurrant, & ſucceſſiuè alia per contagium inficiant.

Sunt & aliæ complures cauſæ quæ poſſunt concurrere ad peſtem cauſandam, tanquam cauſæ inferiores & terreſtres: ſicut omnia multum fœtentia, vt latrinæ, herbæ virides mali odoris, quæ aliquãdo in domibus dimittuntur putrefieri: aut animalia quæcunque mortua quando corrumpuntur, maximè venenoſa: etiam viuentia, ſuo anhelitu multum poſſunt inficere. Vnde dicit Alber. ſecundo de proprietatibus elemẽtorum, quòd tempore Philippi Macedonum regis, fuit via inter duos montes Armeniæ, quæ diu à multis fuerat ſalubriter frequentata, ſubito tamen effecta eſt, vt omnes volentes tranſire ibidem ſtatim morerentur. Scrutata cauſa, & ab aliis philoſophis non reperta, Socrates iuſſit fieri turrim altiſſimam de voluntate regis, prope locum illum: fecitque fieri ſpeculum chalybis non cõuexum nec concauum, bene mundum, vt plani ad illud planum ſpeculum ab omni loco montium

tium fieret reflexio : viditque hoc modo duos dracones magnos, qui ſuo anhelitu & vaporibus venenoſis exeuntibus ab ore eorum inficiebant aërem vicinum: & reperto modo eos interficiendi, per prædictum Socratem, ſecurus omnium vt antè fuit acceſſus. Eodem modo poteſt cauſari talis infectio ex apertione alicuius ſpeluncæ aut putei, qui lõgo tempore ſtetiſſent clauſi, vt dicit Auenzoar tertio Theiſir. Hęc autem ſunt cauſæ peſtis inferiores & ſuperiores, quas concludit Raby Moyſes eſſe, aut mutationem aëris, aut aquarum aut ciborum, aut omnium trium. Ex quibus omnibus poteſt colligi modus, quo aër ſic infectus & corruptus, vt ſuprà, cauſet in hominibus & cęteris animantibus peſtilentiam. Neceſſe eſt enim vt ad noſtram conſeruationem continuè trahatur aër per anhelitum inſpirando ad cor: qui ſi corruptus ſit & infectus, cum eius actio ſit vt corrumpat & inficiat, occurrens cordi, corrumpit complexionem ſpiritus qui eſt in ipſo, & putrefacit humiditates quæ ſunt in ipſo corde, & accidit caliditas præternaturalis, quæ ſpargitur in corde: tũc per cauſam ſuam erit febris peſtilentialis, quæ communicat multitudini ho-

minum, qui iterum habent in ſeipſis proprietatem præparationis ad illud: quoniam actus actiuorum fiunt in patiente diſpoſito: vt ſuprà dictum eſt. Et hic modus eſt Auicennæ prima quarti, cap. de Febre peſtilentiali: & ſecunda primi, doct. ſecunda, cap. 19. & Haly abbatis quinto theoricæ. & Galen. primo de Different. febrium. cap. 4. Nota tamen quòd actio illa qua aër ſic corruptus & factus venenoſus corrumpit complexionem ſpiritus cordis, & humiditates quæ ſunt in eo, eſt à forma ſpecifica ſeu proprietate occulta nobis ignota: ſicut & operatio aliorum venenorum, quę naturaliter petunt cor, & interficiunt, licet ſit aliquod venenum illud efficiens à qualitate manifeſta, vt corrodens & putrefaciens, vt dicit Auicenna ſexta quarti, cap. vniuerſali de Venenis.

Quintò nota, quòd febris peſtilentialis poteſt capi quadrupliciter. ſcilicet cõmuniter, communiſſimè, propriè, & propriiſſimè. Illa vocatur peſtilentialis communiter, quæ eſt de materia multum acuta, quæ tamen non fit à corruptione aëris in propria ſubſtantia, ſed potius ab eius alteratione in qualitatib. manifeſtis, aut etiam occultis, non tamen pluribus

per

per contagium communicatur. Quemadmodum febres euenientes ęstatis tempore in patria noſtra, ad quas vt plurimum ſequuntur morbilli, aut aliquid ſimile, vocamus febres peſtilētiales. Communiſſimè verò vocatur febris peſtilentialis, quælibet febris, ſæuorum accidentium. Hæc poteſt fieri multipliciter. Primò à proprietate occulta in humore reperta. Poſſibile enim eſt, vt aliquis humor ab aliquo principio intrinſeco vel extrinſeco extraneetur ſecundum eius complexionem, & acquirat malitiam venenoſam, abſque eo quod alteretur in qualitatibus manifeſtis, ſcilicet caliditate vel frigiditate, &c. ſaltem notabiliter: & tunc etiam cum leui gradu putredinis cauſabit febrem ſæuiſſimorum accidentium, & hoc ratione illius proprietatis occultæ malignæ, quæ eſt in humore prędicto, quæ tamen inſequitur naturam illius humoris, & ipſo euacuato, vt plurimum remouetur. Dico autem notanter, Vt plurimũ: quoniam ſicut poſſibile eſt malam complexionem impreſſam à materia peccante in qualitatibus manifeſtis relinqui poſt materiei euacuationem: ita poſſibile eſt malam qualitatem occultã remanere poſt dictæ materiei eductio

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nem, cuius naturam insecuta est, & à qua habuit dependentiam. In humore enim prædicto duæ sunt formæ specificæ distinctæ, vna scilicet per quam ipse est illud quod est, & per quam aptus est operari, vt sic: sicut exempli gratia, humor cholericus habet formam specificam per quam operatur vt cholericus humor: aliam potest habere per quam non operabitur, vt cholericus, sed vt venenosus: & ista forma specifica est principium occultum existens in humore, & ipsum humorem occultè inclinans ad aliquid determinatè agere vel pati. Non enim inconuenit in vno mixto reperiri plures formas specificas, secundum diuersum modum accipiendi formam specificam. Auic. secunda primi, cap. de eo quod comeditur & bibitur. Et est quæstio de ipsa super prima aphor. commen. 22. vbi quæritur, vtrum medicina dicta attrahere à forma specifica sit humorum quos attrahit per viam similis attractiua: vbi plenè ponuntur modi acceptionis formæ specificæ, & concluditur, in vno indiuiduo posse esse plures formas specificas inuicem distinctas. Hæc autem febris quæ fit ab huiusmodi malitia licet possit dici pestilentialis, pro quanto, scilicet est sæuo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rum accidentum: non tamen dicitur pestilentialis, nisi communissimè, vt suprà.

Secundò & eodem modo potest dici pestilentialis communissimè dicta: illa scilicet quę sæua causat accidentia ratione caliditatis, subtilitatis, acuitatis, & mobilitatis: aut etiam ratione multitudinis & grossitiæ, in qua accidunt præfocationes, angustiæ spiritus & huiusmodi: ac etiam illa quæ sæuorum est accidentium ratione loci in quo continetur materia, quia scilicet in corde vel loco cordi propinquo. Omnes enim isti modi dicuntur febres pestilentiales communissimè dictæ: cuiusmodi fuit febris magnifici domini Priciuali prædicti, quæ fuit continua choleræ proportionata à causis prędictis, sæua inducens accidentia. Febris autem pestilentialis propriè dicta, est illa, cui (subintellecta prius diffinitione febris) conueniunt omnia quæ suprà de epidemia diximus: & hæc magis propriè febris epidemialis potest appellari. Propriissimè verò pestilentialis est illa, cui (subintelligendo etiam vt suprà diffinitionem febris prædictam) competunt omnia quæ suprà diximus de diffinitione pestis & morbi pestilentialis. Cuius signa sunt duplicia secundum Auicen.

prima quarti, cap. de ſignis febris peſti-
lentialis. Sicut etiam febris ipſa duplex
eſt, vna ſcilicet quæ eſt quieta, lenta, cum
pauca vel nulla putredine: alia verò cum
multa putredine, & magis manifeſta ha-
bens ſigna inflammationis. De prima di-
cit, quod ipſa eſt quieta exterius, & con-
turbans interius, vt plurimum perdens,
& quòd in ea non percipit æger, nec
tangens ipſum propinquus, multitudi-
nem caloris, & aliquando non alteratur
pulſus & vrina mala alteratione, & cum
hoc ipſa eſt interficiens velociter, & hæ-
ſitant medici in eſſe eius. In aliquibus
verò eorum fœtet anhelitus, & moriun-
tur: quoniam putredo confirmata eſt in
corde: & ſunt cum ea aliquando quæ-
dam ex ſignis, quæ ſunt vtrique commu-
nia, ſicut nauſea, caſus appetitus, inquie-
tudo, mollificatio totius corporis, com-
miſtio rationis, & aliquando in ea per-
uenitur ad ſyncopē: & hæc eſt illa, quam
aliqui vocant ephemeram peſtilentia-
lem, quoniam eius malicia in ſpiritu ſub
iectiuè exiſtit: licet reuera non poſſit
propriè ephemera dici, cum non ſit in ea
calor extraneus, &c. vel ſaltem non eſſe
ſit poſſibile, quia poſſibile eſt eſſe ſolam
malitiam in ſpiritu cordis impreſſam,
abſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

abſque caliditate temperamentum excedente, & dicetur cum hoc peſtis vel febris peſtilentialis etiam, quia ephemera, vt plurimum non pertranſit viginti quatuor horas, dicente Auicenna prima quarti. Et iſtæ quidem ſcilicet ephemeræ, vt plurimum recedunt in die vno: peſtis autem ſiue febris peſtilentialis vt plurimum non terminatur in die vno. Tetigit etiam ſigna alterius, quę eſt cum multa putredine cum dixit: Et aliquando in eadem ſunt ſigna magis manifeſta, ſcilicet ex magnitudine inflammationis, ſyncopi, anguſtiis, difficultate anhelitus, vehementia ſitis, ſiccitate linguæ, nauſea, caſu appetitus: & ſi non reſiſtitur ei cum comeſtione violenter interficit ſubitò. Similiter inquietudine, magnitudine ſplenis, aliquando tuſſi ſicca, caſu virtutis, quandoque ſyncopi & tenſione hypochondriorum: & fiunt cum ea vigiliæ & commiſtio rationis, & mollificatio corporis, pulſus verò ſecundum plurimum paruus & frequens. Et hæc febris vt plurimum fit vehemens in nocte: & aliquando accidit patientibus diſpoſitio hydropi ſimilis, & fluxus ventris cholericus, & aliquando melancholicus: & eſt egeſtio lenis, fœda, non naturalis, a-

liquando

liquando ſpumoſa fœtida , quandoque aſſimilatur egeſtioni fluxus liquefactiui. vrina verò aquoſa,cholerica, aliquando melancholica:multotiens euomunt melancholiam , & choleram poſt ipſam , & ſudant ſudore fœtido.Hæc ſunt ſigna febris peſtilentialis propriiſſimè dictę:quorum aliqua ſunt magis propria primo modo , febris peſtilentialis ſcilicet quietę, lentæ,cum pauca putredine vel nulla. Alia verò magis propria ſecundo modo ipſius febris prædictæ , quæ eſt cum multa putredine & inflammatione.Quędam autem ex ſignis prædictis ſunt illis duobus modis communia , vt patet intelligenti. Licet autem Anicenna , non expreſſerit duos modos , eos tamen , ſi bene perpendas , intellexit : quos tamen in quatuor ſic poſſes diuidere. Quælibet enim peſtilentialis propriiſſime dicta, aut incipit cum remiſſis accidentibus apparenter, & perſeuerat cum eis vſque ad finē: aut incipit cum intenſis,& perſeuerat cum eis , vt ſuprà:aut incipit cum remiſſis,& in proceſſu intenduntur:vel incipit cum intenſis , & in proceſſu remittuntur. Hi ſunt modi febris peſtilentialis propriiſſimè dictæ. Ex quibus habetur ſolutio ad dubium , quo in ſignis febris

bris pestilentialis Auicen. videtur sibi contrarius, cùm dicat febrem lentam, quietam, deinde dicit esse fortem inflammationem. Voluit enim duos modos prædictos intelligere.

Circa prædicta mouentur tria dubia. Primum, quia non videtur modus, quo aer in propria natura & substantia corruptus occurrens cordi possit humores putrefacere, ita quòd ex eis sequatur multa inflammatio: quoniam aer ille sic corruptus nõ ponitur in qualitatibus manifestis alteratus, saltem notabiliter.

Secundum dubium oritur super verbis Auic. allegatis, de Signis febris pestilentialis, vbi dicit, quòd pulsus non alteratur magna alteratione. Contrà: quia hæc febris fit exputredine humiditatũ cordis: igitur oportet pulsum alterari & mutari. Consequentia tenet, quia stante putredine in humiditate cordis cum caliditate extranea, quæ putredinem prædictam sequitur, est aucta necessitas euentandi & mundificandi: igitur debet pulsus, qui à corde prouenit, ad differentias non naturales alterari. Antecedens verò principale positum est suprà de mente Auic. prima quarti, cap. de Febre pestilent. & secunda primi, doct. ij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cap.19. Item quia hæc febris interficit velociter, vt ſuprà: ergo oportet in corde fieri magnam immutationem, & per conſequens in pulſu magnam alterationem.

Tertium dubium quia dixit Auicen. vbi ſuprà, quòd vrina nō mutatur magna alteratione: ſicut etiam dicit ſecunda quarti, cap. de Iudiciis vrinæ. Contrà: Si hæc vrina non alteratur à diſpoſitione ſana, ipſa habebit digeſtionem: igitur oſtendet velocitatem & ſalubritatem criſis, & fiduciam ſanitatis, vt primo de Criſi. & ſecunda quarti, cap. de apparitione ſignorum bonorum. Videtur ergo non poſſe eſſe vrinam bonam, ſpiritu in tantum malignato, vt inde mors ſubitò ſubſecutura ſit, cum hepar non digerat ſine cordis influxu.

Ad quæ ſic reſpondetur. Primò ad primum quòd modus quo aer ſic corruptus multam efficit inflammationem, eſt quia occurrens ſpiritui cordis corrumpit complexionem eius, vt ſuprà dictum eſt: & ſpiritu cordis debilitato, non poſſunt humiditates debitè regulari à virtute: quare arripiuntur à calido extraneo, & putrefiunt, vnde dicta cauſatur inflammatio, quæ exinde toti communi-

catur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

catur corpori.

Ad secundum, dixit Gentilis, quòd non alteratur pulsus ad caliditatem excedentem, aut ad magnitudinem, frequentiam, vel velocitatem,&c. alteratur tamen ad paruitatem, propter nocumentum quod est in spiritu,& humiditatibus cordis. Dynus autem dicit, quòd licet non alteretur pulsus aliquando causa est, quia aliquando non est in his virtus oppressa nisi à sola malitia: & propter hoc dubium dedit Auicen. signum ex anhelitu fœtente.

Ad tertium dicit Dynus, Non alteratur vrina, quia est superfluitas operationis hepatis & venarum, & in febre pestilentiali nocumentum est principaliter circa cor: ideo non magna alteratione alteratur: & illud videmus aliquando in pluribus ægritudinibus, in quibus (licet mortalibus) vrina non mutatur, aut parum alteratur, vt in hectica, phthisi, asthmate, & aliquando in pleuresi, & multis aliis. Propter quod dicit Auicen. secunda quarti, cap. de iudiciis Vrinæ: Et quandoque est vrina in febribus pestilentialibus bona,& naturalis in substantia sua & colore, ac sedimine,& ille cuius est, tendit ad mortem. Thaddæus autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aliter reſpondet, dicens, quòd febris peſtilentialis interficit propter nocumentum quod accidit virtuti vitali. Digeſtio verò fit, propter virtutem naturalem. Sed poſſibile eſt virtutem naturalem per aliquod tempus facere operationẽ ſuam, virtute vitali tendente ad deſtructionem, vt Auicen. prima primi, doct. ſexta. cap. 4. vbi inquit: Fortaſſe plerunque remanebit operatio virtutis nutritiuæ, & membrum tendit ad mortem. Aliam ſolutionem dat Conciliator, differentia xcv. in fine. quæ licet à Gẽtili dicatur rhetorica, mihi tamen videtur valde bona. Dicit enim, quòd proprium peſtilentialium eſt, vt ipſæ vehementer inhæreant cordi, & nocumentum earum in eo ſuſcipiatur, non autem in hepate & in aliis. Vnde virtus naturalis perterrita non audet attentare pugnam cõtra morbum, ſed vertit ſe vt corpus gubernet, ſicut in ſanitate. Ideo pulſus apparet bonus, vrina bona, & infirmus tendit ad mortẽ, propter nocumentum virtutis vitalis. Propter hoc vrina quæ eſt in morbo chronico ſicut in ſanitate, & talis permanet, iudicatur mortalis, quia ſignificat quòd natura nullo modo attentat ſurgere contra morbum. Gẽtilis verò addit alium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

alium modum reſpondendi, quem vocat generalem, quòd cum homo febrit cum bono pulſu & bona vrina, impoſſibile eſt ex illa febre, ſtante diſpoſitione illa, vt moriatur. Si igitur moriatur cito poſt illum bonum pulſum & bonam vrinam, non eſt niſi quia mutatio facta eſt in hac febre, ex bonitate ad malitiam. Et ponit multos modos ad ſuadendum quomodo apparẽtibus ſignis bonis poſſit ſequi mors. Ego autem puto quòd quando Auicen. dixit: Aliquãdo eſt vrina bona & pulſus bonus &c. & non eſt caliditas excedens &c. voluerit intelligere, quòd aliquando in his febribus eſt tanta malitia complexionis ſpiritus & humiditatum cordis, inducta ab aere ſic corrupto cum paucitate putredinis, & paucitate inflammationis humorum & ſpirituum, quod non poteſt corpus inflammare, neque pulſum augmentare, neque velocitare: imo forte nec frequentare, neque etiam tingere vrinas. Licet enim ratione magnæ neceſſitatis expulſionis illius malitiæ à corde, deberent fieri pulſus & anhelitus magni, frequentes, & veloces: quia tamen non eſt materia niſi modica expellenda, quia etiam debilitatur virtus, ſine qua magnitudo, velo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

citas & frequentia saluari non possunt in pulsu, & anhelitu, vt Auicen. secunda primi, cap. de Causis contentiuis pulsus. Etiam quia in casu non est calor excessiuus in ipso corde, sed solùm peccans venenositate & malitia. Vnde dicit Gale. 9. Simplic. pharmacorum, quòd calor pestilentialium non est multum intensus, ideo non transit ad hepar ad tingendum vrinam, & alterandum eam à dispositione naturali, neque etiam pulsum ad differentias prædictas: licet alteretur ad paruitatẽ & debilitatem, propter iam dictas causas. Sed causa propter quam non appareant accidentia sæua, imo appareat febris lenta & quieta, est, quam ponit Conciliator differentia allegata: quoniam natura adeo est exterrita propter malitiam & venenositatem prędictã, quòd non audet tentare pugnam contra eam: & cùm non fit pugna, non fiunt accidentia. Quod expresse determinatur super cap. de Cognitione horarum vniuersalium ægritudinis & propriè status, ab Auic. prima quarti, illo §. vbi inquit: Et multotiens quidẽ accidit apud mortẽ dispositio, quæ est sicut declinatio: & est quasi æger euaserit, & non oportet, vt tu occuperis in hoc, imò cognoscas dispositio

poſitionem pulſus, an magnificetur, & fortis fiat, an (ſupple tu) terminetur ad formicantem aut vermicularem. Neque iſtud videtur difficilius ad credendum, quàm quòd in ephemera febre, cuius caliditas præternaturalis ſubiectiuè eſt in ſpiritibus, ſint pulſus & vrina bona & laudabilia, vt dicit Auic. prima quarti, cap. de Signis diſtinguentibus ephemeras ab aliis febribus, cum in ea poſſit eſſe longè maior inflammatio, quàm in aliqua certa data peſtilentiali iam dicta: quæ tamen peſtilentialis eſt citius & velocius interficiens, quàm aliæ febres etiam acutiſſimæ à materiebus operantibus à qualitatibus manifeſtis, in quibus eſt caliditas & inflammatio intenſiſſima. Et hoc prouenire poteſt propter cauſam, quam dat Auicen. quarto canone fen vj. quia hæc malitia, ſcilicet peſtilentialis febris, operatur à forma ſpecifica, & malitia aliarum febrium iam dictarum à qualitatibus manifeſtis. Venenum autem quod operatur à forma ſpecifica, deterius eſt (cæteris paribus) eo quod operatur à qualitate. Igitur febres iſtæ (cæteris paribus) ſunt deteriores & velocius interficientes quàm aliæ prędictę. Illud enim quod dicit Gẽtilis ſuper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hoc dubio, eſt nimis manifeſtum, ſcilicet dicere quòd antequàm mo iatur, alteratur pulſus &c. Sed eſt intelligendum, quòd virtus naturalis poteſt per tempus facere ſuam operationem, antequàm ſcilicet communicetur ſibi nocumentum, à quo mediante ipſa virtus vitalis ſit in via ad perditionem. Ideo bene dixit Thaddæus de mente Auicen. Virtute vitali tendente ad perditionem: neque dixit, Virtute propinqua perditioni, neque poſt perditionem. Cum aliquo enim gradu deperditionis virtutis vitalis (ſaltem reſpectu temperatæ) poteſt ſtare ſanitas virtutis naturalis, & cum aliquo non, vt ſatis patet intelligenti. Hæc hactenus de febre verè & propriiſſimè peſtilentiali, & conſequenter de omnibus quatuor modis accipiendi febrem peſtilentialem, vt in principio præſentis notabilis dictum eſt.

Si quis autem vellet alio modo febres peſtilentiales diſtinguere, poſſet ſic dicere. Quælibet peſtilentialis, aut eſt contagioſa, aut non. Si contagioſa, aut in ea eſt idem genus ægritudinis, aut non. Si primò, ipſa eſt epidemialis: ſi ſecundò, ipſa eſt propriiſſimè peſtilentialis, intelligendo quod earum contagium ſit ra-

tione

tione corruptionis aeris in propria ſubſtantia & natura, vt ſuprà dictum eſt. Si autem non ſit contagioſa, aut eſt peſtilentialis ratione qualitatis occultæ malignæ, quæ eſt in humore, & ab eo habet omnimodam dependentiam, aut ratione caliditatis vel ſubtilitatis & acuitatis humoris, aut ratione multitudinis ipſius, aut ratione loci in quo cõtinetur humor. Omnes iſti modi ſunt febres peſtilentiales communiter vel cõmuniſſime dictæ, ſcilicet ſecundum communem vel communiſſimum modum loquendi Medicorum, qui febres omnes ſæuorum accidentium, vocant peſtilentiales.

Sexto notandum eſt, quòd exiccatio accipitur dupliciter, ſcilicet communiter & propriè. Communiter accipitur pro quorundam canonum vniuerſalium adminiſtratione, qualiter accepit exiccationem. Auicen. prima quarti, cap. de Cura putridarum in generali. vbi inquit: Cumque adminiſtraueris canones prædictos ſecundum ſemitam exiccationis & minorationis, &c. Propriè autem accipitur exiccatio pro inductione ſiccitatis: & hæc exiccatio dicitur dupliciter, ſcilicet ſubſtantificè & qualitatiuè. Subſtantifica exiccatio dicitur conuerſio humidi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in vaporem, quæ & resolutio dici potest. Qualitatiua verò est huius qualitatis inductio, quæ scilicet siccitas est qualitas prima distincta à caliditate, frigiditate & humiditate. Quælibet autem prædictarum dicitur tripliciter, scilicet formaliter tantùm, aut virtualiter tantùm, aut vtroque modo. Exemplum primi, semen lactucæ aut papaueris vel huiusmodi puluerizatum, & in forma pulueris exhibitum, est formaliter tantùm exiccatiuum. Exemplum secundi, sicut omnis res quæ actu est liquida, virtute autẽ exiccatiua, dicitur virtualiter tantùm sicca, sicut decoctio piperis, aqua vitæ, & huiusmodi. Exemplum tertij, sicut bolus armenus, terra sigillata, & huiusmodi: quę cũ exhibentur in forma pulueris, sunt & virtualiter & formaliter sicca.

Septimò notandum est, quòd dupliciter potest intelligi exiccationem facere ad acuitatem febris pestilentialis. Primò quòd omnes causæ exiccantes intensè qualitercunque administratæ. Secundò, quòd siccitas intensa quæ impressa est in aere, faciat ad acuitatem prædictam.

Octauò notandum est, quòd febricitantes ex pestilentia debere regi, sicut hecticos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ćticos, dupliciter poteſt intelligi. Primò quantum ad omnia. Secundò quantum ad aliqua.

Nonò eſt notandum, quòd quando quærimus vtrũ bolus armenus cõueniat in febre peſtilẽtiali. Poteſt intelligi de peſtilentiali propriè dicta, vel propriiſſimè, aut communiter, vel communiſſimè, secũdum modũ poſitũ, in quinto notabili.

Decimò eſt notandum, quòd dupliciter poſſumus intelligere bolum armenũ poſſe miniſtrari, & conuenire in febribus peſtilentialibus. Primò vt ſolus exhibeatur. Secundo, vt cum aliis dirigentibus ipſum ad cor.

Vndecimo eſt notandum, quòd cõtrarium accipitur dupliciter, ſcilicet communiter & propriè. Communiter dicitur contrarium omne illud, quod aliquo modo eſt contrarium, ſiue illud ſit in genere qualitatis, ſiue in aliis: dummodo poſſit ſibi reſiſtens expellere, dicitur contrarium communiter. Et de hoc contrario locutus eſt Galen. vndecimo Methodi, vbi inquit, Si non vis ipſum appellare contrarium, voca ipſum diuerſum vel oppoſitum. Et octauo eiuſdem, cap. 1. vbi dicit, Omnis immoderatio per contrariam immoderationem ſanatur. &

commen

commento 16. primæ particulæ aphoris. Res enim præter naturam per contrarium ad sui naturam ducenda est. Propriè autem contrarium dicitur, sicut in qualitatibus primis contrariis veram dicimus contrarietatem, vt inter caliditatem & frigiditatem, &c. Item in loco, sicut centri ad circumferentiam. Et de hoc contrario loquitur Auer. 8. & 9. Metaph. dicens, Cùm enim in qualitatibus saluetur etiam maxima distantia. Nam verè contrariorum vnum maximum & perfectum, non habens excessum in eodem genere, aliud verò ab hoc distans per omne. Et ex hoc habes inferre contrariorum aliam diuisionem, quia alia propinqua, alia remota. Propinqua, sicut illiberalitatis genus est vicium, liberalitatis genus est virtus. Remota verò contraria sunt, quibus dicimus, quòd omnium contrariorum idem est genus; cùm genus cadat in species per differentias oppositas ortas ex genere: & secundum hoc dicimus, quòd liberalitatis & illiberalitatis genus est vnum, scilicet habitus & dispositio. Quare dicitur Metaphys. contrarietas est diuersa, id est distantia perfecta. Posita enim sub eodem genere, maximè distant. Vnde secundo

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

de sanitatis ingenio, Contraria sunt per multum ad se inuicem distantia secundum aliquod vnum genus. De quo etiam contrario loquitur Auicen. quarta primi, cap. 1. ad finem. vbi inquit: Amplius scire debes, quòd non omnis repletio, neque omnis complexionis malitia suo medicatur contrario, scilicet propriè sumpto ex euacuatione & oppositione, imò multotiens sufficit multa regiminis bonitas in repletione, & malitia complexionis. Et prima quarti, cap. de Cura putridar. illo paragrapho: Et scias, quòd cura febris putridæ est diuersa à curatione hecticæ, &c. Vbi subdit, quòd curatio hecticæ est contenta super contrarietatem ægritudinis, &c. Alia est contrariorum diuisio: quoniam aliud per se, aliud verò per accidens: per se, sicut calidum frigido, & huiusmodi: per accidens verò, sicut dicimus rheubarbarum, vel scammoneam contrariari choleræ, licet per se non cõtrarientur. Scammonea enim per se non potest nisi calefacere & exiccare: per accidens autem potest infrigidare, euacuando scilicet materiam cholericam, quæ calida est. Sunt & aliæ contrariorum acceptiones, quæ ex quinto colliguntur Metaph. Verùm quia sunt extra

propo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

propositum, eas omitto.

Duodecimò est notãdum, quòd duobus modis possumus intelligere bolum armenum retinere sanguinem. Primò, quòd prohibeat ne per phlebotomiam exeat. Secundò, quòd si ministretur habenti fluxum ventris sanguineũ, aut narium, vel menstruorum, vel huiusmodi, quod ipsum retineat, vel prohibeat. Intelligatur similiter, quòd ad intra, vel ad extra potest applicari.

Vltimò est notandum, quòd per bolum armenum debemus intelligere quãdam speciem terræ rubeæ (secundum Auicen.) tendentis ad cinereitatem: quę primò fuit experta in Armenia. Dicente Galeno, nono de Simplicium pharmacorum facult., cap. 10. ad princiũ cap. Fuit autem nobis data in hac peste quædam etiam alia terra ex Armenia vicina Cappadociæ, siccissima, citrini coloris, &c. Et propter hanc causam appellatur bolus armenus, vel lutum armenum, quia ex Armenia primò fuit adductum, licet in partibus nostris reperiatur, nõ tamen ita perfectum. Secundum Haly abbatem secundo practicæ, melior bolus armenus est ille, qui declinat ad rubedinem, suauis, non arenosus, glutinans linguam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

guam, ita quòd si ex eo accipiatur frustum, & applicetur extremitati linguæ, propriè ex ea parte in qua est nouiter fractus, remanebit appensus, & linguæ adhærens. de primo articulo.

Quantum ad secundum articulum ponuntur conclusiones responsiuæ ad quæsitum.

Prima conclusio est ista: Bolus armenus conuenit in febre pestilentiali propriissimè dicta. Hæc conclusio patet per argumenta adducta post oppositum.

Secunda conclusio: Licet bolus armenus conueniat in febre pestilentiali propriissimè dicta, vt præcedens tenet cõclusio: nõ tamen quomodolibet exhibitus. Probatur conclusio: quia bolus armenus est formaliter & virtualiter siccus, difficulter penetrans ad partes cordis. Igitur eget vehiculo deferente ipsum ad cor: & per consequens, non conuenit quomodolibet exhibeatur. Consequens est manifestum, & consequentia est Auicennæ secundo canone, capite de Luto Armeno, vbi inquit, Et si bibitur in febre pestilẽtiali, necessarium est, vt vinũ perducat ipsum ad cor, & misceatur vinũ ipsum cum aqua rosacea. Antecedens, quantum ad formalem siccitatem, ad sensum patet: quãtum verò

ad vir

virtualem, est sententia Auicennæ & Galeni, allegatis cap. scilicet secundo canone, & nono Simplicium pharmac. qui dicunt ipsum esse siccissimum: igitur, &c.

Tertia conclusio. In febre pestilentiali epidemiali, seu propriè dicta confert exhibere bolum armenum Hæc conclusio patet ex vltimo argumento post oppositum. Sed dubitatur circa hãc conclusionem, vtrum conueniat in pleuresi epidemiali, de qua dictum est suprá. De epidemia videtur primò, quòd debet conferre, per conclusionem præcedentem: secundò, quia in pleuresi est difficultas anhelitus, vt decima tertij, capite de signis pleuresis: igitur valet bolus armenus. Consequentia tenet ex secundo canone, & aliis locis post oppositum allegatis. Tertiò, quia Auicen. decima tertij, cap. de Cura communi dolorum pectoris, inquit, Et sicca sunt conuenientiora ei qui trahit ad phlegmatis proprietatem. & Mesue in pleuresi præcipit lentes excorticatas decoctas in aceto, & rosas, & balaustia, &c. quæ sunt sicca, sicut bolus armenus. Quartò, quia confert in apostematibus pestilentialibus bibitus, & linitus prohibens ambulationem putredinis membrorum: vt A-

uicen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

uicen. ſecundo canone allega. cap. Sed hæc pleureſis (per te) eſt apoſtema peſtilentioſum: igitur debet conferre in hac pleureſi, non ſolùm ratione febris, ſed etiam ratione apoſtematis.

In contrarium eſt Auicen. decima tertij, capite de Curatione pleureſis. (vbi dicit) quòd in pleureſi nocent ſicca: ſed bolus armenus eſt ſiccus, vt ſuprà. igitur, &c. Secundò, quia febris illa pendet ex apoſtemate velaminum pectoris: igitur eius curatio dependet ex ipſius apoſtematis curatione: quoniam impoſſibile eſt vt febris remoueatur, cauſa ipſius remanente. In curatione autem apoſtematum prædictorum non competunt ſicca: quia medicinæ dictorum apoſtematum debent eſſe mundificatiuæ & remouentes aſperitatem, ac lenientes in gradu primo, vt Auicē. loco allegato: ergo cùm non conueniat ratione apoſtematis, non poſſunt etiam competere ratione febris ab eo dependentis.

Pro deciſione breui poteſt dici, quòd dupliciter poteſt intelligi bolum armenum conferre in hac febre epidemiali. Primò ratione febris, & inquantum ipſa eſt pendens ex apoſtemate prædicto: ſecundò inquantum febris, hæc eſt epide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

mialis,& ab aere corrupto,vt ſuprà,cau-
ſata. Si primò,dico quòd nec ratione a-
poſtematis, nec ratione febris ab eo de-
pendentis conuenire poteſt. Si ſecundò,
poteſt conuenire, vt prædicta tenet con-
cluſio. Et ad illud quod dicis de difficul-
tate anhelitus, quod confert ratione il-
lius, dico quòd non confert,niſi in ea
quæ fit ex deſcenſu catarrhi, ſcilicet ad
deſcenſum illius abſcindendum. Sed in
ea quæ fit ab apoſtemate,non confert,vt
ſuprà. Ad illud verò quod dicis de Aui-
cēna, quòd concedit ſicca,ſimiliter Me-
ſue: dicitur quòd non intellexerunt de
ſiccis approximatis ad intra, ſed ad ex-
tra: etiam in cura tentatiua, non autem
in cura veri apoſtematis, ſi bene conſi-
deres. Quando verò dicis, quòd con-
fert in apoſtematibus peſtilentialibus,
dico eſſe verum de extrinſecis: repellit
enim à corde venenoſitatem, quæ ab a-
poſtemate per vapores ab eo eleuatos
ad ipſum mandatur, & prohibet ſpiri-
tuum diſſolutionem,quæ à dictis vapo-
ribus fieret, maximè debitè præparatus,
vt ſuprà dictum eſt. Sed in apoſtemati-
bus intrinſecis peſtilentialibus non con-
uenit, cùm dictos vapores interius exi-
ſtentes retineat.

Quarta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quarta conclusio est ista: Bolus armenus non conuenit in febre pestilentiali communiter nec communissimè dicta, causata à mala qualitate occulta, aut forma specifica, habente omnimodam dependentiam ab humore putrefacto, cuius ipsa est forma specifica. Hæc conclusio probatur: quia illud quod conuenit in hac febre debet esse remotiuum, aut minoratiuum qualitatis prædictæ, à qua dependet ipsa febris: quia aliâs non remoueretur, causâ ipsius manente. Sed bolus armenus non potest prædictam malam qualitatem remouere, nec diminuere: igitur, &c. Consequentia tenet, & maior est manifesta. Sed probatur minor: quia qualitas prædicta non potest remoueri, nec diminui, nisi ad remotionem, vel diminutionem humoris, cùm ponatur ab eo habere omnimodã dependentiam. Sed bolus armenus non potest aliquid horũ facere: igitur, &c. Cõsequentia tenet cum maiore. Minor verò probatur: quia bolus armenus nõ habet solutionem, neque lenitionem, vt possit humorem prædictum euacuare, aut minuere, imò prohibet solutionem, vt suprà visum est: & per consequens bolus armenus non erit conueniens in febre

peſtilentiali, cauſata à mala qualitate prædicta. Tu dices, Vtrum conueniat in febre peſtilentiali proueniente à mala qualitate occulta non habente dependẽtiam ab humoribus putrefactis, ſed ſubiectiuè exiſtente in ſpiritibus cordis. Reſpondetur, quòd illa eſt propriiſſimè peſtilentialis, maximè ſi ſit cauſata ab aere in propria ſubſtantia corrupto: & dictum eſt quòd in ea confert, vt ſuprá.

Quinta concluſio. Bolus armenus non conuenit in curatione febris peſtilentialis communiter, vel communiſſimè dictæ, quæ ideo dicitur peſtilentialis, quia ſæua parit accidentia ratione caliditatis, acuitatis, vel ſubtilitatis humoris, maximè ante purgationem. Hæc cõcluſio probatur primò quantum ad primam partem, quia intentio in medicãdo has febres (dicit Auicẽ. prima quarti, cap. de Cura putridarum in generali) aut eſt ad febrem inquantum febris eſt, aut eſt ad materiam: aut (ſupple tu) ad aliquod accidens. Sed propter nullum iſtorum conuenit: igitur non conuenit. Conſequentia tenet ex ſufficienti partium enumeratione. Minor verò patet. Sed maior probatur. Primò, quòd nõ conueniat ratione febris inquantum febris eſt: quia febris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

febris inquantum huiuſmodi, eſt morbus ſiccus, Prima aphoriſm. comment. xvj. quæ vt diſpoſitio præter naturam indicat de ſui remotione per contrarium, vt ibidem dicitur. Sed bolus armenus non contrariatur febri inquantum huiuſmodi cõtrarietate proprie dicta, quia ſiccus eſt : nec etiam contrarietate communiter dicta, quia non eſt illius remotiuus, ſed potius conſeruatiuus: quia ſiccitas eſt lima caloris: igitur, &c. Itẽ quia Auicenna prima quarti cap. allegato dicit, Quando vertitur intẽtio ad febrem, neceſſarium eſt vt infrigident & humectent. Et Hippocrates prima aphoriſmorum, aphoriſm. 16. Humidæ diætæ omnibus febricitantibus conferunt, ideo non conuenit bolus armenus febri, inquantum febris, quia ſiccus eſt, nec illius remotiuus. Quòd autem non conueniat ratione materiei, probatur: quia intentio quæ habetur ad materiam, ſecundum Auicennam loco allegato, vel eſt ad maturandum vel digerendum, vel euacuandum. Sed nullum iſtorum facit bolus armenus : igitur intentione habita ad materiam, non eſt conueniens bolus armenus. Cõſequentia tenet cum maiore. Minor verò probatur. Primò quòd non ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

turet materiam, intelligendo ſcilicet per maturationem præparationem humoris ad facilem expulſionem, vt facit Auicen. prima primi, doct. vj. capite 3. de Virtutibus naturalibus miniſtrantibus, quia maturatio humoris prædicti fit à frigidis & humidis, vt Auicen. prima quarti, cap. de Cura putridarum in generali, vbi in maturatione ipſorum laudat aquam frigidam. Bolus autem armenus eſt ſiccus, & ſiccitas eſt lima caloris, vt ſuprà: ergo dictam materiam acutam, &c. non maturabit, ſed potius in ea caliditatem efficiet actiuiorē, & per conſequens magis malignabit, & indiſponet ad euacuationem. Item ea quæ maturant cum eo quòd materiam præparant ad expulſionem facilem, diſponunt etiam meatus & canales per quos debet tranſire materia euacuanda, vt expreſsè dicit Gale. ſecunda particula aphoriſm. commento. 9. Bolus autem armenus non facit illud, cùm ſit ſtipticus, ideo, &c. Item quia in caſu prohibentur frigida exiccantia, vt Auic. prima quarti, cap. allega. Sed bolus armenus eſt huiuſmodi, vt ſecundo canone, igitur, &c. Quòd etiam non digerat, probatur, capiendo per digeſtionem, reductionem humoris alterati, vel

lenitet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

leniter putrefacti ad benignum, vt accipit Auicen. vbi suprà: quia humores facientes febrem pestilentialem prędictam sunt putrefacti intenso gradu putredinis, & multum inflammati, aliàs non causarent accidentia ita sæua: igitur non possunt ad benignũ reduci. Consequentia tenet per Galen. secunda aphorism. comment. 17. qui dicit, quòd solum humores, qui sunt corrupti, leui gradu putredinis, possunt ad benignum reduci: & dat exemplum de vino ad acetositatẽ parum conuerso. Item illa quæ humores leniter putrefactos aut supercalefactos, aptos ad benignum reuocari, reducunt, sunt temperata, aut temperato propinqua, alterantia, leniter aperientia: aut acria, & leniter resoluentia, sicut borago, lupuli, fumus terrę, buglossa, agresta, granata, & huiusmodi: qualis non est bolus armenus. Etiam quia nusquam repertus est aliquis doctor, qui ad maturationem & digestionem humorum acutorum laudauerit bolum armenum, neque qui dixerit ipsum in casu cõuenientem. Quòd autem non euacuet, dictum est suprà, quia prohibet solutionem. Concluditur ergo, quòd non conueniat ratione materiæ febris prædictæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quòd verò non conueniat ratione alicuius accidentium, probatur: quia accidentia quæ fiunt in febribus, aut fiunt ratione febris, aut ratione materiæ, vel vtriusque. Sed propter nullum prædictorum conuenit, vt suprà visum est. Igitur nec ratione alicuius accidentis immediatè ab eis prouenientis.

Tu dices contra, quia confert in syncopi, defectionibus & huiusmodi: vniēs spiritum in corde, & prohibens eius dissolutionem, vt suprà. Respondetur, quòd syncope quæ accidit in febribus putridis prædictis, maximè in principio paroxysmorum aut exacerbationum, prouenit propter effusionē humorum acutorum aut multorum præfocantiū stomachum, vt Auicenna 11. tertij, cap. de syncope. & prima quarti, cap. de syncope. quæ accidit eis, & Galenus primo febrium ad Glauconem. distinct. iij. cap. 3. scilicet de causis propriis malefactionis & syncopis, quæ materiæ sic effusæ ad stomachum & partes cordi propinquas sunt causa debilitandi cor & aggregandi spiritum totius ad ipsum, & præfocandum spiritum in interioribus, ita vt non inueniat spiraculum, & ex his causetur destructio maioris partis plurium virtutū, motiuæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tiuæ ſcilicet & ſenſibilis,adeò vt non ſuperfluat ſpiritus ſuper illum, qui inuenitur in mineralibus.Cum igitur bolus armenus dictos ſpiritus &vapores cum eis exiſtentes magis vniat,ſequitur, quòd in hac ſyncopi non conueniet.Item ea quæ miniſtrantur in caſu iſto, cum hoc quòd ſunt frigida ſtiptica , ſunt etiam abſterſiua,acetoſa & nutritiua,quibus repelluntur vapores & humores acuti à corde , & reſtauratur ſpiritus qui eſt in eo qualis non eſt bolus armenus. Vnde Auicenna prima quarti,cap. allegato. docet exhibere panem de ſimila infuſum in aqua agreſtæ & vino granatorum, ſcilicet ante aduentum ſyncopes, aut in principio ipſius:aut ſyrupum macianorum antiquum , aut vinum limphatum cum pane in eo infuſo. Neque docuit exhibere bolum armenum ipſe,nec alius doctor authenticus. Item quia bolus armenus eſt formaliter & virtualiter ſiccus , vt ſuprà:ea autem quæ laudantur in caſu ſunt ſolum virtualiter ſtiptica. Hoc intellige de ſyncope recuperabili,quæ trahit ad ſe curam : in qua etiam oportet facere fricationes & ligaturas in membris inferioribus, & alia quæ in curatione ſyncopes deſcribentur infrà.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Si autem ſyncope eſſet remiſſa, ita vt poſſemus laborare in abſciſſione cauſæ. certum eſt ſimiliter quòd bolus armenus nõ confert. Quia curatio huius ſyncopes dependet ex curatione morbi. xij. Method. curatio morbi dependet ex curatione materiæ. Ergo curatio ſyncopes dependet ex remotione materiæ. Quicquid enim eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati in eodem genere cauſæ: ſed materia eſt cauſa morbi, & morbus cauſa ſyncopes, ergo materia eſt cauſa ſyncopes. Cum igitur bolus armenus non poſſit remouere materiam, vt ſuprà viſum eſt, ſequitur quòd non poteſt remouere ſyncopen, quæ eſt huius febris accidens. Ex his relinquitur prima pars concluſionis vera: ſcilicet quòd in febre peſtilentiali communiſſimè vel communiter dicta (quæ ideo dicta eſt peſtilentialis, quia ſæua cauſat accidentia ratione caliditatis, ſubtilitatis, vel acuitatis materiæ) non conuenit exhibere bolum armenum.

Quantum verò ad ſecundam partem, in qua ſcilicet dicitur, quòd non conuenit ante euacuationem: probatur, quia in hac febre non licet infrigidare cum ſtipticis. Sed bolus armenus eſt frigidus

&

& ſtipticus:igitur non licet exhibere bolum armenum. Conſequentia patet, & minor. Maior verò eſt Auicennæ prima quarti, capitulo de Cura putridarum in generali. vbi dicit: Et cum tu infrigidas de iſtis febribus, tunc non infrigides cum eo in quo ſunt ſtipticitas & exiccatio, ſicut ſunt trochiſci infrigidantes, niſi poſt purgationem. Ex his habes concluſionem veram quantum ad omnes eius partes.

Sexta concluſio: In febre peſtilentiali communiter vel communiſſimè dicta cauſata à multitudine materiei, vel eius groſſitie aut viſcoſitate, quæ ideo dicta eſt peſtilentialis, quia ſæua cauſat accidentia propter præmiſſa, ſcilicet præfocationis, vel huiuſmodi, nõ conuenit exhibere bolum armenum. Hæc concluſio probatur primò, quòd non conueniat ſtante multitudine: quia ſtante multitudine cauſante accidentia prædicta, debet fieri euacuatio. Sed bolus armenus non euacuat, vt ſuprà: igitur, &c. Conſequentia tenet cum minore. Maior autem eſt Auicennæ prima quarti, capitu. de Cura putridarum in generali. Quòd etiam non conueniat ſtante materia groſſa, patet: quia non eam ſubtiliat, cum non ſit

ſubti-

ſubtiliatiuus : nec etiam conuenit ratione viſcoſitatis, cum eidem debeatur inciſio,& ipſe non ſit inciſiuus,vt patet. Igitur concluſio vera. Conſequentia tenet, & antecedens ſimiliter.

Septima concluſio. In febribus peſtilentialibus prædictis , in quinta & ſexta concluſionibus,habentibus exacerbationes ſeu excreſcentias , non conuenit exhibere bolum armenum in ipſis excreſcentiis vel exacerbationibus , maxime in ipſarum exacerbationum ſeu excreſcentiarum principio . Hæc concluſio probatur ſic: Talis eſt ratio exacerbationum vel excreſcentiarum ſeu exacuitionum in continuis,qualis paroxyſmorum in interpolatis : Sed nec in principio paroxyſmorum interpolatarum,nec in paroxyſmo competit exhibere bolum armenum. Igitur nec in exacerbationibus vel excreſcentiis continuarum , maxime in principio , conuenit ipſum exhibere. Conſequentia tenet cum maiore , ex ſecunda concluſione vndecimi aphoriſm. primæ particulæ. vbi Hippocr. dicit , Et quęcunque ſecũdum circuitus exacuuntur,in exacerbationibus ſubtrahere oportet. Vbi doctores concludunt, eſſe eandẽ rationem vel ſimilem. Minor autem patet ex

tet ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tet ex dicti aphorism. prima conclusio-
ne, vbi inquit, In paroxysmis subtrahere
oportet, &c. Et prima quarti, cap. de Cu-
ra putridarum, in generali, Et non mo-
ueris in die paroxysmi aliquid, quantum
possibile est, &c. Et subdit infrà, Et omni-
no caueatur à regimine grosso in hora
periodi, ita vt non detur in potu aqua,
zucharum, neque iulep, quoniam fran-
git periodum, cum obstructione mea-
tuum, &c. Quanto magis cauendum est
ab exhibitione boli armeni, & aliarum
medicinarum, maxime in principio pa-
roxysmorum aut exacerbationum, cum
principium sit hora deterior ad ciban-
dum & reliqua exhibendum: vt dicit Ga-
lenus primo reg. acutorum. comment.
xlv. vbi inquit, esse deteriorem horam,
quando membra sunt in deteriore di-
spositione, & concludit illud esse in prin
cipio. Sane tamen intellige, non esse ali-
quid exhibendum in paroxysmo vel ex-
acerbatione, vel etiam in eorum princi-
pio, cura scilicet regulari. Quia si virtus
deficeret, oporteret aliquid exhibere, sci-
licet ad restaurandum, vt notatur ab Hip
pocrate primo aphorismorum, nono a-
phoris. vbi etiam Galenus in commen-
to dicit, Accidentibus virtutem proster-

nentibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nentibus ilico dandus eſt cibus : intelligendo de proſtratione virtutis per viam reſolutionis : quia ſi virtus eſſet proſtrata ratione aggrauationis à multitudine materiei, non eſſet conueniens exhibere cibum, imo euacuare, aut diuertere. Pro quo etiam eſt Auicenna prima quarti, cap. de Cibatione febricitantium in generali. vbi inquit : Et de corporibus ſunt corpora cholerica, quæ requirunt regimen diuerſum ab illo quod diximus: & proprie quando ſunt aſſueta comeſtione plurima.Ipſa enim cum non cibantur, ſaltem in ipſo principio febris, imo in hora, quæ eſt prauior ea (& eſt hora ſtatus) non vacuæ ſunt diſpoſitiones eorum à duabus rebus. Quoniam ſi ipſi ſunt debilium virtutum, ſuperuenit eis ſyncope & moriuntur in paroxyſmo: & ſi ſunt fortium virtutum,cadunt in extenuationem, & apparent ſuper eos ſigna ariditatis, &c.

Sed circa iſtud oriuntur duo dubia. Primum,quia tu dixiſti de mente Galeni primo reg acutorum, commento. xlv, quòd deterior hora ad cibandum eſt principium paroxyſmi, & nunc dicis de mente Auicennæ, quòd deterior hora eſt ſtatus. Secundum dubium:quia autoritates

ritates

ritates quas adduxisti ad probandum, quòd bolus armenus non conuenit in exacerbationibus & earum principio: solum videntur probare de cibo, & non de bolo armeno.

Ad primum respondetur, quòd accidentium febrium quędam sunt quæ sunt deteriora in principio: quædam verò quæ sunt deteriora in statu. Illa quæ sunt deteriora in principio paroxysmorum vel exacerbationum, sunt sicut accidentia rigoris, frigoris, horripilationis, fractionis, somni, præfocationis, & huiusmodi: hæc enim fiunt propter retractionem caloris ad intra, & ipsius à materia putredinali, quæ facit paroxysmum, submersione & interius reuocatione. Illa autem quę sunt deteriora in statu, sunt sicut inflammationes, inquietudines, dolor capitis, vigiliæ, & similia. Quando ergo Galenus dixit accidentia in principiis esse deteriora pro cibatione: intellexit de accidentibus præfocationis, &c. quia tunc augentur ex cibo assumpto, cum naturaliter tunc trahatur calor ad stomachum. Ideo dixit, deteriorem esse cibationem in principio. Tum etiam quia ex ea cibatione augentur & prolongantur omnia tempora paroxysmi.

Quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Quando autem Auicenna dixit, quòd hora ſtatus eſt prauior: intellexit quantum ad accidentia inflammationis, ad quæ ſequitur reſolutio ſubita in ægritudinibus, ſcilicet in quibus dicta inflammationis accidẽtia ſunt deteriora quàm præfocationis. Vnde expreſſit corpora cholerica. Igitur ipſa cholerica corpora ſunt magis parata pati ab accidentibus inflammationis, & reſolutionis, quàm præfocationis: & ipſa accidentia inflammationis magis augentur in ſtatu. Et quia regulariter operando, quando accidentia ſunt ſæuiora, natura eſt minus cibo diuertenda: ideo dixit, Imo in hora quæ eſt prauior, & eſt hora ſtatus, quæ ſcilicet ad cibandum eſt prauior. Concedo ergo, naturam eſſe magis intentam & occupatam, oportet tamen cibare coactè, quia aliàs virtus deficeret, & ea deficiente non valet curatio. Sic habes concordiam illorum duorum textuum.

Ad ſecundũ dubium, quando tu dicis, quòd autoritates videntur ſolum ſonare de cibo, Dico eſſe idem de cibo & medicinis, vel ſaltem ſimile. Quare dicit Auicen. prima quarti, cap. de Cura putridarum in generali. Et proportio iſtius euacuationis ad ceſſandum ex malitia

materiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

materiæ, eſt ſicut proportio iſtius cibationis ad prohibendam virtutem á caſu ſuo. Similiter quia concludunt doctores ſuper autoritatibus allegatis, quòd non ſolùm de cibo, verumetiam de aliis quibuſcunque potentibus paroxyſmum immutare, & naturam ab actione in materiam diuertere locum eſſe intelligendũ.

Octaua cõcluſio: In febre peſtilentiali communiter vel communiſſimè dicta, quæ ideo dicitur peſtilentialis, quia ſæua cauſat accidentia ratione loci, in quo continetur materia faciens ipſam, non conuenit exhibere bolum armenum. Hæc concluſio probatur, quia prædicta materia non cauſat accidentia ſæua, niſi ratione quantitatis vel qualitatis manifeſtæ ipſius. Sed notum eſt per præcedentes concluſiones, quòd bolus armenus non conuenit nec ratione quantitatis, nec ratione qualitatis materiæ: igitur nec etiam ratione loci. Conſequentia tenet cum minore. Maior probatur: quia materia quæ nocet ratione propinquitatis cordis nocet, quia multa eſt reſpectu loci, aut quia acuta, aut alterius malæ qualitatis, etiam reſpectu loci. Notum enim eſt, quòd aliqua quantitas, & ſimiliter aliqua qualitas exiſtens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in materia, in loco cordi propinquo: sæuissima causabit accidentia: quę si esset in pede vel brachio, nulla vel pauca faceret accidentia: igitur &c.

Ex conclusionibus prædictis infero aliqua corollaria. Primum quòd in febre pestilentiali communiter vel communissimè dicta, causata à multitudine & mobilitate materiei, aut à mala qualitate occulta (de qua quarta loquitur conclusio) debet in principio exhiberi medicina fortis, dicente Auicenna prima quarti, cap. de Cura putridarum in generali. Cùm autem materia est plurima mobilis, permutabilis de membro ad membrum, & existimas, quòd non est spacium in digestione eius, aut fortasse accidet ex ea apostema pleureticum, aut aliud, & si dimittatur, faciet cadere in timorem ante tempus, in quo expectatur digestio æqualis: proculdubio tunc necessaria est euacuatio eius. Timor enim in hac scilicet euacuatione est minor, quàm timor in illa, scilicet expectatione digestionis. Et subdit parum infrà: Et similiter si times victoriam humoris, magis necessaria cautela est euacuatio. Et quarta primi, cap. primo, vbi inquit: Et dicemus quòd in ægritudinibus, in quibus est

eſt timor, & non ſumus ſecuti ex defectu virtutis, ſi quod facere debemus, tardauerimus, à forti medicamine incipere debemus. Illud idem intellexit Hippoc. primo aphoriſmorum, aphoriſm. 22. in illa parte vltima aphoriſmi, vbi dicit, Niſi ſit furioſa: quia ſcilicet ſtante materia furioſa, quæ multipliciter dicitur furioſa (vt ibidem notatur) debemus à principio, & ante digeſtionem euacuare cum medicina forti, inſpecta tamen virtute. Et hæc euacuatio coacta & non regularis dicitur, quia eam eligimus cum nocumento notabili, ſcilicet cum euacuatione iuuatiui ſimul cum nocitiuo: licet iuuamentum nocumento ſit maius, quoniam euitatur mortis periculum.

Secundum corollarium eſt, quòd ſi poſt euacuationem materiei in febre peſtilentiali communiter vel communiſſimè dicta remaneret mala qualitas, quæ eſſet ſufficiens facere diſſolutionem ſpirituum, quòd tunc poſſet conuenire bolus armenus modo ſuperius ordinato: quia debet ſpirituum diſſolutionem prohibere, neque eſt oppoſitum indicans, ſcilicet materia, vt erat prius. Item quia frigida & ſicca poſt euacuationem poſſunt miniſtrari, vt prima quarti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cap. de Cura putridarum in generali.

Tertium corollarium, quòd aduenié-te syncopi aut aliquo huiusmodi in febre prædicta, & à causis prædictis, maximè in principio exacerbationum, non cõuenit exhibere bolum armenum: quia non remouet nec prohibet.

Quartum corollarium. Bolus armenus non confert in aliqua pestilentiali communiter vel communissimè dicta, maximè ante euacuationem: sed solùm in ea quæ propriè vel propriissimè pestilentialis est, à qua fugiendum est, debito etiam modo ipsum præparando, vt suprà dictum est.

Quintum & vltimum corollarium est istud: Bolus armenus exhibitus magnifico domino Priciuallo prædicto, non fuit conuenienter exhibitus. Primò, quia febris quam patiebatur erat continua choleræ proportionalis, satis propinqua naturæ causonidis: quæ ideo poterat dici pestilentialis, quia sæua causabat accidentia, propter multitudinem humorum cholericorum satis grossorum, quantum ad plurimas eorum partes, licet quantũ ad alias essent valde acuti & subtiles. Exeuntia enim choleram demonstrabant vitellinam à prædominio. Vnde febris

febris hæc poterat dici peſtilentialis, communiter vel communiſſimè dicta, in qua ſæua cauſabantur accidentia maximè in principio exacerbationum, quia tunc effundebantur humores prædicti ad os ſtomachi eius, & ad alias partes cordi multum propinquas: ſua etiam multitudine & groſſitie cum aliqua viſcoſitate flegmatis mixti cum humore prædicto accidentia cauſabant pręfocationem: ſua verò acuitate ſimul cum ea multitudine cauſabant defectiones animoſitatis aut paruam ſyncopim. Manifeſtum eſt autem ex concluſionibus prædictis, quòd bolus arm. in caſu non confert, nec contuliſſe potuit.

Secundo quia fuit exhibitus in principio vniuerſali ægritudinis & in particulari principio, ſcilicet in principio exacerbationis.

Tertio, quia exhibitus fuit ante purgationem.

Quartò, quia adueniente ſyncopi vel lipothymia &c. Et declaratum eſt, quòd non conuenit in eis.

Quintò, quia ſi humores facientes dictam febrem habebant aliquam malitiã, illa erat à qualitate manifeſta, aut ſaltem habens ab ipſis humoribus dependentiã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

taliter, quòd ſtantibus ipſis non poterat prædicta mala qualitas remoueri, vt ſuprà dictum eſt. Ex quo infero non eſſe mirandum, ſi ſtatim poſt prædicti boli armeni aſſumptionem prædictus patiens crediderit expirare. Stante enim multitudine humorum cholericorum putrefactorum, & eorum effuſione ad ſtomachum & partes cordi propinquas, ſua multitudine cauſabant conſtrictionem anhelitus & præfocationem, & ſua acuitate multum inflãmabant partes pectorales, ſtomachales, & ventrales: & nocumentum quod cauſabant in corde fuit propter vicinitatem quam habet cor cũ ſtomacho & partibus prædictis, propter quod communicabatur cordi nocumentum. Vnde incidebat in ipſarum exacerbationum principio in ſyncopim paruam vel lipothymiam. Et vbi in caſu debebant miniſtrari confortantia, repellentia, abſtergentia, frigida, & ſtiptica, vt ſuprà, exhibitus fuit bolus armenus, qui ſpiritũ vnit & congregat vt ſuprà: ſimiliter humores ad ſtomachum effuſos ſtringit & retinet in eo: vnde diutius à tali ſyncopi & accidentibus prædictis releuari tardauit. Ille tamen qui exhibuit, credidit benefacere, ſolum propter illud, quod
docto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

doctores dicunt, quòd conuenit in febribus pestilentialibus. Sicut etiam credidit benefacere, quando exhibebat multam quantitatem aquæ frigidæ inchoantibus exacerbationibus prædictis, quia patiens conquerebatur de siti, & inflammatione &c. neque respexit ad illud, quod dicit Auicen. prima quarti, scilicet quòd non sint danda tunc aqua, zuccharũ, neque iulep. Vbi etiam in eodem dicit. Et cum non licet vt bibat aquam frigidam, & fit audax super eam, timeatur quòd non faciat accedere constrictionem pororum: quare fit causa febris alterius cum euētu oppilationis alterius, & fortasse erit vehementior prima: & cum obuiat membro debili, corrumpit operationem eius, & facit deglutitionem & anhelitum difficiles. Et quarta primi, cap. 2. dicit, quòd propter digestionem humorum acutorum debemus cauere à superfluitate extinctionis caloris: quoniã fortis extinctio caloris deiicit virtutem, licet aliquo directionis modo materiam rectificet quod est, cùm post ipsam aliæ proueniunt ægritudines, aut ex malitia complexionis simplicis, aut ex materiis frigidis complexioni contrariis, quam rectificauit: quæ pro maiori

parte acciderunt viro prædicto. Postquã enim fuit ab illa continua proportionali releuatus, illinc ad paululum incidit in febrem phlegmaticam, materia cuius contrariatur complexioni: quam rectificauit, scilicet cholericè per exhibitionem aquæ frigidæ multæ, & induxit cõplexionem frigidam & humidam aquæ proportionalẽ, à qua genitum est phlegma: quod multiplicatum, calore debilitato, non potuit regulari à virtute, vnde putruit, & phlegmaticam fecit febrem. Et licet medicus prædictus difficulter assentiret, nullum tamen habuit argumentum nisi à pulsu: cui responsum est, quòd in eo erat pulsus magnus propter caliditatem cordis ipsius patientis. Et dedi prognosticum (ipso Georgio præsente & dicente, non esse febrem phlegmaticam, imo non esse febrem) quòd ab ea non releuaretur ante terminum durationis phlegmaticæ, qui est lxiiij dierum, cum viderem materiam multũ grossam & viscosam, & virtutem satis imbecillem ad ipsam in modico tempore regulandam: & dixi, quòd si regeretur pro non febriente aut non bene canonicè regularetur, periculum erat ne in ea deficeret, aut ea finita transiret in laticam.

Neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Neque potuit aliquantulum conualere, nisi post terminum prædictum: & vtinam meum prognosticum fuisset vanum, & ipse statim fuisset liberatus. Ipse tamen stetit post per multa tempora malè dispositus: post quod tempus phlegmaticæ prædictæ scripsi medico prædicto, quòd si ex aliis non potuerit essentiam ægritudinis cognoscere, saltem ex duratione perpenderet: & mirabatur, quare longitudinem ægritudinis magis frigiditati quàm caliditati attestari scripserim, licet ex aliis causis possit longitudo ægritudinis prouenire, vt prima quarti, cap. de Cognitione horarum vniuersaliũ &c. & adduxit exemplum de tertiana notha, quæ longa est: non perpẽdens, quod grossities choleræ nothæ à qua scilicet fit tertiana notha, non prouenit nisi à phlegmate, quod eius generationem ingressum est: & illud est causa prolongandi eam, dicente Auicen. prima quarti, cap. de Sermone febris cholericæ: quòd tertiana non pura fit à putredine grossæ choleræ, propter permixtionem choleræ cum phlegmate commixtione aliqua complexionati vnita. Et comparando eam ad hemitrithæum dicit, Et hanc facit materia vna quæ in seipsa est commixta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cum cuius calore permiſcetur aliquantulum frigoris: quod ſcilicet frigus grauat ſuam putredinem, & ſuam reſolutionem, & ſuam digeſtionem. Manifeſtum eſt ergo, quòd prolongatio in ea fit principaliter à frigido cum groſſitie. Et hoc non ſcripſi, niſi quia nobis exiſtentibus in conferentia, ipſe expoſuit aphoriſm. 12. primæ particulæ, ſcilicet Paroxyſmos & conſiſtentias declarant ægritudines. dixit ſic debere exponi, Paroxyſmi & cõſiſtentiæ declarant ægritudines. Ea propter ſcripſi, vt ſaltem ex conſiſtentia & duratione morbi cognoſceret.

Dicet fortè ad illud quod dixi, quòd exhibitio aquæ frigidæ fuit cauſa generandi illam febrem phlegmaticam, propterea quia infrigidatio ducit choleram ad phlegma, vt dicit Galen. ſecundo regiminis acutorum, quòd melius eſt choleram ad phlegma mutari, & ſic febrem acutam ad chronicam permutari, quàm dimittere patientem mori: vt dicit Auerrois ſeptimo Colliget, cap. de Cura cauſonidis. Sed in caſu erat febris cholerica: igitur &c. Dicitur, quòd argumentum eſt bonum, quantum ad maiorem: ſed vbi dicitur in minore. Sed in caſu erat febris cholerica, oportet addere, Et niſi

fuiſſet

fuiſſet exhibita multa aqua frigida, maximè in principio exacerbationum, mortuus fuiſſet: at hoc eſt falſum, cùm cholera illa fuerit multa, & ſatis groſſa, & eſſent in ipſarum exacerbationum principio accidētia præfocationis valde intenſa, quæ per dictam aquæ exhibitionem augebantur, & tardius ſeparabantur.

Dicet ſecundò ſuper eo quod dixi de prolongatione morbi, quòd ipſa magis frigiditati, quàm caliditati atteſtatur, quòd ego non bene vidi literas ſuas, in quibus ad me ſcripſit, quòd non valet hęc conſequentia. Hic morbus eſt longus, ergo frigidus. Eſt enim (per ipſum) antecedens verum, & conſequens falſum. Primò, quia datur febris cholerica durans ſpatio ſex menſium, & aliquando plus: vt Auicenna prima quarti, capite de Febre cholerica. Item hectica febrilis, hydropiſis à cauſa calida, dolor ſtomachi, & vomitus facti propter effuſionem choleræ ab hepate ad ſtomachũ: iſtæ enim ægritudines ſunt chronicæ, & longæ, & tamen non ſunt frigidæ. Similiter aliqua cholera groſſa ingroſſata per actionem calidi in ipſam reſoluentis partes ſubtiles, cum remanentia groſſarum ex permixtione phlegmatis ſub-

tilis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tilis, reddetur virtuti expulſiuæ obedientior, quàm ſi tale phlegma non eſſet ſecum mixtum: ſed ex tali mixtione infrigidatur: igitur illa frigiditas non eſt cauſa prolongandi, imò abbreuiandi, & per conſequens longitudo morbi non frigiditati, imò caliditati atteſtatur. Probauit concluſionem hanc exemplo permixtionis aquæ cum luto, dicendo, illam frigiditatem & humiditatem aquei phlegmatis remittere caliditatem & ſiccitatem dictæ choleræ, & eius groſſitiem: vnde ſic infrigidata, & humectata, & liquefacta à phlegmate prædicto efficietur facilioris expulſionis, & ægritudo ab ea cauſata cõſequenter erit breuioris terminationis. Item arguit, quia multæ febres à cholera non pura ſunt æquè citæ terminationis, ſicut aliquæ puræ. Ad quæ poteſt faciliter reſponderi, licet videantur argumenta inſolubilia, & licet multa poſſint adduci, breuitati tamen indulgens breuiter reſpõdebo. Primò, quando dicitur, ægritudo eſt longa, ergo frigida, dico hoc nõ eſſe idem cum mea propoſitione, licet conuenienter poſſit ſuſtineri, vt infrà dicetur. Mea enim fuit cõcluſio, quòd longitudo ægritudinis magis atteſtatur frigiditati quàm

calid

caliditati, quód facilè poteſt perſuaderi, ſi ad cauſas longitudinis ægritudinis recurramus. Nam & Auicen. prima quarti, cap. de Cognitione harũ vniuerſalium, &c. dicit quòd ægritudo quãdoque prolongatur aut propter multitudinem materiei, aut propter eius groſſitiem, aut propter frigus eius. & ſubdit: Et quandoque adiuuant ad illud tempus frigidum, regio frigida, ætas frigida, & debilitas caloris innati, & ſoliditas corporis. Et prima quarti, cap. de Putredine, addit quietem materiæ, debilitatem ſenſus, & errorem regiminis. Et ſecunda quarti, de Signis prolongationis, ponit groſſitiem in viſceribus. Si tu ergo diſcurras ad ſingula præmiſſa, reperies ipſius concluſionis veritatem. Primò de multitudine materiei, dico quòd multitudo materiæ frigidæ (cæteris paribus) eſt magis cauſa prolongandi ægritudinem, quàm multitudo materiei calidæ, loquẽdo ſaltem de ægritudine ſalubrium: quia fortè ſi eſſet mortalis, poſſet contingere oppoſitum. Ex quo lapſus ad frigidum (cæteris paribus) à multis ponitur deterior, & deterior lapſus ſub æquali gradu citius cauſat ſenſibilem læſionem, & conſequenter mortem: vt poteſt videri ſuper aphoriſm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

aphoriſm. quinto primæ particulæ aphoriſm. Groſſities ſimiliter humoris magis atteſtatur frigiditati quàm caliditati, imò humor calidus eſt ſubtilis, vt xvij Continentis. & prima quarti, capite de Cura putridarum in generali. vbi Auicēna opponit contra Rhaſim, & dicit: Et humor calidus cùm ſit ſubtilis, eſt ſufficienter digeſtus, & non opponit, niſi contra illam particulam, Digeſtus: quia non valet conſequentia, Eſt ſubtilis, ergo ſufficienter digeſtus. Nec opponit contra aliam, ſcilicet Eſt calidus, ergo ſubtilis. Non poteſt ergo humor calidus eſſe groſſus, niſi aut ex humoris groſſi mixtione, aut ex eius partium ſubtilium reſolutione: & notum eſt, quòd prima groſſities non eſt propter ſe, ſed propter alium humorem: & ſecunda groſſities non eſt cum caliditate: quia reſolutis partibus ſubtilibus humoris quatuncunque calidi, groſſæ partes quæ remanent, ſunt frigidæ, vt poteſt videri prima primi, cap. de Modo generationis humorum, & pluribus aliis locis. Eodem modo de aliis ſuperius enarratis non eſt dubium, ſi bene perpendas, quin magis frigiditati quàm caliditati proportionentur. Ad illud autem quod ſcripſit de febre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bre cholerica, quæ durat per ſex menſes, reſponſum eſt. De febre verò hectica, dico quòd ipſa eſt immaterialis, & propoſitio intelligitur de morbis materialibus. Quod expreſſit Auicenna prima quarti, allegato capite, cùm dixit prolongari morbum, aut à multitudine materiei, aut à frigore eius, aut ab ipſius groſſitie. Et dicunt doctores ſuper illo, quòd iſtæ cauſæ prolongationis intelliguntur in putridis, non autem in ephemeris & hecticis. Ad illud autem de hydropiſi, dico duplicem eſſe cauſam, efficientem ſcilicet & materialem: & quòd non intelligitur dictum illud de cauſa efficiente, ſed de materiali, quæ frigida eſt, quãtuncunq; cauſa efficiens ſit, vel eſſe poſſit calida, vt potes clarè videre decimaquarta tertij, cap. de Hydropiſi.

De vomitu autem & dolore ſtomachi cauſatis ab effuſione choleræ ab hepate ad ſtomachum: dico quòd illa cauſa cõiuncta, quæ eſt in ſtomacho eſt breuioris terminationis, quàm ſi eſſet frigida, & illa diuturnitas non prouenit, niſi per cõtinuam tranſmiſſionem prædictam ab hepate. Non tamen inconuenit malã cõplexionem hepatis calidam choleræ generatiuam perſeuerare longo tempore:

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſed propter hoc non tollitur, quin morbi longitudo magis atteſtetur frigiditati quàm caliditati. Ad illud verò quod ſibi viſum eſt ſubtilius, ſcilicet de permiſtione phlegmatis aquei cum cholera ingroſſata per actionem caloris agentis in eam, & reſoluentis partes ſubtiles cum remanentia groſſarum: dico quòd illa cholera ſic ingroſſata, frigida eſt, & vocatur melancholia non naturalis, genita per viam aduſtionis, vt manifeſtè exprimit Auicenna prima primi, cap. de Humoribus: & cap. de Modo generationis humorũ. Et quòd ex tali miſtione phlegmatis aquei quantuncunque ſubtilis, licet aliquo modo videatur effici facilioris expulſionis, quia tale phlegma ſua aquoſitate remittit ſiccitatem choleræ prædictam ſic, vt ſuprà ingroſſatæ: dico tamen, quia eius augetur frigiditas ex tali miſtione: etiam quia augetur quantitas humoris expellendi. Similiter quia difficilius eſt virtuti duo obiecta (cæteris paribus) quàm vnum tantùm expellere: quòd cholera prædicta erit longè difficilioris expulſionis, quàm ſi phlegma prędictum non eſſet ſecum miſtum. Plus enim impediet expulſionem aucta frigiditas, ſimiliter & aucta quãtitas, quàm

poſſit

possit adiuuare illa liquefactio & humectatio. Et ex hoc concludo, quòd illa mistio phlegmatis quantuncunque aquosi cum tali cholera sic terrestrificata per actionem caloris in eam resoluentis partes subtiles potius est causa prolongandi ægritudinem, quàm abbreuiandi. Ad vltimum verò, quando dicit, aliquam febrem de cholera nō pura esse æquè breuis terminationis, sicut aliqua de cholera pura: dico hoc non esse verum (cæteris paribus) non posita autem paritate hoc non inconuenit, vt satis notum est. Concludo igitur cum Auicenna locis allegatis, & Galen. 12. commento primæ particulæ, quòd longitudo morbi magis frigiditati quàm caliditati proportionatur. Quòd si tibi non placent rationes allegatæ cum suis textualibus roborationibus, imò fortè velles autoritates expressas, quòd longitudo ægritudinis non solùm magis frigiditati quàm caliditati attestatur, sed etiam ipsa longitudo morbum frigidum significat, vide Galenum secundo aphorism. commento 19, qui dicit: Diuturni verò morbi de grossis sunt humoribus, & viscosis, atque frigidis. & notum est, quòd grossi humores, vt suprà, sunt frigidi, & viscosi si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

militer, cùm in ſolo phlegmate reperiatur viſcoſitas, vt dicit Auicenna prima tertij, capite de Qualitate accidenti ſodæ ex materiis. Si tamen vis verba magis preſſa, vide commentum Galeni ſecundo aphoriſm. commento 39. vbi inquit, Morbi enim diuturni ſemper ſunt frigidi. Vnde poteſt dici, quòd valet cõſequentia, quam tu poſuiſti in principio, quam tu negas dicendo, Eſt morbus longus, ergo frigidus ſecundum modum præmiſſum: licet, vt dixi, illa non fuerit mea propoſitio.

Durante autem termino phlegmaticę prædictæ, quum præfatus medicus frequentaret in caſu exhibitionem caſſiæ & rhabarbari, ſcripſi hæc non eſſe conuenientia, quoniam choleram purgabant, & in caſu oportebat phlegma euacuari, & quòd portio illa choleræ, quam iſta duo educebant, erat cauſa prolongandi ægritudinem: quoniam ſaltem per accidens adiuuabat illius phlegmatis digeſtionem. Pro reſponſione nullum aliud reſcripſit argumentum, niſi quòd contulit talis exhibitio: non tamen apparuit aliqua alleuiatio, niſi poſt complemẽtum durationis phlegmaticæ prædictæ. Neque mirum eſt, ſi has particulares

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

lares habeat opiniones, cùm in prędictæ principalis ægritudinis principio (dicente ipſo eſſe febrẽ peſtilentialem) Vicecomes medicus prædictus laudaſſet in caſu citrangulos, ſeu arancios, quæ ſunt poma à nobis dicta vulgariter citroni, & Longobardi dicunt pòma arantia. Dixit Georg. prædictus, quòd nullo modo conuenienter poterant miniſtrari, quoniam erant ex cauſis putredinis, & adduxit textum Auicennæ, prima quarti, cap. de Sermone vniuerſali febrium putridarum: vbi Auicẽ. ponens cauſam putredinis, quæ fit à cibo aquoſo mali nutrimenti, &c. circa principium capituli, examplificat de citrullo, cucumere & pyris: credens quòd citrullus ſit citrangulus, ſeu, vt ſuprà, illud quod dicimus vulgariter, Lo citrone: neq; vnquam in hoc quæſiuit diſtinctionem, ſed dixit ſe nunquam audiuiſſe, nec vidiſſe ſcriptum de citrangulo aliquid. Cui reſponſum eſt, quòd licet aliqui dicant ſe non vidiſſe ſcriptum de eo, niſi in deſcriptione ſyrupi de alkedra ab Auicenna quinto canone: quod tamen de eo ſcribit prima quarti, cap. de Curatione morbillorum & variolarum, & in aliis pluribus locis. Item, Rhaſis xviij. Continentis. facit vn-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

guentum cum ſucco corticum citrangulorum ad remouenda veſtigia variolarum. Et Damaſcenus in Antidotario facit deſcriptionem olei de citrangulo], & olei de ſeminibus citrangulorum. Et A-uicenna ſecunda primi de Significationibus coloris vrinæ loquitur de colore citranguli: & doctores exponunt omnes de colore arancij, quem nos citronum vulgò dicimus. Et Galenus ſuper eo quod ſcripſit in ſua practica de Cibatione febricitantium in generali, in xviij cibo, docet ſuper perdices ponere ſuccum citranguli, & in multis aliis locis. Et licet de hac diuerſitate poſſint dari multæ rationes, quia tamen ſtultum credo demonſtrationes quærere, & ſequi in his quę ſolo ſenſu poſſunt comprehendi: quum non ſolùm medici, ſed & famuli apothecariorum hanc ſciāt diſtinctionem, ſcilicet quòd citrullus non eſt illud quod dicimus vulgariter citronum, non quæram contra illud vlteriores rationes. Ego ſæpe miratus ſum de tanto viro ita famoſo, qui bonas habet partes theoricæ, vt in his ſuis particularibus opinionibus tandiu conſiſtat, ita vt quando verbum exiuit ab ore eius, velit (etiā ſi nō bene dictum

& ſuſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

& ſuſtentabile ſit) callidè defenſare: cùm non dubitem ipſum aliter quàm dixerit & ſcripſerit ſentire. Quis enim tam puſilli iudicij eſt, qui pręſumat talem virum credere: non eſſe in cerebro virtutem reſeruatiuam præter memoriam: quum omnes & medici, & philoſophi loquentes de virtutibus interioribus cerebri, ponant imaginationem, ſeu phantaſiam ſitam in parte poſteriore anterioris ventriculi cerebri, ordinatam ad reſeruandas ſpecies obiectorum apprehenſas per ſenſus exteriores? Neque credendum eſt, vt neſciat modum infundendi rheubarbarum: licet in caſu prædicto ordinauerit ipſum ſine vino & ſpica: fortè non recordatus verbi Meſue & aliorum: Et non prætermittatur, quin cadat in ſocietate ſua ſpica: eſt enim proprij iuuamenti cum ipſo, neque prætereas additionem modici vini albi odoriferi & clari. Et licet multa alia poſſent adduci, circa quæ noſtra verſabatur diſceptatio: breuitati tamen adhærens ſecundo articulo finem imponam.

Quantum ad tertium articulum, in quo diximus eſſe reſpondendum ad argumenta in pede quæſtionis adducta, & eſſe limitāda aliquæ ex his quæ ſunt poſt oppoſitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Ad primum igitur respondeo, negando minorem. Ad probationẽ dico, quòd nec Auicenna, neque Hippocr. intellexerunt de omni siccitate, sed solum de siccitate impressa in aëre, quæ est sufficiens resoluere calorem naturalem, & humorum efficere acuitatem, cuiusmodi non est bolus armenus: igitur, &c.

Ad secundum dicitur, negando maiorem. Ad probationem dico, quòd Rasis non intellexit debere esse curam similem quantum ad omnia, sed solum quantum ad aliqua, vt dictum est in octauo notabili, & expressit ipse loco allegato: excepit enim balneum, lac recẽs, aquam calidam, &c. Similiter quia vtrobique est cura similis, inquantum vtraque dispositio est febris. Item quia Rasis fuit breuiloquus. Et si quis dicat contra, imò bolus armenus confert hecticis, negando scilicet minorem assumptam in argumento: quia Auicenna secundo canone, cap. de Luto armeno, dicit, quòd confert hecticis, &c. Respondetur, quòd confert hecticis, phthisicis, habentibus scilicet vlcus pulmonis, & curat stricturam anhelitus ex catarrhis: sed non confert hecticis inquantum hecticis, quia eorum regimen debet esse ad frigidum &

humidum, vt dicunt omnes doctores.

Ad tertium respondetur, concedendo quòd bolus armenus propter causam dictam conueniat, sed non solum propter illam: imo conuenit etiam propter occultam proprietatem, qua resistit pesti & causis eius. Ad illud autem quod dicis negando, quia scilicet quantum potest sua siccitate celerem spirituum dissolutionem prohibere, tantum potest sua frigiditate à corde repellere, & spiritus disgregare, & per consequens nocere. Respondetur, illud negando: & tota causa est, quia bolus armenus non est excessiuè frigidus, imo solum in primo gra du. Etiam quia miscetur cum vino quod calidum est, & ipsum ad cor dirigens. pręcepit enim Auicen. vndecima tertij, cap. de Curationibus vniuersalibus ægritudinum cordis. quòd non debemus exhibere purè infrigidantia. Non est ergo in eo tanta frigiditas, vt possit caliditatem cordis corrumpere, & spiritus cordis disgregare, & à se repellere. At est tanta siccitas, vt cum proprietate prędicta possit eos vnire & disgregationem prohibere, & per consequens conferre, vt suprà, debite præparatus. Ad confirmationem dicitur, quòd spiritus vitalis com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

paratione medij generis calidus eſt & humidus : licet ad alia comparatus, alias recipiat ſecundum ſui complexionem denominationes. Et licet quo ad hanc complexionem bolus armenus per ſe ſit contrarius contrarietate propriè dicta: per accidens tamen, & per eius proprietatem occultam conuenit, vt ſuprà dictum eſt, & conuenienter exhibitus non contrariatur complexioni ſpiritus in effectu.

Ad quartum concedo prǽſuppoſitum, ſcilicet quod in febre peſtilentiali ſint illa accidentia. Sed cum formatur argumentum, Propter nullum horum accidentium conuenit: Igitur non conuenit. Negatur conſequentia. Eſt enim antecedens verum, & conſequens falſum: quia ſi non conueniat ratione prædictorum accidentium, conuenit propter alia, vt ſuprà viſum eſt. Contrariis enim morbis inuicem complicatis oportet attendere magis ſuſpecto : contrario non neglecto, vt dicit Galenus 8. Methodi. Et Auicen. quarta primi, cap. 1. vbi inquit, Ipſe quoque ſcilicet medicus, ſemper ſit ſolicitus de eo quod magis ſuſpectũ eſt, &c. Eodem modo contrariis accidentibus de contrariis iudicantibus curationi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

bus oportet attendere magis ſuſpecto: poſtmodum ſublato grauiore & morbo principali, ſi aliquod huiuſmodi remaneat accidentium, facilius corrigi poteſt. Et ex hoc habes ſolutionem ad probationes. Ad quintum dicitur, quòd omnis cura fit per contrarium communiter dictum: capiendo illud pro omni eo, quod eſt alterius remotiuum, vt plenè dictum eſt in 11. notabili. Bolus igitur armenus licet non contrarietur febri inquantum febris eſt, contrarietate propriè dicta: contrariatur tamen illi, inquantum eſt peſtilentialis, contrarietate ſcilicet communiter dicta.

Ad ſextum negatur maior, & patet per reſponſionem ad quintum argumẽtum. Ad probationem dico, quòd febricitantibus inquantum febricitantibus conueniunt humida, ſed ipſis febricitantibus febre peſtilentiali non inconuenit, vt etiam conueniant ſicca. Sed quando dicis, Conueniunt humida: igitur non conueniunt ſicca, negatur conſequentia vt ſuprà: non enim inconuenit, reſpectu diuerſorum, in vna ægritudine conuenire ſicca & humida. Sed quando dicis, quia ſequeretur, quòd vni plura contrariarentur contra Philoſophum, &c. dico quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Philoſophus loco allegato dixit: Vni vnum contrariari æquè primo. ſed hoc non eſt contra philoſophum: quia humida contrariantur primo febri inquantum febris eſt: & ſicca contrariantur illi, inquantum peſtilentialis. Non igitur æquè primo contrariantur febri.

Ad ſeptimum patet reſponſio ex duodecimo notab. Certum eſt enim quòd bolus armenus exhibitus per os non retinet ſanguinem, quin per phlebotomiam exeat.

Ad vltimum negatur conſequentia. Præcuſtodia enim futurorum morborum ſimilis eſt correctioni iam generatorum, inquit Galenus quarto de Regimine ſanitatis, in principio, & primo de Differentiis febrium, capite quarto. Ad probationem dicitur, quòd medicinæ præſeruantes & curantes non differunt, niſi ſecundum magis & minus, vt ſuprà.

Ad confirmationem verò, quando tu dicis, Si valet in ſanitate, ergo non valet in ægritudine: negatur conſequentia. Ad probationem, quando tu dicis, Sanitas & ægritudo ſunt contraria, &c. Dico quòd ſanitas & ægritudo poſſunt dici contraria mediata vel immediata ſecundum

dum diuersum modum describendi sanitatem & ægritudinem. Si enim dicatur, sanitas est æqualitas, & ægritudo est inæqualitas, certum est quòd sunt contraria immediata: inter æqualitatem enim & inæqualitatem non cadit medium. & hoc modo intellexit Philosophus in prædicamentis. Si autem describatur sanitas in hunc modum, Sanitas est dispositio bona, per quam operationes fiunt incolumes: & ægritudo sic describatur, Ægritudo est dispositio pręter naturam, per quam operationes sensibiliter læduntur: manifestum est, quòd inter ipsas cadit medium. Inter perfectionem enim operationum & earum sensibilem læsionem, cadit insensibilis læsio. Et secundum hunc modum intellexit Galenus primo Artis: super quo est quæstio disputata de isto, & etiam prima primi. Non enim inconuenit, quòd idem conferat habenti duos morbos contrarios, aut duas alias dispositiones contrarias, respectu diuersorum, loquendo scilicet de contrario mediato, vt visum est in vndecimo notab. & dicit Galenus primo aphoris. commen. xvj. Quando igitur dicis, Sunt contraria, igitur non confert. negatur consequentia, vt patet ex præmissis:

missis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

miſſis:igitur,&c.

Et quia dictum eſt, quòd non ſolum reſponderemus ad argumenta ante oppoſitum, ſed etiam limitaremus aliqua ex his quæ ſunt poſt oppoſitum. dicitur ad primum, quòd verba Auicennæ non debent ita ſimpliciter intelligi, vt ſonant in argumento:quia addidit Auicen. hæc verba: Et hoc per phlebotomiam & ſolutionem ventris. Appellauit enim canones quoſdam generales, qui miniſtrantur ante materiei propriæ digeſtionem & exiccationem:vt dictum eſt in notabilibus, & hæc exiccatio eſt communiter dicta,vt ſuprà:& ſic accipitur in propoſito: de qua etiã loquitur de Cura variolarum,cum dicit,Et phlebotometur quantitate quæ exiccet, &c. nec intellexit de exiccatione propriè dicta.

Ad illud autem, quod dicitur de cibis deſiccatiuis, & alio regimine deſiccante, dico quod illud propriè conuenit corporibus lapſis ad humidum,& non ęqualiter omnibus corporibus, vt Galenus primo de Differentiis febrium,cap.4. vt infrà dicetur. & Raſis 17. Continentis ſimiliter, quia dixit de cibis deſiccatiuis frigidis & acetoſis, qualis non eſt bolus armenus, etiam quia ipſe non eſt cibus,

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſed medicina. Et ſic non valeret conſequentia, ſcilicet Conueniunt cibi deſiccatiui frigidi & acetoſi, ergo conuenit bolus armenus, quia deficit debitum medium. oporteret enim dicere, & bolus armenus eſt cibus deſiccatiuus, frigidus & acetoſus. At hoc eſt falſum: quia neque eſt cibus, neque acetoſus.

Secundum etiam argumentum intelligatur, quod bolus armenus valet in aliquibus putridis, ſcilicet ſaltem in peſtilentialibus propriiſſimè dictis, quæ ſunt quandoque putridæ: non autem in aliis quibuſcunque, vt in quæſtione dictum eſt. Ad Galenum autem dicitur, quòd non intellexit, vt omnia quę pręſeruant, curent. Dixit tamen eſſe ſimilia: remiſſiora tamen debent eſſe quæ præſeruant, quàm illa quæ curant: ideo expreſſit in de Differentiis febrium. Et quæ præcuſtoditiua dicitur ſecũdum quendam modum ſanationis. Non inconuenit tamen vnam medicinam præſeruare & valere in curatione: verum non omnis quæ pręſeruat, curat. Et ſi vis formalius reſpondere, negabis probationem conſequentiæ: cum dicitur. Conſequentia tenet, cum omnis peſtilentialis ſit putrida: quia aliqua peſtilentialis etiam propriiſſimè

dicta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

dicta eſt abſque putredine humorali: vt in quæſtione viſum eſt. Non enim dicimus putridam ſebrem quæ fit à putredine aëris, ſed quæ fit ab humoribus putridis.

Ad tertium dicitur, quòd licet bolus armenus valeat in difficultate anhelitus: non tamen in omni, vt in quæſtione viſum eſt. Quia ſolum valet in ea, quæ fit ex deſcenſu catarrhi: Non igitur valet conſequentia illata in dicto argumento. Magnitudo enim anhelitus quæ eſt in peſtilentialibus, eſt propter intenſum calorem & multitudinem vaporum ad cor eleuatorum. Valet tamen in caſu propter alia in quæſtione narrata.

Eodem modo poteſt dici ad quartum: quia licet bolus armenus valeat in fluxu ventris, & habentes febrem peſtilentialem faciliter incurrant fluxum ventris, non tamen propter hoc exhibetur & conuenit: quia non in omnibus aduenit, vel aptus eſt aduenire fluxus ventris. Tamen in omnibus verè & propriiſſimè peſtilentialibus poteſt exhiberi bolus armenus, modo tamen in quæſtione deſcripto. Alia autem argumenta pro parte affirmatiua quæſtionis clara ſunt, neque alia egent limitatione.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De cura pestilentiæ.

CVra pestilentię in duplex partitur regimen: præseruatiuum, scilicet & curatiuum. Illud quod præseruatiuum dicitur, in duo subdiuiditur regimina. Primum docet sex rerum non naturalium debitam administrationem. Secundum quædam ponit medicinalia à peste præseruantia. Regimen autem sex rerum nõ naturalium in sex partes diuisionem patitur, scilicet in regimen aëris, cibi & potus, somni & vigiliæ, motus & quietis, inanitionis & repletionis, & accidentium animi.

Verum antequam ad hæc particularia deueniam, quædam generalia præmittenda putaui, quæ in præseruatione à peste mihi visa sunt necessaria. Primum dignum esse duco ad omnium recurrendum conditorem. Sanat enim solus languores Deus (inquit Mesue) & quod futurum est de languoribus prohibet: sine cuius nutu (inquit Auenzoar) nil horum fieri contingit. Secundum obseruandum puto, quod vulgares non ignorant, imo regulam vocant generalem, Cito, longè, tardè. Citò fugere à loco infecto, longè ab eodem, tardè ad eum reuerti. Neque hoc ridiculose capiendum

est:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

eſt: cum animalia irrationabilia habitantia in cauernis tempore prædicto fugiant ab eis, propria relinquendo domicilia. Neque expectandus eſt peſtis aduentus, imo ſignis apparentibus futuræ, ex prima quarti, cap. proprio, cito fugiendum ſuadeo. Tertium obſeruandum eſt, vt quis caueat à conuerſatione cum infectis. Etiam ne quis mutet ſe ab aëre ſano ad infectum, neque tangantur panni, maximè linei vel lanei, qui portati fuerint à loco infecto. Quartum, vt ille qui præſeruari cupit, nullos viſitet infirmos, & multorum fugiat congregationes.

Quòd ſi modus fugiendi non fuerit, ad res non naturales redeo. His ergo ſi quis quemadmodum oportet vtatur, & iuxta quod eſt ad ea neceſſitas in ſingulis corporibus, in quantitate & qualitate, res conſeruant naturales in ſua habitudine, & generales illis fiunt, roboraturq́ue corporis ſanitas vſque ad horam naturalis corruptionis. Si autẽ aliter quàm oportet quis illis vtatur, corpus à naturali egreditur habitudine, fiuntq́ue diuerſarum ſpecierum ægritudines. Vſus autem horum ſex iuxta vnumquodque corpus erit adhibendus: vt ſi corpus temperatum eſt, regimen illi eligatur tempe-

ratum

ratum in omnibus prædictis. Si verò distemperatum sit corpus in omnibus, regimen eligatur ad oppositum, tantum à temperamento distans, quantum corpus à temperamento distare cognoscitur: nisi fortè eandem & eiusdem gradus velles distemperatam conseruare habitudinem: quoniam lapsi corporis naturaliter à temperamento per similia fit conseruatio, vt tertio Artis docet Galen. Ipsius autem ad temperamentum reductio per contraria fieri non ambigimus. Quoniam autem aer quocunque alio nos aptior est immutare, de ipso loqui incipiam.

Eligatur igitur aer secundum diuersitatem complexionum proportionatus: ita vt si corpus sit temperato humidius, tantum declinet aer ad siccum à temperamento, quantum ipsum corpus est temperato humidius. Quod similiter in aliis seruetur distemperantiis excepta sicca, quæ in casu venit conseruanda. Quod intellexit Galenus primo de Differentiis febr. cap.3. vbi inquit, Quæcunque igitur corpora humida videbamus, mox omnimodo siccare conabamur: quæ verò licciora, naturam antiquam in his custodiebamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Generaliter igitur eligatur aer ad ſiccũ & frigidum declinans, maximè in æſtate: qui ſi non poſſit naturaliter talis reperiri, artificialiter præparetur & rectificetur, ſpargendo in camera & tota manſione odorifera frigida & ſicca: ſicut ſunt ſandali, roſæ cum aqua roſata, canfora, & aceto. Item poma odorifera & pyra: & facere ſuffumigium ex corticibus ipſorum depilatorum. Item ſpargere folia vitis & ſalicis, aut facere ſuffumigia ex ladano, thure, ligno aloes crudo, ambra, muſco, coſto dulci, ſtorace, ſandaracha, gariofilis, & huiuſmodi. Item ſpargere violas, flores, nenufaris, & huiuſmodi.

Fiant flabellationes & euentationes, neque teneatur aer tota die recluſus, ſed ſtante claritate aeris, aperiantur feneſtræ ad ſeptentrionem propriè, ſtante domo in loco alto eleuato & mõtuoſo, maximè ſtante vento ſeptentrionali: quoniam ventus ille aptus eſt reſiſtere putrefactioni. frigidus enim eſt & ſiccus, rectificans aerem corruptum & peſtilentialem, vt ſecunda primi, doct. ſecunda, cap. de Naturis vẽtorum: & Auenzoar tertio Theiſir, tractatu 3. cap. 1. Eligatur domus ſpacioſa aeris liberi: & ſi poſſent haberi riuuli aquarum per eam decurrentes, eſſet

esset vtile. Teneatur bene munda ab omnibus infectionibus: sicut sunt herbæ quæ dimittuntur putrefieri in domibus, & similia fœtentia. Permittantur intrare radij solares: maximè mane per horam vel duas post solis ortum (stante tamen aere claro non turbido) non solùm in æstate, sed etiam hyeme.

Si non possunt haberi fenestræ versus septentrionem, eligantur ad orientem, aut ad occidentem: quoniam meridionales sunt deteriores venti: vt secunda primi, doct. secunda, cap. 8. & Auenzoar cap. allegato. Portetur pomum odoriferum in manibus.

Si verò sit pestis tempore hyemis, rectificetur aer, faciendo ignem in cameris & aliis partibus domus cum lignis iuniperi, vitis, salicis, lauri, arboris rosarũ, & huiusmodi. Ignis enim omnem aerem pestiferũ rectificat: Propter quod Hippo. docuit Athenienses in pestilentia ingentissima succendere ignes magnos per vicos in ciuitate, & circa eam: quapropter ab ea liberi euaserunt. vnde eidem statuam auream erexerunt, & ab eis pro Deo cultus est. Portetur etiam pomum odoriferum ex calidis odoriferis, vt infrà dicetur. Mediis verò temporibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

medio vtendum eſt regimine. Cauere ſimiliter oportet à balneis & ſtuphis,quę regimen aeris ingredi manifeſtum eſt, licet inter euacuationes naturales poſſit etiam computari.

Circa cibum & potum quinque generalia conſiderantur, ſcilicet quantitas, qualitas, hora, ordo, & modus præparationis vel artificij. Quantitas duplex eſt, ſcilicet continua & diſcreta. Continua quantitas cibi & potus eſt,quę in vna exhibetur vice, & illa conueniens eſt, cùm ex ipſa non prouenit magnitudo in pulſu & paruitas in anhelitu: quæ penes multa debet attendi. Primò penes quietationem naturalis appetitus, ſcilicet cùm cibus aſſumptus remouet appetitum. Secundò penes naturalem ſtomachi ſenſationem. Cibatio enim conueniens eſt, quæ ſtomachi excludit grauitatem & tenſionem: ſicut potus conueniens eſt, qui in ſtomacho non natat nec fluctuat. Cibi enim menſuratio eſt ſecundũ vſum & virtutem, cum ipſum recipit, qui ei grauamen non afferat, hypochondria non tendat, neque inflet, & rugitum faciat,neque natet:non accidat ex eo nauſea, caninum deſiderium, aut caſus appetitus: neque ingenij pigritia, neque

ſomnie

ſomnietas, nec ipſius ſapor in ructibus poſt tempus reperiatur: quoniam cùm poſt longum tempus ſapor cibi aſſumpti in ore repertus fuerit, erit deterius.

Nullus enim eſt cibus ita bonus, qui propter eius nimiam quantitatem non poſſit effici malus. Propter quod dixit Auicenna tertia primi, cap. de Regimine eius quod comeditur & bibitur: Ex cibo nullus ita replendus eſt, vt non ſit ibi locus ſuperfluus: ſed ab eo remouendus, reliquiis deſiderij adhuc in anima remanentibus. Hæ enim reliquiæ famis poſt horam deſtruuntur. Qui ſimiliter potus quantitatem cum voraci effuſione recipit, ſuæ ſanitati inimicus efficitur. Contrà: Auicenna prima quarti, cap. de Cura febris peſtilentialis, dicit: Qui viriliter agunt ſuper illud, & comedunt violenter, abſoluuntur & viuunt: & neceſſe eſt eos reſtaurare ſuper cibum: ergo quantitas cibi aucta eſt vtilis. Reſpondetur, quòd illud intelligitur in regimine curatiuo peſtis, in quo egent frequentiore exhibitione cibi. & minoris quantitatis, quia virtus debilitata eſt, & debent cogi ad comedendum: quia eorum appetitus eſt proſtratus: & hoc regimen ſimile eſt curæ venenorum. Et ſic reſponde ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

argumentum, negando consequentiam: non enim præcipitur, vt augeatur quantitas supra illud quo indigent.

Quantitas autem discreta est, vt bis in die comedamus (secundum Auicen.) aut de duobus diebus ter, scilicet vna die semel, & altera bis, scilicet mane & vespere. vsus tamen & consuetudo in hoc obseruari debent.

Qualitas verò cibi duplex est: prima scilicet & secunda. Prima scilicet, vt non sint cibi multum calidi, neque excessiuè humidi: sed potius temperati, parum ad frigidum & siccum declinantes.

Qualitas verò secunda est, vt non sint cibi nimis grossi, neque multum subtiles, nec faciliter inflammabiles & putrescibiles, sed sint boni nutrimenti, paucarum superfluitatum, facilis digestionis, quibus naturalis calor facilè possit dominari. Cauendum similiter à nimia ciborum diuersitate in vna mensa: quoniam ipsa à duabus impedit partibus. Vna est propter diuersitatem eorum in digerendo: alia quia plus ex vno cibariorum comeditur, quàm ex alio: vt dicit Auicenna tertia primi, cap. de Regimine eius quod comeditur & bibitur. Vbi similiter inquit: Et nihil quidem deterius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

terius est, quàm diuersa cibaria simul adiungere. Præterea in comedendo, tempus prolongare. Cùm enim postremum aduenit nutriens, primum iam incipit digeri:& sic partes in digerendo nõ similantur. Sunt tamen cibi diuersificandi secundum temporum diuersitatem, ita vt hyeme sint cibi multi nutrimenti, fortis soliditatis, æstate verò econtrario.

Variare etiam oportet cibos secundũ complexionum diuersitatem: ita vt melancholicis dentur cibi multum humectantes & parum calefacientes, cholericis frigidi & humidi: illis verò in quibus sanguis generatur phlegmaticus, dentur cibi pauci nutrimenti, in quibus sit caliditas & subtilitas. Ille autem in quo generatur sanguis bonus & calidus, nutrientibus indiget frigidis & pauci nutrimenti, vt inquit Halyabbas 5 theoricæ. Hoc tamen intellige, quando dictas complexiones ab vlteriore lapsu præseruare volueris, aut versus temperamentum reducere.

Hora autem cibi conueniens est, vt qui in naturalibus non est impeditus operationibus, non comedat nisi postquàm aduenerit naturalis appetitus, dicente Auicenna tertia primi. cap. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Regimine eius quod comeditur & bibitur. Oportet præterea ne aliquis comedat niſi poſt deſiderium: neque in hoc tardetur cùm ebullierit, niſi fuerit mendoſum, vt ebriorum deſiderium & habentium faſtidium: quoniam tollere famem, ſtomachum putridis replet humoribus. Et ſubdit parum pòſt: Et omnes qui volunt ſanitatem cuſtodire, non comedant aliquid, niſi deſiderium fuerit certum, & ſtomachus & ſuperiora inteſtina à primo nutriente fuerint euacuata. Quod enim in corpore eſt deterius, eſt nutriens, ſuper nutriens, quod non eſt digeſtum, mittere.

Ordo etiam in cibariis debet obſeruari: ita ſcilicet vt ea quæ ſubtiliora ſunt, & ad digerendum faciliora, præponantur contra communem obſeruantiam, vbi communiter præmittuntur aſſata & huiuſmodi. Neqûe poſt cibum labilem debet comedi cibus valde groſſus: quoniam ex lubrico trahentur partes cibi groſſi ante digeſtionem: ſed poſt labilem oportet accipere medium in facilitate digeſtionis & eius difficultate: niſi fortè quis eſſet multum famelicus, aut ſtomachum haberet naturaliter calidum, aut vbi eſſet ſtomachi laxitas: quia tunc licere

liceret aliquantulum ſolidiora præponere, & ad digerendum parum difficiliora.

Malitia autem artificij eſt, ſicut quãdo lac permiſcetur cum ſinapi, aut cum rebus acetoſis, vel piſces cum lacte, aut comedere cibaria in quibus ingreditur ſanguis animalium, poſt orizum cum lacte. Similiter ponere in ferculis oleum, quod ſtetit in vaſe æneo: & comedere carnes aſſatas ſuper prunas ligni reſinæ, aut comedere aſſaturas, quæ poſt aſſationem fuerint coopertæ: de quibus dicit Auicen. ſexta tertij, cap. de aſſaturis & carne cooperta. quòd acquirunt ex tali coopertura venenoſitatem ſæua efficientem accidentia. Mala etiam maſticatio ad hanc malitiam præparationis reducitur.

Particularis autem ciborum & potuũ conſideratio eſt, vt euitentur omnia cibaria ſuperfluè humida, cum caliditate debili, ad digerendum difficilia, groſſæ ſubſtantiæ, oppilatiua, dulcia multum, facilè putreſcibilia, & huiuſmodi. De quorum numero ſunt panis de milio, panico, melica, & de frumento corrupto vel tineato, aut collecto in locis peſtilentialibus, vbi aer fuit infectus, qui panis non eſt bene coctus nec bene fermenta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tus: omnia cibaria de paſta azyma, rizū, omnia genera leguminum, quibuſdam exceptis, de quibus infrà. Carnes bouinæ, vaccinæ, ceruinæ, hircinæ, arietinæ, & animalium omnium decrepitorum, auium aquaticarum, porcorum, & columborum, niſi in quantitate modica. Piſces paluſtres propriè magnorum corporum, ſquamis carentes, maximè qui ſint putridi aut putrefactioni propinqui, & omnia cibaria multæ vnctuoſitatis & pinguedinis. Et herbata impinguata: ſicut ſunt turtæ, artetellæ & ſimilia.

Sapores etiam dulces qui cum cibis comeduntur, vt ſapa vini, ſcilicet muſtum coctum, &c. Et ſapores acuti, ſicut ſinapi, piperata, eruca & huiuſmodi. Similiter confectiones calidæ & humidæ: vt pineatum, diaſatyrion, & huiuſmodi. Paſtilli etiam non laudantur, ſiue in teſtula præparentur, ſiue in ollis coopertis fiant. Et de numero prædictorum ſunt fructus humidi: ſicut ceraſa, mora, ficus, perſica, vuæ recentes humidæ, pepones, & huiuſmodi, niſi in quantitate modica. Similiter omnia genera tuberum & fungorum, caſtaneæ, nuces rancidæ & antiquatæ, & generaliter omnia habentia ſuperfluam humiditatem cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

caliditate debili, vt suprà, siue sint naturaliter talia, siue ex artificio. Interiora etiã animaliũ grossorum, excepto hepate laudabilium animalium, de quibus suprá.

Panis verò eligatur ex optima farina frumenti, tempore, & in loco sano collecti, ab omnibus immundiciis bene depurata, non omnino à partibus furfureis spoliata, optimè pinsatus & fermentatus, ac pauco sale conditus, bene coctus, vna permanẽs nocte, & non comedatur calidus, sicut à furno extrahitur: cum quo licet plura medicinalia vtilia possint permisceri, quia tamen communissima est materia, sine qua vix viuere licet, eum absque vlla alterius rei mistione, duxi conficiendum.

Carnes laudabiles sunt capones, gallinæ, pulli, fasiani, perdices, cuniculi, lepores, capreoli, capreti, mutones iuuenes, & huiusmodi. Aues etiam paruæ in nemoribus degentes, sicut sunt griuæ, turdi, merulæ, & huiusmodi, exceptis passeribus. Agnorum etiam paruorum carnes conuenire possunt. Obseruetur tamen circa earum comestionem, vt calidæ sint: quoniam quando comeduntur refrigidatæ, acquirunt malitiam. Cuius contrarium accidit in carnibus hœdi: sunt

ſunt enim comedendæ poſt earum effumationem & euaporationem.

Eligantur igitur carnes prædictæ ex animalibus ſanis, quæ vſa fuerint nutrimento laudabili & eligantur potius nigra quàm alterius coloris. Eorum etiam pars dextra leuior eſt (ſiniſtra tamen melior) & maſculina quàm fœminina:& illa quæ adhæret oſſibus eſt digeſtibilior. Caro mammillarum eſt boni nutrimenti:teſticulorum verò caro melior eſt aliis:& pedes animalium quadrupedum domeſticorum, meliores ſunt aliis partibus eorum. Oportet etiam vt in his conſideretur ætas dictorum animalium, vt ſcilicet non ſint decrepita, neque etiam generationi nimis propinqua. Similiter conſiderentur loca paſcuorum: quia ſi nutrimentum eorum fuit laudabile, ſunt conuenientiora. Conſiderentur ſimiliter eorum exercitia: quia animalia quæ multum exercentur ſunt laudabiliora (cæteris paribus) Ex pullis autem gallinarum abiiciantur colla & capita:quoniam deducunt ad cæcitatem, vt inquit Auenzoar primo Theyſir, cap. de Debilitate viſus. Cerebrũ autem prædictorum animalium non multum laudatur, nocet enim ſtomacho, efficit nauſeam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nauſeam, & delet appetitum. Si comedatur ſuper cibum, facit vomitum. Minus tamen malum cerebrum eſt illud, quod ex volatilibus accipitur, propriè montanorum. Poſſent autem carnes prędictæ decoqui in aqua, & in earum brodio fieri fercula conuenientia ex infra ſcriptis. Aut aſſari & farciri cum modico pinguedinis vituli, aut porci iuuenis non rancida. Fercula autem quæ in prædictarum carnium brodio fieri poſſunt, ſunt ſicut ſemula, amygdalata, far, hordeum excorticatum, amydum (maximè in his qui ventrem habent lubricum) taglierini de paſta fermentata, qui apud aliquos vocantur menueti, & apud Catalanos vocantur macharon auenata, colatura ſurfuris, quæ fit ſcilicet capiendo duos aut tres pugillos furfuris frumenti, & infundere in debita quantitate aquæ calefactæ: facta reſidentia, abiiciatur aqua cum eo quod natat ex furfure: & coquatur reſidentia cum brodio carnium, aut cum lacte amygdalarum, aut aqua & oleo communi: aut colare dictam reſidentiam cum petia bene munda, & coquatur colatura, vt ſuprà. Cicera etiam & brodium ipſorum propriè, & cicerculæ apud aliquos poſſunt conuenire. Ex her-

bis

bis laudantur borrago, buglossa, acetosa inter cæteras, quæ nobis vulgò dicitur exiuola, ab Vltramontanis autem vocatur aygreta vel salieta, calendula, melissa, endiuia, atriplices, portulaca, lactuca, blitum, spinachia, cressones, senetiones, mentha, petrosillum, fœniculum, & huiusmodi. Cucurbitæ etiam si debitè præparentur, bulliendo scilicet prius eas cum cidoniis, & eiecta prima aqua bullitionis, coquendo eas in brodio pingui, addito modico origani, agrestæ, & seminis fœniculi possunt ministrari. Possunt etiam fieri fercula ex vitellis ouorum recentium, cum agresta & brodio, & apud nos vocatur brodium granatum. Magis tamen laudantur oua per se, quàm cum alio cibo. Est tamen multum aduertendum, ne sint per decoctionem indurata. Posset similiter fieri ferculum ex pane infuso in aqua calida per diem, vel noctem: postea remota aqua natante exprimatur, & coquatur in brodio, & iste vocatur panis mutatus.

De caseo autem & lacte apud eos qui consueti sunt eo vti, non multum vituperatur, ex sano tamen animali receptus: maximè qui medius existit inter nouum & antiquum: licet aliquibus in casu ma-

gis

gis placeat nouum exhibere, nisi fortè essent aliquæ aliæ dispositiones, propter quas concedi non posset. Similiter vti possumus seracio non superfluè salito: similiter lacte acetoso extracto butyro & aqua lactis etiã tempore æstatis. Hora tamen cõuenientior ad comedendum caseum, est circa finem cibi, & in fine eius.

Pisces autem quibus cum minore trepidatione vti possumus, sunt marini, de medio sale, dummodo nõ sint corrupti, vel corruptioni propinquĩ. Tonina bene à salsedine spoliata, quæ pinguis sit, non rancida. Pisces similiter aquarum fluuialium, sicut sunt trutæ, lucij, temoli, friciæ, & huiusmodi. Pisces etiam parui petrosi aquarum fluuialium sunt conuenientes, & possunt præparari, coquendo scilicet super craticula, & aspergendo super eos oleum oliuarum, & in fine post perfectam coctionem apponere modicum cinnamomi, & succum citrãguli, vel agrestam, vel acetum, aut aliquid huiusmodi. Aut coquantur in vna parte vini, & altera aquæ: aut in vino puro albo. Et quando bulliunt, possunt cum eis misceri aliqua ex herbis suprascriptis, addito modico croco, & cinnamomo, ac gariofillis. Cauendum tamen

est,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

est, ne super forte exercitiũ comedantur.

Sapores autem qui cum prædictis comeduntur carnibus, diuersificantur secundum temporum diuersitatem. Æstate enim fiunt cum agresta, aceto, citrangulis, limonibus, vino granatorum, vel citoniorum, aut berberorum, succo acetosæ prædictæ, aut succo capreolorum vitis: & cum eis aliquãdo ponitur saccharũ & cinnamomum, ad eorum frigiditatem & acuitatem reprimendam. Aliquando cum prædictis pistatur hepar caponis vel gallinæ, & fit salsamentum bonum. Hyeme verò & autumno addãtur succis prędictis cardamomum, galanga, coriandrum præparata, & similia. Multa alia possunt fieri salsamenta. Sed nostris temporibus modos gulæ, & totius epiglottidis ac meri apud omnes (etiam non anatomistas) sine doctore clarè cognoscimus innotescere.

Fructus verò quibus cum minore suspitione vti possumus, sunt vuæ passulæ, & etiam aliæ vuæ non recentes, humidæ in principio cibi: nuces recentes vino ablutæ, & zuccharo aspersæ. Pruna, cappares bene à salsedine depurati: citranguli, granata, citonia similiter in fine cibi, & huiusmodi, in modica tamen omnium

nium quantitate. Et si quis ficubus, nucibus & foliis rutæ simul mistis vteretur, capiendo ficum, nucem, & duodecim folia rutæ omni mane, esset bonũ bezoar contra omne venenum. Potus autem conueniens est, vt eligatur vinum rubeum, vel album, clarũ, bene maturum, non multum potens, neq; multum dulce, quod limphetur secundum vini potentiam, & bibentis consuetudinem ac dispositionem. Euitetur aqua turbida, similiter vinum turbidum & ruptum, acutum vel amarum corruptioni paratum, quod est in itinere, vel ad sanctum Antonium prope Rippolas proficiscatur: mali etiam saporis, vel odoris, in quo gustantis animus non delectetur.

Quantum verò ad somnum & vigiliam, procuranda est dormitio nocturna & matutina. Fugere oportet diurnam dormitionem (nisi fortè in casu malæ dormitionis nocturnæ.) In quo casu liceret dormire per mediam horam, vel per horam, dummodo esset longè à pastu assumpto per duas horas ad minus, capite debitè eleuato, & reliquis partibus personæ debitè coopertis. Dormire enim in die malum est, & ad malas præparans ægritudines: quoniam generat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ægritudines humectātes, rheumatiſmos, corrumpit calorem, indurat ſplenem, laxat neruos, efficit pigritiam, debilitat appetitum, & generat febres & apoſtemata frequenter. Ille tamen qui conſuetus eſt, non debet ſubitò interrumpere, ſed paulatim: quoniam non minus periculoſum & difficile eſt conſuetudinem quàm naturam permutare. Situs autem ad dormiendum conuenientior eſt, vt ſi quis quærat facilitatem deſcenſus cibi à ſtomacho, iaceat primò ſuper latus dextrū. Si verò diuturniorem moram cibi in ſtomacho appetat, ſicut qui debilem habet ſtomachi digeſtiuam, dormiat ſuper ſiniſtrum: vt Auic. xiij. tertij cap. de Curatione debilitatis digeſtionis. Situs tamē generalis eſt, vt quis primò ſuper dextrum iaceat latus, & cùm excitatur ſuper ſiniſtrum ſe reuoluat. Reſupinè verò dormire nocet: quoniam materias ad poſteriora facit declinare, quæ retinentur, & per ſuos non incedunt cannales naturales, qui ſunt ab anterioribus, ſicut nares, palatum, & ſimiles. Super ventrem verò inchoare dormitionem, conuenit ei qui habet digeſtiuam debilem: deinde ſuper ſiniſtrum, & poſtea dextrum: licet dixerimus de ſtatione ſuper

ſiniſtrum latus. Non enim inconuenit ſitus diuerſos reſpectu diuerſorum eodem modo operari. Dormire autem ſuper vacuitate nocet. Somnus verò temperatus in hora ſua omnes operationes naturales vitales & animales fortes efficit: vt tertia & ſecunda primi. Generaliter nimius ſomnus, & nimia vigilia nocent: Somnus & vigilia (inquit Hippocrates Aphoriſmo ſecundo) vtraque magis modo facta, malum.

De motu autem & quiete dicendum, quòd debent ſecundum complexionum & habitudinum corporum, quæ eas ſequuntur, diuerſitatem variari. Qui enim calidæ ſunt complexionis, ſi ſuperabundanti exercitio vtantur, faciliter eorum calor augetur, nocétque illis, virtutes debilitantur, febres emergunt, calorem eorum naturalem extraneãdo, maximéque ſi eorum complexio cum caliditate ſit ſicca. Quòd ſi tales magis ad quietem declinauerint, eorum temperatur complexio naturalis, ſiúntq; eorum corpora ſaniora & fortiora. Quę verò corpora frigidę ſunt cõplexionis, melius eſt vt exercitio paulò ampliore vtantur: excitatur enim calor eorum, & augetur, fitq; in numero naturalium facientium ſanitatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ac temperatus efficitur: maximéque ſi cum frigiditate complexionis dominante iungatur humiditas. Sícque obſeruandum eſt in omnibus aliis non naturalibus rebus. Aduertendum tamen eſt de dicta complexione phlegmatica: quia ſi eſſet abundantia phlegmatis in venis, aut in alio membro, cui non eſt periculum. Si multiplicetur exercitium, ſuperfluitates liquefacere facit congregatas & coagulatas, & decurrentes præcipitat ad aliquod membrorum nobilium, & illud debilitatur, totum quoque corpus ſimul infrigidatur & humectatur. Ideo dictum eſt, vt paulo ampliore exercitio vtantur, & non multum ampliore. Iſta eſt ſententia Haly abbatis quinto Theoricæ, cap. de Diuerſitatibus exercitij, vbi ſubdit, neceſſitatem exercitij eſſe propter tria. Primum, vt naturalis calor expergefiat & augeatur, qui confortatus, cibos fortius trahat, velociúſq; digerat, illos quoque membra ſuſcipiant. Secundum eſt, vt poroſitates aperiantur, ſuperfluitatéſque corporis diſſoluantur. Tertium, vt propter ipſum membra indureſcant, & confortentur in ſuis actionibus, fiántque impaſſibiliora ab alterantibus cauſis. De quo etiã dicit Fulgẽtius, Exer-

citium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

citium eſt humanæ vitæ conſeruatio, caloris naturalis lima & excitatio, virtutum roboratio, ſuperfluitatum conſumptio, temporis lucrum, ocio inimicum, iuuentutis debitum, & ſenectutis gaudium. Et ſubdit: Ille igitur ſolus ab exercitio abſtineat, qui ſanitatis gaudio vult carere. Auerrois verò ſeptimo Colliget, inquit, Exercitium temperatum conſeruandi ſanitatẽ mirabilis cauſa exiſtit. Et Auicenna tertia primi, doctrina ſecunda, cap. I. inquit: Plurimum regiminis cõſeruationis ſanitatis eſt, vt nos exercitemur. Qui enim ad exercitiũ conuertuntur æquale & in hora ſua, non egent medicaminibus quæ neceſſaria ſunt ægritudinibus materialibus, & quæ eas ſequuntur. Propter quod inquit Rhaſis 17. Continentis, quòd in quadã peſte ferè omnes fuerunt mortui, pręter venatores, qui cõuenienti vtebantur exercitio. Et 4. ad Almanſorem inquit, Sanitatem conſeruari bonitate mẽſurationis motus & quietis. Galenus verò 2. aphoriſ. ſuper 48. aphoriſ. inquit, Exercitium vtile eſt: commouet enim naturalem calorem, & validas facit quæ in corpore ſunt virtutes naturales, vitales & animales. Adeò ergo vtile exiſtimatur exercitium, vt ſine eo ſani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tas conſeruari non poſſit, niſi fortè quis frequenti medicinarũ vſu potiretur, aut fricationibus locum exercitij tenẽtibus, dicente Auicenna tertia primi, doct. ſecunda, cap. 1. nullum eſſe nutrientium in potentia, quod ſecundum eius totalitatem in ſubſtantiam nutriti poſſit conuerti: imò à quocunq; aliquid reſecatur ſuperflui, quod natura per ſe non poteſt euacuare, & niſi euacuetur cum medicinis venenoſis, quas proculdubio naturæ ferre eſt moleſtum, aut reſoluatur per exercitium, aut fricationes locum eius tenentes, congregabuntur ſuperfluitates illæ, aut current ad aliquod membrorũ principalium, & horrendas cauſabũt ægritudines. Intellige tamen ſanè de exercitio ſcilicet tẽperato: quia exercitiũ mediocritatem excedẽs inflammat, & ſi multũ ſuperfluat, reſoluẽdo pro certo infrigidat.

Quies verò (inquiunt Auicẽ. ſecunda primi, doc. ſecunda, cap. 12. & Haly abbas 5. Theoricæ, cap. 12.) ſemper eſt infrigidans, propter priuationem viuificationis caloris, & propter cõſtrictionem quæ eſt ſuffocans & humectãs, & propter defectum reſolutionis ſuperfluitatũ. Subdit tamen Haly abbas, vbi ſuprà, quòd aliquando quies calefacit, quãdo ſcilicet in

corpore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

corpore dominatur mala complexio calida intantum, vt qui ab eo dissoluuntur vapores, acuti & fumosi sint: tunc si motus ei fiat temperatus, dissoluitur superfluitas illa calida cum facilitate: si autem requie vtatur & ocio continuo, vapor ille cōcluditur acutus qui dissoluebatur à corpore, congregatque & genera parit ægritudinū, maximeque cum aër est frigidus. Species verò exercitij, etsi plures sint, vnusquisque tamen potest exerceri secundum exercitium sibi magis consuetum. Laudantur deambulationes & in iuuenibus lucta & ludus paruæ sphæræ & similia. Quòd si contingat, vt nō possint esse exercitia corporalia, sint saltem mentalia: sicut cantare, legere historias morales seu theologicales, & huiusmodi. Tales enim delectationes animales sunt causa, vt virtutes ministrantes vegetatiuę potentiæ fortiores reddantur ad resistendum ægritudinibus & earum materiebus. Exercitij verò quantitas laudabilis est vsque ad sudorem exclusiuè, plus & minus, secundum corporum diuersitatem, vt suprà dictum est.

In casu tamen est corpus prius mundificandum (si sit repletum) deinde temperatè exercendum, & hora conuenien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ti, quæ eſt, quando ſtomachus ſuam perfecit digeſtionem. ſimiliter hepar & venæ, & vt alterius cibi & hora iam aduenerit, & vt corpus ſit mundificatum à ſuperfluitatibus vrinæ & egeſtionis: & corpus, vt ſuprà, non ſit repletum malis humoribus, quos exercitium in corpus diffunderet. Melius tamen eſt corpore pleno quàm inanito & vacuo vti exercitio: ſimiliter calido & humido, quàm cum infrigidatum & exiccatum. Diuerſificatur etiam exercitium in hora ſecundum temporum diuerſitatem: quia melior hora in Vere eſt iuxta meridiem, & in domo temperata. In æſtate verò oportet ipſum præcedere, ita ſcilicet vt fiat mane. In hyeme autẽ tardetur vſque ad noctem, niſi ſit quod prohibeat, & prius eſt locus calefaciendus, deinde ambulandum. Cauendum eſt autem à laborioſis exercitiis propriè ſumpto cibo immediatè: quoniam prohibent digeſtionem, aut ſunt cauſa corruptionis cibi in ſtomacho. Superfluum enim exercitiũ inflammat: & ſi multum ſuperfluat, calorem naturalem debilitat reſoluendo, vnde corpora peſti efficiuntur paratiora, & aliis ægritudinibus. Hæc de motu & quiete ſufficiant. Inanitionem ſimiliter & re-

pletionem

pletionem non minus euitare debemus. Corpora enim quæ malis plena ſunt humoribus, & quorum ſuperfluitates non conſumuntur, vt decet, ſed augmentantur per ocium & quietem,& illa quæ aſſiduant coitum & balneum, ſunt illa quæ de facili à peſte mutantur & epidemia, inquit Raſis 17. Continentis, 6. cap. Procurandum eſt igitur, vt naturales euacuationes ſint ſecundũ quod oportet: quæ ſunt egeſtiones vrinæ, munctiones quę à palato & naribus defluunt, fluxus hæmorrhoidum & menſtruorum: cum quibus etiam naturalibus euacuationibus balneum & coitus numerãtur, teſte Halyabbate 5. theoricæ, cap. 1. Si enim hęc omnia fuerint ſecundum quod oportet, ipſa erunt vtilia: ſi verò à naturali ordine, quãtitate, aut qualitate remota fuerint nocent, & morbos generant, ſecundum illius exceſſus naturam. Nam ſi retineãtur egeſtiones, colica fit paſſio, teneſmus, torſio & anguſtię in ventre, defectus appetitus, animæ turbatio & ſubuerſio, cholerarum vomitus, inteſtinorum & ſtomachi ventoſitas generatur. Si autem augeatur egeſtionũ euacuatio, virtus diſſoluitur & debilitatur. Si vlterius augeatur virtus, caſui appropinquat: & ſi quod eua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cuatur cholericũ eſt, vlcera excitantur in inteſtinis. Vrina cum egredi prohibetur, difficultas cauſatur vrinæ & eius aduſtio in veſica, renibus & meatibus. vrinæ dolores, & inde vlcera procreantur. Si autẽ amplior mediocri vrinę fiat emiſſio, ſitis clamoſa ſubiungitur, virtus debilitatur & proſternitur, corpus quoque deſiccatur. Sed quæ ab ore & naſo emittũtur ſuperfluitates, ſi vltra conſuetum retineantur, capitis dolores, oppilationes, vertigines, ſtupores, aliæve ægritudines cerebri generantur: ampliore autem facta emiſſione, vigiliæ ſuccedunt, lenitas, faciei exiccatio & oculorum, ac his ſimilia. Laborandum eſt igitur, vt prædictæ naturales euacuationes ſint ſecundum naturalem curſum, ſaltem artificialiter: quod intellexit Gal. I. de Differ. febr. cap. 3. dum dixit: Quæcunque verò ſuperfluitatibus erant plena, purgationibus ſanabamus: oppilationes autem aperiebamus, & expurgabamus, &c. Et quoniã ſpermatis emiſſio quædam exinanitio eſt, quæ in cuſtodia ſanitatis neceſſaria eſt quod fecit natura ad fouendam animalis ſpeciem, cum nõ potuerit in indiuiduo cõſeruari, dignum duxerunt auctores inter naturales euacuationes coitũ computare. Verum multi non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ti non ad ſanitatem, neque ad ſibi ſimile procreandum (qui ſunt eius fines naturales & intellectuales) eo vtuntur, ſed ſolum ad ſenſualem libidinem & delectationem, omiſſo penitus intellectuali iudicio: quos beſtiales licet appellare, cum iudicium æſtimatiuæ virtutis (quod nobis & beluis commune eſt) iudicio intellectus (quod ſoli homini conuenit) præponere non vereantur: de quibus intellexit Plato, loquẽs de tranſmigratione animarum. Homo enim per rapinam efficitur leo, per concupiſcentiam porcus, & ſic de reliquis. Neque arbitrandum eſt tam vilem fuiſſe dicti Platonis conſideratiouẽ, vt illi imponitur, vt crederet animas exeuntes à corporibus humanis intrare corpora beſtiarum. Dicendũ eſt igitur, quòd coitu ad fines prædictos vtendũ eſt moderatè. dimiſſio enim in aſſuetis aliquando ad graues perducit ęgritudines: vt Halyabbas 5. theoricæ, cap. 36. Et Gal. 6. interiorum penul. & etiam fin. cap. & Auicen. ſecunda tertij, cap. 11. Ex coitu etiam ſuperfluo non minora, imo maiora, grauiora & ad corrigendum difficiliora cauſantur accidentia, locis colligenda allegatis. Temperatus autem coitus, qui fit tempore quo aliæ expurgantur

gantur superfluitates, alleuiat corpus, & præparat ipsum ad augmentum, & quandoque per ipsum expelluntur cogitationes dominātes, & acquiritur audacia, & domatur ira superflua, & acquiritur in moribus grauitas, & confert melancholiæ & pluribus aliis ægritudinibus. Alia quoque facit iuuamenta ex xxiij cap. colligenda. nocet tamen super repletione, similiter super inanitione, licet inanitio sit deterior, infrigidato similiter corpore magis, quàm calefacto. Hora conueniēs est, qua consueuerunt aliæ superfluitates expelli, cōpleta digestione stomachi hepatis & pro parte venarum: neque potest præcise hora limitari, imo diuersa est, secundum hominū naturam diuersam: neque coeundum est, nisi natura incitante, propter spermatis multitudinē, non propter sensuales cogitationes, quæ ad hoc inordinatè moueāt. Ea propter dixit Gal. interiorum 6. fin. cap. Volens abstinere à venere, cesset cogitare circa actum venereum: quoniam frequens veneris cogitatio stimulat ad venerē. Quod de egestionibus, vrinis, munctionibus, & emissione seminis dictum est: idem de hæmorrhoidum ac menstruorum fluxu & balneis, aliisque euacuationibus naturalibus intelligere

telligere oportet. Assuefaciendum est igi
tur corpus emissioni superfluitatū natu-
ralium quę sunt in eo: & si plus quàm de
ceat fiant, reprimantur. Defectus enim &
superabundantia ad easdem ducunt dif-
ferentias: inquit Gal. 3. Artis.

Animę verò accidentia secundum eo-
rum diuersitatem corpus nostrum diuer
simode possunt immutare. Quædā enim
sunt quibus calor repentè interius con-
centratur, quædam quibus cum hoc cir-
ca cor ebullit: quædam propter quæ subi
tò ad exteriora mandatur: aliqua verò
quæ in principio rei calorē concentrant,
deinde in circumferentia totum corpus
inflammant. Quæ omnia dinumeranda
putaui, & sunt hęc: ira, gaudium, cura, tri-
stitia, stupor, timor & verecundia. Ira se-
cundum Auic. in libello de Viribus cor
dis, est motus ad expellendum lætitiam,
& quæ veræ delectationi conuenientia
sunt. & dixit Halyabbas quinto theoricę,
cap. vlt. Ira est sanguinis cordis ebullitio,
naturalisque motus caloris, & ad exterio
ra exitus, semel subitoque, ad vlciscenda
quę nocent. Quādo enim superabundat,
calefacit & exiccat corpus, cholerā mul-
tiplicat rubeam, ita vt aliquādo ex ea, sci
licet ira, febris generetur ephemera: & si
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in corpore ſint humores ad putreſcendũ parati, febres generantur putredinis, ſecundum naturam illorum : & ſi multum ſuperfluat ira, calor naturalis debilitatur, tremor quandoque accidit : & ſi vlterius augeatur, defectus ſequitur, & inde mors cauſatur. Eſt autem ira accidens conueniens hominibus frigidarum complexionum, dummodo non fiat vltra modum: calorem nanque naturalem commouet ad exteriora, cum quo etiam ſanguinem mittit arterialem, forti motu & veloci, & naturalem efficit totius habitudinis colorẽ: & caro immutata prius augetur, quia ſanguis à venis egreditur, & in membris reſidet. Gaudium autem ſecundum Auic. cap. allega. eſt delectatio quædã. Omnis autem delectio eſt apprehẽſio aduentus propriȩ perfectionis ab aliqua virtute apprehenſiua: ſicut in ſenſibus apprehenſio dulcis & ſapidi guſtus; & apprehenſio victoriæ iraſcitiuæ virtutis: & apprehenſio alicuius vtilis contingentis æſtimatiuæ & opinatiuæ virtutis. Omnis autem perfectio ſeu etiam delectatio eſt naturalis alicui virtuti, & econuerſo : omnis nanque perfectio alicui virtuti eſt delectatio ei, &c. Secũdum verò Halyabbatem, vbi ſuprà, Gaudium eſt naturalis exitus caloris ad

ris ad corporis exteriora, eiusque diffusio paulatim facta. Huius est animã confortare, & calorem naturalem in omni corpore, & humores temperare, & augere sanguinem propter temperantiam naturalis caloris, & corpori facere corpulentiam: ideoque omnibus conuenit corporibus temperatis, nisi quòd quãdo semel subitumque fit, aliquando interficit, propter dispersionem & dissolutionem naturalis caloris. Legitur quòd Hames in nimietate gaudij, quod subitum ei superuenit, periit. Idem de plurimis mulieribus Græcorum, quæ cum crederent viros suos in Troiano bello defecisse, cum eos improuise & inopinatè vidissent, statim præ nimio gaudio spiritibus à corde diffusis interierũt. Titus etiam Vespasiani filius cum patrem suum creatũ imperatorem intellexisset, grauissimam incidit in ægritudinem: quod præuidens Hippocrates, veniens ex Athenis domum suam sapientissimus, pręmisit nuncium, qui ipsum Hippocratem cæcum nunciauit: vt eo dolore domesticorum suorũ superflua mitigaretur lætitia. Tristicia verò est naturalis caloris ingressus ad corporis interiora paulatim intantũ, vt quandoque febrem afferat ephemeram &

ram & ſi multum perduret, omnia calefa cit membra : & quandoque perducit ad hecticam,& ſi corpus ſit frigidæ complexionis, extinguitur calor,conuerſione ipſius ad interiora. Triſticia enim omnibus eſt nocens corporibus, & illa ſubuer tens maximeque frigida & ſicca: ſtupefa cit etiam & naturam corrumpit habẽtis: Ethic. 3. Exterminat quoque & immutat corpora à naturali conſiſtentia, vt 3. Artis. Spiritus etiam triſtis(inquit Salomon in prouerbiis)exiccat oſſa:lætus verò flo ridam vitã ducit. Timor verò eſt ingreſſus caloris naturalis ad interiora propter fugam animæ ab aliquo nocente & exaſperante:cum naturale ſit animam à nocentibus & ſubitantibus, quæ non conſueuit timere & fugere. Verecundia autem & ſtupor fiunt ingreſſu naturalis caloris ad interiora, regreſſuque ſimul ſubito ad exteriora. Calor enim à verecun dia mouetur primum totus ſimul ſubitò, quemadmodum accidit tempore pauoris,fugiens ab eo quod verecundatur,de bilitatis cauſa : deinde roborat illum cogitatio,& ad exteriora reducit ſimul,vnde & color tempore verecũdiæ rubeſcit. Et licet aliqui dicant , quòd verecundia corpori minime conueniat:in aliquibus tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tamen ægritudinibus conferre poteſt: propter quod dixit Auic. quarta primi cap.1. quandoque etiam confert ſedere cum eo à quo verecundatur, & quem erubeſcit: quoniam ægrum prohibet à rebus quæ ei nocent.

Cura autem eſt ingreſſus caloris ad corporis interiora aliquando, aliquando autem egreſſus. Intrat autem cùm deſperat de quibus ei cura eſt: exit verò, cùm adipiſci ſperauerit. Oportet autem eum, qui continuo & diuturno vtitur gaudio, cogitationem quoque immiſcere rebus, ne fortè, vt ſuprà, naturalis calor præ nimio gaudio diſſoluatur. Mirabiles enim videmus effectus ex animæ paſſionibus fieri: aliquando enim ad mortem deducunt ſubitam, & aliquando à grauibus ægritudinibus repente ad ſalutem: quemadmodum accidit Tito prædicto, quem peritus medicus fecit multum ad iram prouocare, quæ vt ſuprà expellit lætitiam, & ea quę verę delectationi ſunt conuenientia, taliter quòd ſuo fortificato calore ſtatim liber effectus eſt. Simile narrat Valerius Maximus lib.1.tit. de Miraculis. de quodam athleta milite, qui dum eſſet mutus, & victoriæ præmiũ ei eriperetur, vehementi ira comótus, liber

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

vocalis euaſit. Quod etiam timor efficere poteſt. Videmus enim plures in paroxyſmo quartanæ timore agitatos, liberos à quartana tranſire. Dicendum tamen eſt de ipſis animæ accidentibus, ſicut de cæteris non naturalibus rebus, quòd inter extrema vitioſa medium laudabile ſit: Cæteris tamen paribus, conuenientius eſt ad gaudium & lętitiam, quàm ad alias paſſiones animales declinare. Inter quas timor de peſte & fortis imaginatio ſuper eam ſunt in caſu cæteris animæ paſſionibus deteriores. Sola enim imaginatio fortis & timor de peſte facillimè deducũt ad peſtem. Dicẽte Auic quarta ſexti naturalium particula, cap. 4. quòd fortis imaginatio non ſolùm propriũ corpus imaginantis, verumetiam alienum poteſt immutare realiter. De immutatione propria dixit ſub his verbis: Nos autẽ dicimus ad ſummam, quòd ex anima ſolet cõtingere in materia corporali permutatio cõplexionis, quę acquiritur ſine actione & paſſione corporali: ita vt calor accidat nõ à calido, & frigiditas nõ à frigido. Propter quod Ariſtote. in libro de Cauſa motus animalium dixit, Alterant enim phãtaſiæ & ſenſus & meditationes. Sẽſus enim ſtatim ſunt alterationes quædam

e xiſten

existentes:phantasia autem & intelligentia habent rerum virtutem. Aliquo modo enim species intellecta calidi aut frigidi, delectabilis aut tristabilis, talis existit, qualis quidem & rerum vnaquæque. Quare subdit Auicẽ. loco allegato, quòd forma quæ est in anima, principium est eius quod contingit in materia: sicut forma sanitatis quæ est in mente medici, est principium sanitatis quæ accidit infirmo. Vnde subdit, Attende dispositionem infirmi, cùm credit se conualescere, aut sani, cùm credit se ægrotare: multoties contingit ex hoc, vt cùm corroboratur forma in anima eius, patiatur ex ea ipsius materia, & proueniat ex hoc sanitas aut infirmitas. Et hæc est actio efficacior quàm id quod agit medicus cum omnibus suis instrumentis & mediis.

Ponit exemplum, quòd propter hoc quis potest ambulare super trabem quæ est in media via, sed si sit super aquam profundam loco pontis, non ambulabit super eam, eo quod imaginatur in anima eius forma cadendi vehementer impressa, cui obedit natura eius, & virtus membrorũ eius, & obediunt eius contrario, scilicet ad exigendum & ambulandum, ergo cum esse formarũ impressum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

fuerit in anima,& constituit animę quod habet esse, continget sæpe materiam pati ab eis, & vt habeant esse. Et potest pro isto adduci experimentum, de quo Auicenna dicit secundo, doct. secunda xiiij.cap.scilicet de motibus & quietibus animalibus.& Aristot.vij.problematum, problemate viij. scilicet de eo qui intuetur comedentem acria,in cuius ore acredo percipitur, & stupent dentes. Et sicut in famelico aspiciente comedentem, à quo fluit saliua. Et intueri res rubeas, nocet habenti fluxum sanguinis. Et in habente citrinam icteritiam,iuuat intueri res citrinas.Et videns mingẽtem cupit mingere. Neque ab alio fieri hæc cognoscimus, nisi ab imaginatione prædicta.Plura alia possent adduci,ad probandum imaginationem fortẽ posse corpus imaginantis realiter immutare. Sed hæc tibi sufficiant.Quòd autem fortis imaginatio possit alienũ corpus à corpore imaginantis immutare, realiter expressa est sententia Auic.quarta particula sexti naturalium,allegato cap.vbi inquit:Multoties autem anima operatur in corpore alieno sicut in proprio: quemadmodum est opus oculi fascinantis & existimationis operantis &c.Et subdit: Tunc nõ est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

est mirum, si anima nobilis & fortissima transcendat operationem suam in corpore proprio, vt cùm non fuerit demersa in affectum illius corporis vehementer, & præter hoc fuerit naturæ præualentis constantis in habitu suo, sanet infirmos, debilitet prauos, & contingit priuari naturas, & permutari sibi elementa, ita vt quod non est ignis, fiat ei ignis: & quod non est terra, fiat ei terra, & pro voluntate eius contingant pluuiæ & fertilitas &c. Et subiungit, quòd materia multo plus obedit animæ quàm contrariis agentibus. Pro quo etiam potest adduci experimentum, de quo dicit Auic. secunda primi, doct. ij, allega. cap. scilicet de coeuntibus fortiter imaginantibus super aliqua specie: quia si tunc fiat conceptio, illud quod tunc generatur habet vestigia & impressiones illius formæ tempore coitus imaginatæ. Ea propter dicunt aliqui, quòd quando filij alicuius mulieris assimilantur marito suo seu patri putatiuo, quandoque sunt ex adulterio concepti: fortis enim timor aduentus viri proprij, cùm mulier coit cum alio, causa est quandoque vt similitudo mariti sic in coitu imaginata imprimatur in filio tempore talis imagina-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tionis concepto. Alia possunt poni experimenta, sicut illud de gallina ouis incubante. Si coram ea ponatur serpens incarceratus in amphora, & tandiu moretur, donec adueniat tempus quo pulli egredi debent, in hoc casu non pullos, imo serpentes ex ouis conceptos inuenies: quod non apparet posse ex alia causa prouenire, nisi à forti imaginatione gallinæ super serpentem. Simile potest suaderi de pauone ouis incubante linteo albo circundata, durante tempore dictæ incubationis: omnes enim pauones albi effecti reperientur. Si ergo, vt suprà, fortis imaginatio potest alienum corpus immutare, quanto magis fortis imaginatio super pestilentiam cum forti timore mortis poterit corpus proprium imagināntis ad ipsam alterare? Hæc de animę accidentibus, & toto regimine sex rerum non naturalium sufficiant.

Regimen medicinale præseruatinum.

REgimen autem medicinale, quod à peste pręseruat, triplici completur intentione. Prima corpus à superfluitatibus mundificat, si mundificatione indigeat. Secunda malæ est complexionis alteratio. Tertia medicinas ministrat Bezoardicas. Primam & secundam inten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tionem tetigit expreſſè Galen.1.de Differentiis febr.cap.4.in quo agens de febre peſtilentiali,ponit modum ab ea præſeruandi,& inquit: Et nos hæc præſcientes, incipiente conſtitutione, quæcunque humida videbamus corpora,mox omnimodo ſiccare ſtudebamus: quæcunque verò ſicciora, in iis naturam antiquam cuſtodiebamus, quæcunque verò ſuperfluitatibus erant plena, purgationibus ſanabamus: oppilationes autem pororũ aperiebamus & expurgabamus,&c.

Et ſexto de Reg. ſanitatis dixit idem Galenus:In quo corpus fuerit mundum de vtraque ſpecie corruptionis ſanguinis,ſcilicet quanti & qualis (non faciẽdo diſtinctionem ipſius ab humoribus aliis) non poterit contra eum epidemia. Pro cuius primæ intentionis complemento conſideretur,ſi corpus phlebotomia, vel pharmacia, aut vtroque indigeat. Quia ſi corpus ſit ſanguineum, aut in quo retineatur aliqua ſanguinis euacuatio conſueta,ſicut per nares aut per hęmorrhoidas aut menſtrua &c.aut ſit corpus habẽs nimiam humorum plenitudinem cum ſanguinis dominio, vel multa ipſius cũ eis miſtione, aut ſi omnes inuicem dominentur æqualiter: tunc conuenit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ante aeris corruptionem, incipiente ſcilicet conſtitutione peſtifera, vt ſecundum quod oportet fiat phlebotomia: eſt enim communis humorum euacuatio. Non tamen laudatur, quod apud aliquos domeſticum eſt & familiare, vt quolibet lunari menſe circa plenilunium fiat phlebotomia. Si verò non dominetur ſanguis in dicta plenitudine, aut non ſit miſtus cum aliis humoribus, vel parum, digerantur humores dominantes (ſi digeſtionem expectare poſſunt) deinde euacuentur. Stante igitur aliquorum humorum repletione aut plurium, propter quos neceſſaria ſit euacuatio, aduerte primò, an antequam dentur ſyrupi ad digerendam materiam propriam ſit vtile præmittere lenitiuum, propter multam fæcum indurationem & retentionem, aut fortè eſſet opus dare minoratiuum, vbi ſcilicet eſſet magna humorum plenitudo, quibus ſtantibus, niſi lenitiua & fortè minoratiua præcedant, ſyruporum virtus in eis ſuperfluitatibus deperderetur multum, quare debilius agerent. Fiat ergo primò clyſtere lenitiuum, ſi (vt dixi) ſint fæces retentæ. Deinde ſi non ſit multa repletio, detur lenitiuum, quod educat ſuperfluitates commune

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

quæ in ſtomacho ſunt & inteſtinis, ſicut vnc.j.aut drac.x.caſſiæ nouiter extractæ in bolo:aut diſſoluatur cum aqua endiuiæ vel huiuſmodi.aut dabis ſic: R.Caſſiæ nouiter extractæ, diaprunis non ſolutiui ana drac.v. cum ſuccharo fiat bolus: & ſi non vis in bolo, diſſolue cum aqua endiuiæ aut bugloſſæ, vel huiuſmodi, & detur per horam ante prãdium, vel ante cœnam, aut facias lenitiuum ex caſſia & diacatholicone, vel cum manna ſolo, aut cum prædictis.

Et ſi vis facere decoctionem ſatis cõmunem, facias ſic: R. Prunorum, iuiubarum, ſebeſten ãna numero quatuor aut ſex, liquor, paſſularũ ana vnc.ſemis, capil.veneris recentium, violarum, bugloſſæ, ordei ana m. ſem. aquæ libr. j. fiat decoctio vſque ad conſumptionem duarum partium: poſtea coletur, & in colatura diſſoluatur caſſiæ nouiter extractæ, ſyrupi violati ana vnc.j. & bibat per horam ante cœnam vel ante prandium: aut in ea diſſolue drac. x. vel vnc. j. ſem. mannæ granatæ.

Et ſi oporteat aliquid educere, quod nõ ſit de materiebus communibus, imo de propriis, quas tu intendis poſt lenitionem per ſyrupos digerere, ſicut in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

corporibus multum repletis, in quibus dubitas de aliquo graui accidente, nisi à principio materiam prædictam minores: tunc rebus prædictis potes addere drac.j.vel ij.solutiui bene correcti: sicut est diaprunis solutiuum, aut electuarium de succo rosarum vel huiusmodi, si materia, quam intendis euacuare, sit cholerica: & adde & minue de eo solutiuo secũdum materiei multitudinem, corporis naturam, euacuandi aptitudinem, tempus anni &c.

Et si materia sit phlegmatica, pone agarici drac.sem. vel drac.j.& diaphœniconis drac.j.vel semis: aut electuarij Indi, aut huiusmodi, cum lenitiuis prædictis. Si sit melancholica, cum cassia, & diacatholicone, vel cum diacatholicone solo, pone drac.j.confectionis hamech, & exhibe plus & minus de prædictis secundũ exigentiam, vt suprà. Facta autem lenitione prædicta, aut etiam minoratione (si fuerit necessaria) redi ad digerendum:& considera quis sit humor dominans in tali corpore, & superabundans: quoniam si fuerit cholera, facies illius digestionem cum syrupo acetoso simplici, vel de endiuia, violato, de cichorea, vel de granatis, de succo acetosæ, de acetositate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tositate citri, de succo endiuiæ, de agresta & huiusmodi: cum aquis conuenientibus, sicut est aqua endiuiæ, cichoreæ, portulacæ, cucurbitæ, solatri, vermicularis, violarum, vmbilici veneris, rosarum, lactucæ, acetosæ, & huiusmodi, ponendo scilicet vnc. j. semis syruporum prædictorum, aut vnius ipsorum, cum vnc. iij. aquarum dictarum, aut alicuius earum. Accipe exemplum. R. Syrupi acetosi simp. vnc. j. syrupi de endiuia vnc. semis aquarum cichoreæ, endiuiæ, acetosæ ana vnc. j. misce pro vna dosi, capiat in aurora, continuando, donec sit materia digesta, quæ ex vrina laudabili in colore, substantia, sedimine, & aliis contentis bene dispositis manifestabitur. Neque obseruetur corruptela, quæ apud multos modernos, nimis vulgata est: ita scilicet, vt in syrupis non excedatur numerus ternarius. Apparentibus autem signis digestionis, exhibe medicinam euacuatiuam, vt infrà.

R. Rheubarbari boni & electi drac. ij. spicæ scrup. j. vel scrup. semis. incidantur minutim, & irrorentur cum modico vini maluatici. Postea infundantur in sufficiēti quantitate aquæ endiuiæ, aut aquarum apij & endiuiæ, eas prius bulliendo: aut

in aqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

in aqua lactis, secundum tuam intentionem: & stent in infusione per horas decem, aut duodecim. Postea fortis fiat expressio, in qua dissoluantur mannæ granatæ drach. x. diaprunis solutiui drach. j. semis. syrupi violacei vnc. j. & fiat potio, quæ accipiatur per horam, vel duas ante diem, cum regimine debito & lauatiuo secundum opportunitatem, facta scilicet operatione medicinæ. Hæc est medicina pro nobilibus, in qua potes addere solutiuum, & minuere secundum exigentiam, vt suprà: & ponere loco diaprunis electuarium de succo rosarum, aut aliquid huiusmodi. Et si in sero operationis medicinæ egeat clysteri lauatiuo, aut mane sequente, fac. Similiter si fuerit euacuatio copiosa, dabis in crastinum saccharum rosatum cum aqua endiuiæ in aurora, aut syrupũ rosatum, vel aliquid huiusmodi. Pro pauperibus autem facias sic: R. Diaprunis non solutiui, cassiæ nouiter extractæ ana vnc. semis, electuarij de succo rosarum, diaprunis solutiui ana drac. j. vel drach. j. semis, aut duas, secũdum exigentiam, vt suprà: dando etiam lauatiuum post complementum operationis. Si verò materia digerenda sit phlegmatica, digeratur cum sy-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

rupo de eupatorio, vel de hyſſopo, de duabus radicibus, melle roſato, ſyrupo de biſantiis, vel acetoſo compoſito, aut oxymelle ſimplici, vel compoſito, vel ſyrupo de praſſio: cum aquis hyſſopi, betonicæ, ſaluiæ, calamenthi, ſcabioſæ, maioranæ, capillorum veneris, menthæ, ſerpylli, origani, aut cum aqua mellis, ſecundum Meſue, miſcendo vt ſuprà, ſcilicet vnc. j. s. ſyruporum, aut alicuius ipſorum cum vnc. iij. aquarum prædictarum, & perſequeretur dando ſyrupos, donec materia ſit digeſta. Si eſſet materia miſta cum cholera, permiſce ſyrupos, qui digerunt phlegma, cum eis qui digerunt choleram, & aquas cum aquis, & habebis intentum. Digeſta autem materia phlegmatica euacuetur ſic: R. Agarici albi leuis & frangibilis ſcrup. iiij. vel vnc. j. ſemis, gingiberis ſcrup. ſemis, ſpicæ, ſalis gemmæ ana gr. iiij. incidantur minutim, & inuoluantur in vnc. j. oxymellis. poſtea infundantur in ſufficienti quantitate aquæ mellis ſecundum artem, aut aquæ lactis caprarum, per horas decem. Poſtea facta forti expreſſione, in ea diſſoluatur caſſiæ nouiter extractæ vnc. j. diaphœniconis, electuarij Indi maioris ana drach. j. & fiat potio, quæ capiatur

hora

hora, qua aliæ capi debent medicinæ, obſeruando etiam regimen cõueniens, & dando poſt operationem lauatiuum, vt ſuprà dictum eſt in aliis: & pro correctiuo in craſtinum medicinæ, detur drach. j. theriacæ: & ſi vis, potes pro ſolutiuo, loco ſcilicet diaphœniconis, vel electuarij Indi ponere hieram Nicolai, vel benedictam: aut euacuare cum pilulis aggregatiuis Meſue, dando ſcilicet drachmã vnam loco medicinæ, plus & minus, vt ſuprà ſecundum exigentiam. Et ſi materia ſit miſta ex cholera & phlegmate, pone rheubarbarum & agaricum ſimul in infuſione, cum ſuis vigorantibus, & permiſce alias medicinas adinuicem, & diuerſifica eas ſecundum diuerſum modũ miſtionis exo lerae cum phlegmate. Si autem materia ſuperabundans ſit melancholica, digeratur cum ſyrupo de epithymo, vel de thymo, vel violato, aut de fumoterræ, & huiuſmodi, cum aquis fumiterræ, bugloſſæ, borraginis, tamariſci, ſcolopẽdriæ, florum geniſtæ, & huiuſmodi. Solutio autem fiat cum diacatholicone, diaſena, confectione hamech, vel hiera Ruffi, aut pilulis de fumo terræ, vel cum pilulis Indis, & huiuſmodi. quòd ſi velles facere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

medicinam cum decoctione cõueniente, facias sic: R. Polypodij electi drach.ij. corticum myrobalanorum Indorum, epithymi, senæ ana drach.j. thymi, summitatum tamarisci ana vnc. iij. passularum vnc. semis, scolopendriæ, florum violarum & buglossæ ana m. semis, aquæ libr. j. fiat decoctio, donec consumentur duæ partes: postea coletur, & in ea dissoluatur diacatholiconis, cassię nouiter extractæ ana vnc. semis, confectionis hamech drach. j. semis, syrupi violacei vnc. j. & fiat potio, quę accipiatur mane cum regimine & lauatiuo, vt suprá. Et si materia melancholica sit mista cum phlegmate, aut cum cholera, permisceas medicinas digerentes, aut euacuantes choleram, aut phlegma cum eis quæ euacuant melancholiam, vt suprà de aliis dictum est. Factis autem purgationibus debitis, teneatur venter lubricus, & bene dispositus, vt saltem semel, aut bis in die habeatur beneficium ventris. Quòd si non possit fieri naturaliter, fiat artificialiter cum clysteri leui, vt infrá. Recip. Pulueris succhari, mellis rosati ana vnc. j. semis, cassiæ extractę vnc. j. olei communis, vel viol. vnc. iij. salis parum, cum duobus vitellis ouorum, & brodio

carnium

carnium, aut decoctione communi, fiat clystere ante prandium, vel ante cœnam, reiterando quando expedierit. Aut liniatur venter cum vncia vna, vel drach. ſex mannæ granatæ cum brodio carnium, aut cum modica caſſia & brodio prædicto, aut cum brodio & ſaccharo de Medera ſecum miſto per mediam horam ante prandium. Et aliquando cum pilulis ſequentibus, quas ſatis communes credo. R. Pilularum alephanginarum vnc. ſemis, rheubarbari electi drach. s. polypodij electi, ſenæ ana ſcrupul. j. agarici trochiſcati ſcrup. ij. cũ melle roſaceo fiat maſſa pilularis, & ſi ſit in æſtate, pone alephãginas cum ſucco endiuiæ, & adde tamarindorum drach. ſem. formentur cum ſyrupo violaceo, & accipiatur pro vna vice, per horã ante cœnam, interpolatis vicibus, aduertendo ne venter ſit multum ſtipticus, & fæces induratæ: quoniam tunc poſſent pilulæ obeſſe, & ad febres deducere. Quare melius eſt (maximè in æſtate) cum aliis prædictis ventrem lenire.

Secunda autem intentio, quæ eſt malæ complexionis alteratio ad oppoſitum, completur cum eis quæ eidem in complexione contrariantur: vt ſi ſit calida,

remo

remoueatur cum eis, quæ feruorem ſanguinis remittunt: ſicut ſunt granata, citranguli, limones, agreſta, acetoſa, aquæ frigidæ alterãtes malam complexionem calidam, & reliqua ſimilia. Eodem modo in aliis malis complexionibus eſt agendum: vt ſcilicet per contrarium omnis mala complexio ad ſui naturam reducatur: intelligendo de mala complexione ſine materia, quia ſi eſſet cum materia, ipſa prius deberet euacuari.

Tertia intentio completur poſitione medicinarum quarundam bezoardicarum, quæ ſcilicet omni veneno peſtifero ex ſui proprietate reſiſtunt. Inter quas quædam ſunt ſimplices, aliæ verò compoſitæ. Simplices ſunt, acetoſa, tormentilla, pimpinella, dictamnus, tunicum, ſcabioſa, bugloſſa, zedoariſſa, calendula: meliſſa, betonica, ſemen citri excorticatum, & huiuſmodi. Et licet quidam enumerent bolum armenum, & terram ſigillatam inter ſimplices medicinas: quia tamen non conferunt, neque miniſtrãtur ſine aliis, vt viſum eſt in quæſtione, melius eſt inter compoſitas medicinas vtrunq; computare. Compoſitæ multæ ponuntur ab auctoribus: verùm quia breuitatem operis ab initio polli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

citus sum, solùm vtiliores & necessarias summatim colligam.

Prima medicina, in qua conueniunt omnes medicinæ auctores, est descriptio pillularum Rufi, de quibus dicit: Nunquam vidi aliquem bibentem hanc medicinam, qui non liberaretur & præseruaretur à pestilentia, & nunquam fuit inuenta medicina sibi par: cuius hæc est descriptio: Recip. Aloes hepatici drach. ij. myrrhæ, croci ana drach. j. fiat massa pillularum cum vino, & capiatur scrup. j. vel drach. sem. per horam ante exitum è domo, bono mane, & si acciperetur pillula vna ante cœnam per horam, non esset malum bibendo tamen post eius acceptionem, siue mane, siue vespere, modicum vini lymphati, tantum scilicet, quantum capit os vnica vice. Aliqui moderni volunt, vt abluatur aloe, alij volunt alia addere. Ego tamen laudo, vt fiant sicut ab antiquis sunt expertæ: nouimus enim in aliqua determinata dosi cadere formam specificam, quæ in nulla alia ab ea poterit comperiri. Si tamen quis timeret earum assumptionem propter aloem, quæ aperit venarum orificia, sicut sunt habentes hæmorrhoidas fluentes, aut mulieres quibus aliquando

super

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſuperfluunt menſtrua: tunc addatur modicum bdellij ſubalbidi mollis: & ſi quis ex eo timeret raſuram in inteſtinis, addatur parum gummi tragacanthi. Hic eſt modus corrigendi eius malitiam Auicē-næ ſecundo canone, cap. 5. Et hæc eſt medicina, quam vocant in caſu communem., & potes in ea ampliare doſim vſque ad ſcrup. ij. vel drach. j. aduerte tamen, quia earum pillularum nimius vſus perducit ad febres, maximè in æſtate, & ſtante ventre ſtiptico.

Alia medicina non minus à doctoribus laudata, eſt hic puluis. Recip. Seminis citri excorticati, ſeminis acetoſæ, corallorum rubeorũ finiſſimorum, been albi & rubei ana drach. j. ſem. gentianæ, radicum dictami, tormentillæ ana drach. ij. ſem. boli armeni, cinnamomi electi ana vnc. j. margaritarum electarum, fragmentorum rubini, ſapphyri, & hyacinthi, oſſis de corde cerui ana drach. j. ſandalorum omnium, ſeminis ocymi ana drachm. j. ſemis, fiat omnium puluis ſubtilis, & cribellatus: doſis eius eſt ſcrupul. j. aut drach. ſemis pro vice mane ante exitum à domo per horam, bibendo pòſt, vel cum eo parum aquæ roſaceæ cum tertia parte ipſius de vino

albo odorifero. Si non placeret tibi in forma pulueris, facias in forma ſolida, vt infrá. R. Pulueris ſuprascripti vnc. j. ſucchari boni diſſoluti in aquis roſarum & acetoſæ quantum ſufficit. Fiat confectio in morſellis, de quibus accipiatur vnus pro vice antequam quis exeat à domo, bono mane, bibendo póſt tantum vini lymphati, quantum capit os vnica vice: & capiatur alius morſellus per duas horas ante cœnam: vt ſuprá.

Alius puluis optimus.

R. Radicum tormentillæ, doronici, dictami, ſandalorum rubeorũ ana drac. j. boli armeni ſubtiliſſimè triti vnc. ij. raſuræ eboris, ſpodij, corticum citri mundati ana drach. ſemis, margaritarũ ſplendidarum ſcrup. ij. fragmentorum rubini, granatæ, hyacinthi, ſapphyri & ſmeraldæ ana ſcrup. j. radicũ anthoræ, oſſis de corde cerui ana drac. ſemis. fiat omniũ puluis ſubtilis & cribellatus: & ſi quis adderet raſuræ vnicornu ſcrup. ſemis, eſſet perfectiſſimus. Poteſt ex eo capi ſecundum modum pulueris prædicti quantum ad horam, & quantum ad doſim, quantum etiam ad formam, ſiue in puluere, ſiue in forma ſolida.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Poteſt etiam fieri electuarium quod eſt perfectiſſimum, ſic: R. doronici, zedoariæ, ſeminis baſilici, macis, croci, capil. veneris ana drachm. j. oſſis de corde cerui, hyacinthi, ſmeraldi, ſapphyri ana ſcrup. j. margaritarum electarum drach. j. foliorum auri numero vj. ſyrupi de pomis, de corticibus citri ana vnc. ij. aquarum florum violarum & acetoſæ ana quantum ſufficit, ſucchari ſecundæ decoctionis vnc. iiij. Coquantur ſimul ſuccharum cum ſyrupis & aquis prædictis vſque ad conuenientem glutinoſitatem: deinde addantur ſpecies ſupradictæ ſubtiliter pulueriżatæ & cribellatæ, addendo in fine drachm. ij. rheubarbari electi ſubtiliter pulueriżati & infuſi in vino maluatico per vnam noctem, cum ſcrup: j. ſpicæ ſubtiliſſimè pulueriżatæ. Vltimò adde muſchi, ambræ ana gr. iiij. & fiat electuarium bonæ miſtionis, quod ſeruetur in vaſe vitreo vel vitreato. Doſis eius ſit drach. j. ſemin. vel drach. ij. mane per tres aut quatuor horas ante prandium, bibendo poſt parũ vini miſti cum aqua roſata.

Alia medicina laudata, eſt bolus armenus, & modus accipiendi ipſum eſt, vt diſſoluas ex eo drach. s. aut ſcrup. ij. cum vnc. ij. aquæ roſaceæ, & vnc. s. vini, & ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

hibeas mane: licet possit etiam exhiberi in meridie & media nocte. Eodem modo potes exhibere terram sigillatam.

Mesue multum laudat tripheram Persicam in suo antidotario, distinct. iij. & potest ex ea capi vnc. semis, vel drach. vj. cum vnc. iij. aquæ sublimationis acetosæ calefactæ, addito modico sucharo in aurora, vel ante quàm quis exeat à domo. Reiteretur eius acceptio omnibus quinque diebus. Similiter potes vti theriaca bene fermentata: neque oportet vt eius dubites caliditatem, quoniam ipsa est temperata: refractæ enim sunt in ea qualitates contrariæ simplicium ingredientium, & ad vnum medium reductæ, ac ad vnam formam: ipsa enim præseruat eum qui vtitur ea ab occursu pestilentialium. Dosis eius scrup. ij. aut drach. j. per sex aut septem horas ante cibum, bibendo post modicum vini lymphati cum aquis prædictis, scilicet rosarum, vel acetosæ, aut cum aliqua ex aquis prædictis. Elige igitur ex suprascriptis medicinis tam simplicibus, quàm compositis, quas volueris: quoniam sunt omnes multum probatæ, & ab auctoribus medicinæ laudatæ: & potes aliquando vna, & quandoque alia vti

secund

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſecundum imperium tuæ voluntatis.

Reſtat ponere deſcriptionem pomi odoriferi, quod tempore peſtis in manu portatur, vt aërem corruptum, qui per anhelitum attrahitur, habeat alterare, & ſpiritum viuificare. Cuius hæc eſt permiſtio. R. Ladani electi vnc. j. pulueris corticum citri exiccatorum in vmbra & ſeminum eius ana drachm. j. croci, camphoræ ana drachm. ſem. ſandalorum citrinorum, roſarum rubearum ana ſcrupulos ij. puluerizatis omnibus, conficiātur cum ſucco ocymi, & fiat pomum, quod portetur in manibus, & ſæpe odoretur. Aut pulueres prædicti ligentur in ſindone, & portentur in manu ſæpe olfaciendo. Si tempus ſit hyemale, pone cum aliis prędictis in pomo zedoariam: imo ſi de ea teneas fruſtum in ore, valet multum: item adde moſchum, ambram, & alia odorifera calida. Si vis multas pomorum odoriferorum deſcriptiones, accipe ex antidotario Montagnanæ. Laudatur ſimiliter ad eandem intentionem, ſi ſingulo mane antequam quis è domo ſua exeat, lauet manus ſuas & faciem ex aceto & aqua roſata: item portare in manu ſpongiam in ipſis infuſam. Alia quoque multa poſſent ordinari ad præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſeruandum à peſte. His tamen paucis ſum contentus.

De regimine curatiuo.

Regimen curatiuum triplici complectur inſtrumento, ſicut & cæterarum ægritudinũ cura perficitur: dięta ſcilicet, pharmacia, & chirurgia. Quandoque ſtante cauſa debili, ad perfectè curandum ſola ſufficiet diæta (eam ab aliis quinque non naturalibus rebus minimè diſtinguẽdo) quandoque duo ſufficiunt: aliquando oportet omnia tria miniſtrare inſtrumenta. Primum obſeruare oportet ea quæ ſuprà diximus de aëre in regimine præſeruatiuo: mutando tamen infirmum de vna camera in aliam bene mundificatam & irroratam, vt ſuprà. In qua etiam poſſunt ſuſpendi ſpongiæ infuſæ in aceto forti, & aqua roſacea. De cibo autem & potu, dico quòd oportet præintelligere illos duos modos febris peſtilẽtialis propriiſſimè dictę, vt dictum eſt ſuprà. Quia aut febris eſt quieta exterius, lenta, cum paucitate putredinis, vel fortè nulla, & cum ſucceſſiua virtutis debilitate. Aut eſt cum multa putredine & inflammatione, vt ſuprà. Si primò, dico quod etiã à principio oportet exhibere paruos pullos aut paruas aues, alteratas tamen cum

agreſta,

agreſta, vel granatis, vel citrangulis & huiuſmodi, & exhibere modicum vini cum quintuplo eius aquæ veri frigoris: & de hac puto intellexiſſe Raſim in diuiſionibus, qui eam nominauit febrem quietæ caliditatis, & dixit, Ciba eos pullis aſſatis & vitello ouorum: & da eis in potu vinum album boni odoris, cui admiſtum ſit quintuplum aquę dulcis. Nota tamen ſane, vt ſit febris ſecundum modum dictum. Alterentur cibi eorum cum ſucco granatorum, cum limonibus, aut citrãgulis & huiuſmodi, vt ſuprà dictum eſt. Si autem ſit febris peſtilentialis cum multa putredine, & magna ebullitione, virtute conſtante, tunc cibandi ſunt cibis ſubtilibus, frigidis, deſiccatiuis, acetoſis, facilis digeſtionis, paucæ quantitatis: ſicut ſunt granata muza, acetum, agreſta, grana berberorum, ribes, acetoſitas citri, limones, citranguli, ſeu arancij, & huiuſmodi. Quando enim iſta acetoſa ſtiptica miſcentur cum cibis, de quibus generaliter & in ſpecie dictum eſt in regimine præſeruatiuo, corrigunt malitiam ipſorum ciborum, & reſiſtunt putrefactioni, & præſeruant ab ea, appetitum excitant, ac calorem febrilem extingunt. Cibentur igitur cum mica pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

nis abluta in aqua veri frigoris, & cum ſemula, farina ordei, & huiuſmodi, ſuper quæ fundantur acetoſa prædicta. Bibant aquam frigidam multam & ſubito: quoniam ſi paulatim & pauca pro vice exhibeatur, excitat caliditatem, & nocet. Si verò virtus debilitari incipiat, exhibeantur carnes pullorum, & vinum ſecundum modum prædictum. Reliqua dicta ſunt in regimine præſeruatiuo.

De phlebotomia autem, quæ eſt ſecundum inſtrumentum, dicunt aliqui, quòd facere phlebotomiam in febre peſtilentiali, in qua non conuenit, eſt error maximus, & maior quàm ſuum ſimile in aliis. Arbitror quòd illa, in qua non conuenit, eſt illa quæ eſt cum paucitate putredinis lenta, &c. de qua ſuprà. Econtrà verò illa, in qua conuenit, eſt illa, in qua magna eſt ebullitio & multa putrefactio in humoribus. Vide canones de ea poſitos in regimine præſeruatiuo ſuperius poſito.

Quantum verò ad tertium inſtrumentum, ſcilicet medicinarum exhibitionẽ, ſunt diuerſæ poſitiones. Aliqui enim dicunt, quod in principio febris peſtilentialis, oportet dare medicinam ſolutiuam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Et fundant se super eo quod dixit Auicen.cap. de Cura febris pestilent. vbi inquit: Et oportet vt incipiatur in ea ad euacuandum. Adducunt similiter verba vltima Hippoc.in aphoris.xxij. primæ particulæ, vbi concludit, quòd quando materia est furiosa, debemus euacuare ante digestionem. Sed quia materia febrium pestilentialium est furiosa, igitur in ea concludunt debere fieri purgationem in principio. Alij dicunt, quòd in principio non debent dari medicinæ solutiuæ, sed solum lenitiuæ, & fundãt positiones suas super illud, quod dicit Auicen. vbi suprà, in principio cap. Summa curationis earum est exiccatio. & dicunt, quòd per exiccationem Auic. intellexit administrationem quorundam canonum vniuersalium, qui in principio febrium putridarum ministrantur, de quibus expresse dicit Auic. prima quarti, cap. de Cura putrid. in generali, & post phlebotomiam præcipit fieri solutionẽ ventris subtilem, proprie si fuerit illic siccitas, cum aqua hordei & pauco alciracost. id est manna pauco: vel aqua hordei cũ syrupo acetoso. Neq; mireris, si permisceat syrupũ acetosum cum aqua hordei: cũ dixerit in prima quarti, cap. de dando in potu aquam

hordei & ſyrupum acetoſum. Et aggregare aquam hordei & ſyrupum acetoſum ſimul eſt illaudabile: quoniam corrumpit aquam hordei ſecundum plurimum. Nam ex his verbis Auicennæ potes ſolutionem colligere, quam neque à Gentili neque ab alio expoſitore accipies, ſcilicet quòd ſi danda ſit aqua hordei, detur quod de ea eſt magis ſubtile: quoniam aqua hordei in qua partes corpulentæ hordei multum ingrediuntur, non debet cum ſyrupo prædicto miſceri: talis enim apta eſt ex tali miſtione corrumpi & acetoſari. Dixit enim de ea Galenus quarto Simplicium pharmac. diſtinct. iij, cap. 3. quòd priſſana hordei facillimè aceſcit. Sed aqua hordei ſubtilis & leuis decoctionis non prohibetur, vt ſuprà, permiſceri. Deinde ſubdit Auicenna vbi ſuprà: Et ſi natura non fuerit lenis, adde, in eo quod ſit, ſicut ſiracoſt, & ſyrupus violatus, & ſit vltimitas lenificatio, non fluxus ventris, neque ſolutio laborioſa. Concludit hęc poſitio, quòd per exiccationem intellexit Auicenna lenificationem, & canonum prædictorum vniuerſalium adminiſtrationem, non ante euacuationem cum medicina ſolutiua. Circa hanc materiam reperies multas opinio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tas opiniones hæſitantes. Solue tamen eas ſecundum modum dictum de phlebotomia, dicat Gentilis quicquid velit cum ſociis ſuis, dico quod apparentibus ſignis, quòd peſtilentialis ſit lenta, quieta, cum nulla vel pauca putredine, cum multa tamen malitia ſubiectiuè exiſtente in ſpiritu cordis, aut etiam in humiditatibus eius: tunc ratione huiuſmodi, miniſtrare medicinas euacuatiuas, aut facere phlebotomiam eſt error maximus. Sed in ea oportet miniſtrare medicinas bezoardicas ſcriptas in regimine præſeruatiuo, alterantes, reprimentes, miſturas cordiales, & epithemata alterantia & confortantia, &c. de quibus infrà dicitur. Dices forte contra; quia in omni peſtilentiali oportet facere phlebotomiam & ſolutionem ventris, cum dixerit Auicenna de Cura febrium peſtilentialium: quòd ſumma curationis earum eſt exiccatio, & ſubdit: Et hoc per phlebotomiam & ſolutionem ventris. Verum quia ipſe Auicenna fecit copulatiuam, ad cuius veritatem oportet ambas partes veras eſſe, videtur quod in omni peſtilentiali debeat fieri phlebotomia, & miniſtrari pharmacia, vel ſolui venter. Reſpondetur, quòd Auicenna

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

non locutus est logicè, sed medicinaliter: licet enim vtrunque dixerit, præsupponit tamē, quòd stante putredine cum illa malitia, aliquando oportet facere phlebotomiam, aliquando dare euacuatiuam medicinam, cum dixit: Oportet vt incipiatur in ea ad euacuandum. Si materia vincens fuerit sanguis, fiat phlebotomia, si autem humores alij, euacuentur: Et licet non expresserit, intellexit tamen quòd si non vincat sanguis, neque etiam alij humores, sed si sit sola malitia, vt suprà, quod neutrum istorum fieri debet. Quis enim tam debilis iudicij est, qui arbitretur debere fieri euacuationem, vbi non sunt materię euacuandæ? Et reuera non est mirum, si frequenter in huiusmodi pestilentialibus facta phlebotomia, aut exhibita medicina euacuatiua, repente moriantur. Fiunt enim, vbi fieri non debent, vt suprà dictum est. Si verò cum malitia prædicta sit multa putredo humorum, & inflatio vehemens, &c. tunc laudo modum quem dicit Gentilis de sociis suis, de quibus dicit: Et ego vidi socios nostros viros expertos, qui in praua pestilentia dabant prima vel secunda vel tertia die vel quarta, quàm citius poterant, pharmaca

maca euacuantia, ſoluentia materias: quidam rheubarbarum, alij agaricum, alij turbith: & quandoque dabant medicinas iſtas vigoratas cum ſcammonea pauca, & cætera. Et dicit, quòd plures euaſerunt per manus eorum, quàm per manus illorum qui procedebant cum leuibus lenientibus, & fundabant ſe ſuper verbis Auicennæ ſuprà allega. ſcilicet, Et oportet vt incipiatur in ea ad euacuandum, &c. Sane tamen intelligit, vt ſuprà. Ego verò non laudo, vt expectetur tertia nec quarta dies: quoniam ante illud tempus, ſæpe ægritudo hæc attingit ſtatum & interficit. Obſeruetur igitur documentum Hippocr. Inchoantibus morbis ſi quid videtur mouendum, moue. In ſtatu verò ſilentium habere melius eſt. Statim igitur cum vocatus es à principio, exhibe aliquod ex bezoardicis ſupra ſcriptis in regimine præſeruatiuo, aut da drachm.j. trochiſci de camphora cum rob de citris, aut cum ſyrupo acetoſitatis citri, & aqua acetoſæ vel roſarum, & hoc per quatuor horas ante paſtum. Deinde conſidera ſigna prædicta, & ſi tu videris febrem lentam, de qua ſuprà, procede ſecundum modum prædictum, ſcilicet cum bezoardicis, confortantibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tantibus,repressiuis,&c. & caue ne phlebotomes , neque pharmaciam tribuas, quia videbis malum successum. Si autem appareant signa multæ repletionis ac putredinis cum inflammatione, &c. tunc si videbis dominium sanguinis aut materiam multum mistam sanguini, vel etiam alios humores simul cum sanguine peccare æqualiter,vel quasi,tunc fac phlebotomiam copiosam:ipsa enim communis est humorum euacuatio : considerando tamen prius , si sit venter stipticus, tunc facies præmitti clystere lenitiuum. Obseruabis in ea illud , quod dictum est de regimine præseruatiuo. Quòd si non videris indigentiam phlebotomiæ , quia scilicet non sint conditiones prædictæ, sed sit aliorum humorum abundantia, &c. tunc post clystere exhibe minoratiuum,scilicet ex cassia vel diaprunis, &c. addita drachm. j. solutiui, sicut diaphœnici, electuarij de succo rosarum,vel diaprunis solutiui,plus & minus secundum canones positos in regimine prædicto: quos etiam obseruabis in ordinandis syrupis post prædictum minoratiuum. Recordare tamen semper , cum syrupo aut immediatè ante ipsum exhibere aliquid de cordialibus prædictis. Laudo

scrupulos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

ſcrupulos ij.trochiſci de camphora,quos potes in forma trium pilularum conficere cum aqua roſata, & exhibere ante potionem ſyrupi. Similiter non prætermittas ſemper ante cibum exhibere aliquem ex pulueribus cordialibus prædictis:vel ſaltem cum margaritis, corallis, & foliis auri.aut ſcrupulum j dictorum trochiſc. de camphora, à quibus tamen (ſi ſit caſus appetitus) poteſt remoueri camphora. Deinde facias epithema pro corde ſic: R. Aquarum roſarum, bugloſſæ,acetoſæ & meliſſæ ana vncias iij. vini maluatici vnciam j. ſemis, aceti vnciam ſemis,ſandalorum omnium, corallorum, vtriuſque ben al.& rub. roſarum rub.ana drac.ſemis,ſpodij,corticum citri, fragmentorum rubini, ſmeraldi, granatæ & hyacinthi ana ſcrupulum j. oſſis de corde cerui, camphoræ, croci, ana ſcrupulum ſemis, muſchi, ambræ gran.j. vel ij. & potes addere & minuere de prædictis ſecundum exigentiam, miſcendo prædicta & infundendo peciã ex ſindone rubea, aut ex panno ſcarlatæ, quæ expreſſa applicetur regioni cordis. Aut ſi vis, potes facere epithema ex aquis prædictis, aut ſola aqua roſata, candalis & camphora, vt docet Raſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

decimo ad Almanſorem: & potes hæc diuerſificare, vt tibi videtur. Item facias odoramentum ex aqua roſata cum modico aceti: & ſi non timeas dolorem capitis, potes addere modicum vini maluatici: & illud ſæpe olfaciat, ſpargendo per faciem & manus, & trahendo anhelitum: & facias cameram ex aceto & aqua roſata & aliis odoriferis ſcriptis in regimine præſeruatiuo irroſare & ſpargere per eam. Flabellare ſimiliter & euentare, vt ſuprà dictum eſt, & vt olfaciat etiam pomum odoriferum ſuperius deſcriptum.

Ordinabis etiam miſturas cordiales, vt infrà. R. Conſeruæ roſarum, boraginis & bugloſſæ ana vnciam vnã. manus Chriſti perlati vncias duas, foliorum auri numero vj. cum ſyrupo de acetoſitate citri, vel de ſucco acetoſę, aut aliquo prædictorum cordialium, fiat miſtura deaurata, de qua poteſt capere ſæpe per ſe vel cum aqua cocta. Aliqui & ferè omnes practicantes ponunt in dictis miſturis fragmenta & alia quæ ſub dentibus ſtrident: verùm quia horrent infirmi capere in tali forma, laudo talia poni in pulueribus, & quòd capiãtur in forma pulueris ante cibum ſuper primo cochlea

chleario cum brodio ſui ferculi, aut inuoluantur in nebula balneata, vt ſuprà, aut in aqua cocta vel acetoſæ: & ſi infirmus talia non abhorret, fac electuarium de conſeruis multum laudatum in hoc caſu, cuius deſcriptio eſt.

R. Conſeruæ bugloſſæ, boraginis, roſarum ana vnciam vnam ſemis, doronici, oſſis de corde cerui, hyacinthi, ſmeraldi, ſapphiri ana ſcrup. ſemis, ſandalorum citrinorum, puluis pentaphylli, ligni aloes ana drac. iij. ſucchari vnciam vnam, vini granatorum, ſyrupi de limonibus ana drac. vj. foliorum auri numero vj. fiat electuarium ſeu miſtura, qua vtatur vt ſuprà, longè tamen à paſtu aſſumpto per duas aut tres horas. Et in omnibus non prætermittas vſum puluerum cordialium ſcriptorum in regimine præſeruatiuo, quos vocauimus bezoardicas medicinas, vt ſuprà. Itẽ potes ordinare pro cõfectionibus manus chriſti perlatas, amarenatam, & ſimilia. Item iulep cordiales pro ſiti, de limonibus, de granatis, violatum, & alios ſupradictos. Deinde ægritudine dante inducias ordinabis ſyrupos digeſtiuos. Poſtea euacuabis ſecundum modum ſuperius dictum in regimine præſeruatiuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Laborabis tamen quantum poteris in corrigendis eorum accidentibus, inter quæ magis verendum est syncope.

Quando ergo videbis eos incurrere defectionem, aut lipothymiam, aut aliquid huiusmodi, quæ sunt dispositiones præuiæ ad syncopim, succurras cum fricationibus & ligaturis extremitatum dolorosis, propriè membrorum inferiorum, sicut crurum, pedum ac coxarum, trahentium ad inferiora. Iube etiam patientem ponere pedes & manus in aqua calida: Detur frustum panis infusum in succo granati & aqua agrestæ. Olfaciat odorifera prædicta ex aqua rosata &c. Detur modicum syrupi de citoniis: aut drach. iij. vini antiqui cum vnc. j. semis aquæ infuso modico pane, vt suprà.

Aliud accidens, quod eos valde infestat, est constrictio anhelitus, quę à tribus potest causis prouenire. Primùm à siccitate, scilicet quæ accidit lacertis anhelitus, quare spasmantur: cui subuenitur, vngendo pectus cum humectantibus, similiter & musculos ipsum pectus mouentes, oleo scilicet violato, amygdalarum dulcium, de lilio & huiusmodi. Secundò à materia descendente ad guttur, & causante præfocationem, & corrigitur

gitur cum eis quæ prohibent ſtrangulationem, ſicut abſcindentia catarrhum, & ipſum incidentia, qui iam ad pectus deſcendit cum gargariſmis: corrigitur etiam cum diuerſionibus ſuperius dictis. Tertiò poteſt fieri ex debilitate neruorum veniẽtium ad membra anhelitus: & curatur æquatione complexionis, & vnctione colli cum frigidis & humidis, ſicut oleo violato prædicto, & infrigidatione partium ſtomachalium cum ſandalis, raſura cucurbitæ, & portulacæ cum oleo roſato, & potes facere ſic: R. Olei roſati vnciam vnam, raſuræ cucurbitæ & portulacæ ana vnc. ſemis, ſandalorum omnium drac. j. miſce, & liniatur ſtomachus ante cibum.

Triſtitia verò eorum, quæ & anxietas dici poteſt, corrigitur cum eis quæ ſupradicta ſunt de aere in regimine præſeruatiuo. quandoque curatur clyſteriis infrigidantibus, ſicut ex aqua citrulli, cucurbitæ, portulacæ cum oleo roſato. Vomitus eorum aliquando vomitu curatur, intromiſſione ſcilicet digiti in ore: quandoque exhibitione aquæ ordei, ſcilicet vncias quatuor cum vnc. j. pulueris ſucchari, & vnc. ſemis mellis roſati colati, ante cibum, per horam tepidè, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

exhibeatur ſyrupi acetoſi drach. j. aquæ calidæ vnc.iij.Deinde exhibeantur frigida ſtiptica,ſicut granata , citonia , & huiuſmodi : & ſi ſit vomitus cholerę nigræ, qui ſuperfluat, applicetur ſtomacho ſpōgia infuſa in aceto,prius eam premendo, poſtea vngatur ſtomachus ex oleo roſato,& de abſinthio.

Appetitus autem eorum deſtructus rectificatur cum prædictis,applicãdo odores bonos , & miniſtrando ſuccos ſtipticos,ſicut granatorum,& ſimilium , ſimiliter gelatinam piſcium vel carnium.

Ad inquietudinem autem eorum , & vigiliarum inſtantiam , fac eos odorare oleum de nenuphare, aut violarum , vel de ſemine cucurbitæ:& ex eis vngantur nares interius , & applicetur vnguentum diapopuleon temporibus eorum hora qua debent dormire : & eadem hora , ſi non fuerit prohibens, detur vncia ſemis ſyrupi de papauere. Et ſi ex prædictis non poteſt quieſcere nec dormire , ligentur eorum extremitates fortiter. Et multiplicentur in eorum manibus candelæ accenſæ , & exaltentur voces cum fabulis , deinde ſoluantur ligaturæ , & præcipiatur vt dormiat, extinctis candelis,& ceſſantibus vocibus, & ſæpe abluatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tur facies ex aqua decoctionis papaueris nigri.

Dolor verò capitis remouetur cum fricationibus & ligaturis membrorum inferiorum & appositione clysteriorum vel suppositoriorum trahentium ad inferiora, & si non fuerit quod prohibeat scilicet catarrhus, aut coryza &c. embrocetur caput cum decoctione rosarum, hordei, violarum, florum salicis, & similium: & si hæc non sufficerent, adde flores camomillæ & capita papaueris albi.

Nigredo linguæ, & asperitas, ac sitis, remouentur, humectando cum aqua hordei diu in ore retenta, deinde abrasione infectionum adhærentium linguæ cum cannulæ cortice subtili plicato, aut alia re conueniente: demum retinendo aut crystallum in ore, aut pruna sicca remollita in aqua frigida, propriè eorum ossa. aut mucilaginem seminis citoniorum, vel tamarindos, cucurbitas conditas, grana granatorum, iulep violatum, vel factum cum aqua buglossæ vel acetosæ, & huiusmodi.

Somnus verò profundus, si eo infestentur patientes, remouetur cũ frictionibus & ligaturis membrorum inferiorum, & cum fabulis, vocibus, & similibus,

& ligaturis brachiorum dolorosis, quæ tamen citò soluantur, postea fricentur membra prædicta: & stante siccitate naturæ ponatur suppositorium subtile: aut ex radice betæ albæ vncta & salsa, in hora quietis: aut fiat ex melle & aliquibus speciebus appropriatis, & si vis habere modum, facias sic.

R. Mellis puri vncias duas, specierum benedictæ, vel hieræ picræ vnciam semis, salis communis drac. ij. coquantur donec debitè indurentur, & fiant suppositoria longitudinis digiti minoris, & imponatur vnum pro vice ante prandium vel ante cœnam per horam. Applicentur ventosæ inter ambas spatulas cum scarificatione, siue secundum exigentiam: similiter inter spondylos. Reliqua accidentia corrigibilia ex præmissis corriguntur.

Cura bubonũ.

QVoniam in febribus pestilentialibus, vt plurimum accidũt bubones, scilicet apostemata emunctoriorum, aut althoin, vel carbunculo, aut variolæ, vel morbilli, aut aliquid huiusmodi, eorum curam, vt promisi, breuiter perstringam.

Apparente ergo bubone seu apostemate in inguine vel post aures, aut in

loco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

loco sub axillis considera, si solum tunc apparuerit febris pestilentialis cum eo aut per aliquos præcesserit dies. Si statim apparuerit bubo, tunc incipe á bezoardicis, vt suprà dictum est de peste, scilicet primò exhibere drach. j. trochisci de camphora cum syrupo de acetositate citri & aqua acetosæ vel rosarum rub. & si appareat per duos vel tres dies pòst, tu hæc iam fecisti. Considera tamen, si virtus sufficiat, & tunc in præcedente, obseruatis canonibus suprascriptis de phlebotomia, considera locum in quo est bubo: quia si sit post aurem, fac phlebotomiam in cephalica eiusdem lateris, scilicet vena capitis quæ est supra pollicem inter ipsum & indicem: & si sub gula, post phlebotomiam cephalicæ prædictæ phlebotoma venas quæ sunt in radice linguæ, & si opus sit, pone ventosas inter spatulas.

Si autem apostema sit sub alis, phlebotoma venam communem brachij illius partis: & si sit in inguinibus, phlebotoma saphenam illius partis, quæ est sub clauicula pedis de parte interiore: & si sit in parte exteriore coxæ, scilicet versus ancham, fac phlebotomiam sciaticæ, quæ reperitur circa clauiculam pedis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

exteriorem, & ſic de reliquis corporis partibus. Neque expectanda eſt electio horæ vel diei: quoniam hæc eſt neceſſaria, in qua fieri oportet: tardari nõ debet, & res prohibitoria non attenditur. Si autem tu videres virtutem iam debilem multum, quia ſcilicet eſſent duo vel tres vel quatuor dies, quibus habuiſſet febrẽ peſtilentialem, deinde ſecutum eſſet apoſtema, tunc caue à phlebotomia, quia ſubitò deficiunt. Hoc enim expreſſit Auicenna quando dixit: Et cùm non eſt facta à principio, nòn eſt amplius ei intentio, & fortaſſe interficit, propter aduentum debilitatis virtutis: imo in hoc caſu procedendum eſt cum confortantibus, reprimentibus, cordialibus, in ſuperioribus deſcriptis, localibus tamen exceptis. Caue tamen ne des ſolutiuas medicinas, capiendo forte fundamentũ ſuper verbis nimis vulgatis: quia materia eſt furioſa &c. Ipſa enim pellitur ad extra, vt medicinæ ſolutiuæ traherent venenũ ad intra, cùm earum natura ſit à circumferentia ad centrum trahere: imo vtaris purè lenientibus, & clyſteriis, & caſſia, & mãna, & ſimilibus, cum ſyrupis cordialibus repreſſiuis ſuperius dictis, ordinando regimen aeris & cameræ, vt de peſte

dictum

dictum est: faciendo tamen infirmum vti bezoardicis, & pulueribus, & mistu-ris, & iulep superius descriptis. Quantum autem ad localia, caue ne vtaris repercussiuis super locum apostematum, sicut oleum rosatum, acetum, & similia: imò applicabis attrahentia fortia, etiam ventosas cum scarificatione, vel sine, secundum exigentiam. Hoc enim expressè voluit Auicenna tertia quarti, capite de Apostematibus accidentibus in glandulis. hæc enim materia transmissa est à membris principalibus, & repercussiua approximata reuocant materias prædictas venenosas ad membra principalia prædicta, & subitò interficiunt. Applicabis ergo emplastrum communiter laudatum. R Cæpæ vnum grossum, perforabis illud in medio, & foramen repleatur theriaca, deinde coquatur sub cineribus ignitis, pista, & applica loco apostemato: hoc enim optimum est. Vel facias sic: R. Radicum altheæ, maluarum, matrum violarum cum radicibus, radicum lilij albi ana vnc. j. coquantur, & pistentur cum axungia porci, & fermẽto, aut cum radicibus prædictis ponas radices fœniculi, & dictami, vel rutam, &c. similiter semina lini & fœnugræci.

Vel

Vel facias emplaſtrum Serapionis, cap. de Medicinis maturatiuis. R. Farinæ frũmenti m. j. olei communis vncias duas, croci ſcrupulos duos, aquæ quãtum ſufficit. coquantur donec redigantur ad formam emplaſtri, & applicentur. Neque in caſu expectabis maturationem perfectam, imò ante illud perforabis, aut aperies cum ruptorio: deinde curabis illud curatione aliorum apoſtematum: nõ obliuiſcaris tamen vti medicinis contra peſtem ſuperius deſcriptis.

Cura anthracis & carbunculi.

ANthracis cura & carbunculi quantum ad phlebotomiam ſimilis eſt curationi bubonis: licet in eis ſecundatio ſit conuenientior, quàm multa ſanguinis extractio in vnica vice. Apparente ergo anthrace (& eſt illud quod noſtri vulgares nominant malum ſancti Chriſtophori, & Auicenna nominat althoin) facta phlebotomia, vt ſuprà, & & exhibito bezoardico, ſcilicet medicina venenum expellente, ordinatíſq; miſturis, epithematibus, pulueribus, & aliis cordialibus ſupraſcriptis, ponere ſuper anthracem, vel althoin, vitellum oui cum pari quantitate ſalis triti: renouando omni hora, & procedendo per diem naturalem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

lem, tenendo infirmũ pro illa prima die ſemper euigilatum: aliis verò diebus & noctibus non permittatur profundari in ſomno, ſed excitetur frequenter, & dormiat mane à media nocte verſus diem. In aliis obſeruetur regimen poſitum ſuprà de peſtilentia. Tranſacta prima die, fiat emplaſtrum, vt infrá. R. Cynogloſſæ, ſiue dentis canini m. j. conteratur inter duos lapides, & applicetur: ipſa enim interficit althoin. Vel facias ſic:

R. Scabioſæ, taſſi barbaſſi, caudæ equinæ ana m. j. coquantur & piſtentur, & fiat emplaſtrum, quod applicetur ſuper althoin. Circa locum pone defenſiuum, vt infrá.

Recip. Boli armeni vnciam ſemis, terræ ſigillatæ, ſanguis draconis ana drach. j. ſemis, aceti vnciam vnam, olei roſati vncias tres: miſce, & vngatur circa locum: & hoc facias vſque à principio. Capias etiam ſapphirum à principio, & ipſum circunducas anthraci: deinde figas ſuper ipſum per modicum temporis. Et potes ſtatim pòſt facere documentum Auicennæ, infundere ſcilicet ſpongiam in aqua & aceto, aut in oleo roſato, vel de pomis & arbore maſtichis, aut oleo de myrto, & ſuperponere li-

gando

gando, in principio. In ſtatu verò præcipit, vt ſcalpelletur & currat quod eſt in ipſo, nec dimittatur denigrari: quia augetur eius malitia. Et ſi eget ventoſis ſugentibus, fiat: leuiter tamen, vt trahatur ſanguis venenoſus. Nota tamen, quòd quando febris eſt multum intenſa, tardari debēt infrigidantia prædicta, ne reducatur materia ad intra: imò molienda eſt apertio, cum aqua camomillæ & anethi: infundendo in eis ſpongiam, & applicando poſt reſperſionem: Aut R. capillorum veneris, attriplicis, volubilis ana m. j. radicum altheæ m. ſemis, mellis vncias duas, vini libram vnam, aquæ lib. j. ſemis. coquantur vſque ad conſumptionem medietatis, poſtea piſtentur, additis glutinis drach. ij. reſinæ pini vncia vna, fiat emplaſtrum. Aut applicentur lupini infuſi in aceto cum ſorde aluceariorum apum, cum radice cucumeris aſinini, cum glutine albotim, ſcilicet terebinthina. Aut fac emplaſtrum cum ficubus, nitro, & fermento. Memor tamen eſto apponere defenſiuum prędictum circa locum. Et ſi videris locum malignari, prędictis non obſtantibus, & quòd multiplicarentur veſicæ & puſtulæ malignæ circa locum, cauterizabis althoin, cum

cauterio

cauterio actuali, vel potentiali, & super escharam pones butyrũ vel axungiam, donec mollificetur & amoueatur, prius eam scarificando statim post dictum cauterium cum rasorio vel phlebotomo, & pustulas prædictas cauterizabis cum vitello oui & sale, vt suprá. Et super locum scalpellatum, pone culum galli deplumatum clauso rostro: aut scinde ipsum, & calidum applica, vel pullos, aut columbos, vel canes paruos iuuenes, renouando omni hora: & facias emplastrum ex theriaca semper renouando cùm exiccatur, aut ex oleo & granis piperis, & auellanis excorticatis omnibus simul pistatis, & est optimum: aut ex opopanaco cum passulis & fermento, vel facias emplastrum sic: R. Ficuum pinguium numero vj. rutæ, consolidæ maioris ana m. semis, salis vnciam semis, fermenti vnc. j. pistentur omnia simul in mortario, prius coquendo ficus, consolidam & rutam simul, & fiat emplastrum quod applicetur attrahi. Post casum verò escharæ, curabis cura aliorum vlcerum.

In carbunculo autem, obseruato regimine, vt suprà in pestilẽtia ex aere, &c. quoad localia, fac primò scalpellationẽ. & scarificationem cum rasorio profundam

dam, vt exeat ſanguis venenoſus. Deinde applica emplaſtrum Gal.14.Meth. R. Plantaginis m. j. lentium m. s. gallarum, vnc. ſem. panis plurimi furfuris vnc. iiij. coquantur in aqua, & piſtentur, & fiat emplaſtrum. Hoc enim emplaſtrum exiccat, infrigidat, & reſoluit: qualia oportet eſſe medicamina in curatione carbunculi. Aliud ſecundum Auic. quod eradicat carbunculum ſtatim. Sumantur granata acetoſa, & ſcindãtur, deinde coquantur cum aceto, poſtea terantur, & applicentur more emplaſtri. Laudatur quoque emplaſtrum ex acacia, tragacantho, cort. granatorum, cum modico opij, cum nuce recente, vua paſſa, & ficubus: coquendo ſcilicet vuas cum ficubus & cort. granatorũ puluerizatis, poſtea miſcendo alia ſimul. Similiter poteſt fieri emplaſtrum ex vua paſſa, vino, & oleo papaueris nigri: recordare tamen circa locum applicare defenſiuũ, vt ſuprá. Caue tamen ne approximes purè adſtringentia: quoniam augẽt eius malitiam. Vlcus autem remanens poſt eſcharæ ſeparationem curetur curatione aliorum vlcerum.

Hæc eſt cura communis carbunculi, quam doctores ponunt. Ille tamen carbunculus, qui peſtilentialis eſt, meo iudicio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

cio regendus eſt quantum ad plura, ſicut althoin. Scarificetur ergo locus à principio ſcarificatione ita profunda, vt poſſit ſanguis venenoſus currere : deinde ſuper ipſum locum ſcarificatum applicetur ventoſa, vt melius ad extra trahatur venenoſitas : poſtea ſuper prędictum locum remota ventoſa, applica hoc emplaſtrum, quod eſt mirabile in ſeparando carnem bonam à mala. & hoc in duobus ad plus. R. Rutæ recentis m. j. fermenti vnc. ſemis, piperis drach. j. ſalis communis drach. j. ſemis, ficuum ſiccarum pinguium n°. iij. piſtentur omnia ſimul, & applicentur in modum emplaſtri, renouando bis in die, mane & ſero, & videbis mirabilem operationem. Separata autem carne mala à bona, curabis vt ſuprá. Nec prætermittas vſum medicinarum cordialium, ſcilicet pulue rum, epithematum, miſturarum, & aliarum rerum, de quibus ſuprà in regimine præſeruatiuo & curatiuo peſtis. Approximando tamen ſuper dictum carbunculum facta ſeparatione prædicta, vnguentum digeſtiuum: deinde ſecundum curam aliorum vlcerum procedes, incarnando, demùm ſolidando, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De variolis & morbillis.

VAriolarum cura communis, regimen quoque præseruans à nocumentis earum, ac delendi vestigia, breuiter ponetur. Considerabis primò signa futurarum variolarum, quæ sunt timor in somno, rubedo faciei & oculorũ, fluxus lachrymarum, pruritus in naribus, dolor vehemens lumborum & dorsi, oscitationes, mutatio de loco ad locum, ponderositas capitis, dolor gutturis & pectoris, patiens iacet supinus, mouet sæpe pedes, tremit, & resilit. Punctio vehemens in membris percipitur, anhelitus constringitur cum vocis raucedine, grossitudo sputi, tremor pedis, quando patiens resupinatur: & cum his omnibus febris conclusa. His apparentibus statim fac phlebotomiam copiosam, prius scilicet quàm variolæ ad extra appareant: licet possit etiam fieri ipsis incipientibus apparere, stante multa repletione. non tamen tunc fiat ita copiosa, sicut ipsis nondum apparentibus: dicente Auicenna in casu, Extrahatur sanguis quantitate quæ exiccet, hoc est, minoret. consideret tamen prius si ætas patiatur, quam Auic. quarta primi, cap. de Phlebotomia ponit post 12. annum. Auenzoar tamen, vt etiam testa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

tur Auer. vij Colliget, cap. 3. dixit: Ego minui vnum filium trium annorum, & euasit à morte. Quod egomet confisus propter textum prædictum experiri non dubitaui: feci enim phlebotomare filium cuiusdam agricolæ de Soropergia, qui pleureticus existens ferè ex toto præfocabatur (licet solùm tertium egisset annum) & statim conualuit. Oportet etiam vt in principio lenifices naturam cum leuibus, s. cum leui clysteri & exhibitione cassiæ, vel mannæ cũ tamarindis, & iuiubis, & prunis, & huiusmodi: & exhibeatur rob, vel syrupus de ribes, de agresta, de granatis, & syr. alcori descriptus ab Auic. prima iiij, de Curatione variolarum & morbillorum. In summa, in principio ante apparitionem variolarum regãtur regimine exiccante, & declinante ad frigidum, de quo dictum est suprà in regimine præseruatiuo à peste: & cibentur lentibus decoctis in aceto, & cucurbitis, & lactucis, factis tamen acetosis cum aceto, aut aliis suprascriptis, & bibant aquam hordei, caueãt à syrupis dulcibus. Quidam laudãt farinã hordei, amylũ, & similia. Cùm verò incipiunt apparere variolæ, sicut capita acuũ, & sicut grana milij, tũc caue ab aere, & alio regimine in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

frigidante, imò tene fenestras clausas, & infirmum debitè coopertum, ne aer frigidus ei occurrat, & faciat eas ad intra reuocare: & dabis aliquid quod eas expellat ad extra. Non enim sola cutis variolatur, imò omnia membra simplicia, tam occulta quàm manifesta: licet fortè partes substãtiales membrorum principalium, propriè cordis, propter fortitudinem expulsiuæ dictorum membrorum, & nobilitatem eorum ab eis euadant, aut euadere possint. Potio autẽ quæ inter ceteras à doctoribus laudatur, propriè à Rhasi 18. Continentis, & ab Auic. prima iiij. cap. de Cura variol. & morbillorum, quæ expellit à corde & membris interioribus caliditatem superfluam ad extra, & variolas ac morbillos, similiter ad partes cutis est quæ sic fit: R. Ficuũ citrinarum pinguium drac. vij. lentium excorticatarum, laccæ ablutæ ana drach. iij. tragacanthi, sem. fœniculi ana drach. ij. aquæ lib. s. coquantur donec consumetur medietas: postea coletur, & bibatur in aurora. Si corpus sit puerile, detur vnc. j. s. in aurora, item per duas horas ante cœnam, & continuetur duobus diebus, donec videantur ad extra: & teneantur vt suprà, debitè cooperti, & regãtur regimine

ne sudãtium. Nota tamẽ, quòd si ex coopertura aduenier dispositio, quæ est sicut syncope, quòd debes rectificare aerem cameræ cũ odoriferis superius dictis, & odoretur aqua rosata cum camphora, & modico aceti, & modico maluatici, cum sandalis citrinis, & ex eis aspergatur facies, & sæpe odorent. Si propter hęc non cesset dispositio prædicta, tunc expedit vt leuiter & paulatim detegantur, & successiuè euentetur aer, aperiendo fenestras, & dimittere paululum temporis, demùm claudere eas, & sic successiué. Quando tamen videres variolas exire, & quòd non sequeretur alleuiatio, imò denigratur lingua, & sequitur magna inflammatio, tunc caue à regimine calefaciente. Quando verò egrediuntur variolæ cum complemento, & pertransit dies septimus, & apparet earum maturitas, aliqui laudant, vt cum acu aurea rumpantur leuiter. Quidam permittunt eas exsiccari. Possunt rumpi illæ quæ sunt magnæ, habentes multam saniem, si nimis tardetur earum eruptio: deinde post eruptionem exiccetur sanies cum cotto carminato. Aliarum autem adiuuetur exiccatio cum aqua infrascripta: R. aquæ rosatæ lib.j. tamarisci, rosarũ rub. lentium ana drac.iij.

croci, camphoræ ana drachm.s. ſandalorum rub.ſcrup.ij.ſalis vnc.s.fiat decoctio ſecundum artem: poſtea coletur, & ex ea balneentur variolæ cum pluma in ea tincta: hæc enim aqua maturat, exiccat, & facit eas cadere. Et ſi quis vellet bonam exiccationē & ſubitam, faciat infirmum dormire ſuper culcitra telæ raræ, repleta farinis rizi, fabarum ordei & milij. Et ſi aliquando acciderent vlcera ex eis: curētur cum vnguento de ceruſſa, aut cum raſura rad.cannæ cum aqua roſata. Si autem remaneāt vlcera in naribus, fiat hoc vnguentum: R. olei roſ.vnc.j.s.ceruſſæ drach.j.s.climiæ auri drach.j.ceræ quantum ſufficit: fiat vnguentum, quod applicetur locis vlceratis, aut applicetur vnguentum de lithargyrio additis venis tinctorum. Morbillus verò, dixit Auicen. eſt variola cholerica, & eſt minoris quantitatis quàm variola, & non eleuatur ſupra cutem, niſi parum, & minus accidit oculis quàm variola. Signa verò apparitionis eius proxima ſunt ſignis apparitionis variolarum: ſed in morbillo ſunt vberiores lachrymæ, maior anguſtia, inflammatio, & dolor dorſi minor: morbillus etiā ſubito egreditur, variolæ verò paulatim. Cura morbillorum ſimilis eſt curationi

variolarum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

variolarum, excepto quòd in fine exicca tione non indigent morbilli: variolę autem sic. Ratio est, quia morbillus crustam non facit: & rosalię sunt de summa morbillorum, licet remissiora habeant accidentia. Restat ponere modum præseruandi membra à nocumēto variolarum & morbillorum. Membra autē quæ oportet custodire sunt, sicut oculus, guttur, pectus, pulmo, nares & intestina. Oculi custodiuntur, si habes sapphyrum, & oculo circunducas duabus vel tribus vicibus, vltimo figendo ipsum super oculum, & illinc ad paululum pone in oculo. R. pulpę granati vnc. s. pistetur, & addatur aquarum rosarum & coriandri ana vnc. j. s. sumach contusi drac. ij. permittantur simul infusa per horam: deinde colētur per peciam multum subtilem: postea adde camphoræ subtilissime puluerizatæ drach. s. pistando prius in eodem mortario duas vel tres amygdalas, croci scrup. s. aut gra. viij. & pone sępe in oculis. Auenzoar autem docet infundere scrup. ij. sumach in vnc. ij. aquæ rosatę, & ponere in oculis. Ista remedia sunt administrāda ante apparitionē ipsarū ad extra, quādo s. apparuerunt signa futurarū variolarū, de quibus suprà: & potest etiam tūc poni aqua ros.

cum camphora ſola. Cum autem apparēt variolæ, pone in oculis guttam vnam olei de fiſticis pro vice in quolibet oculo, aut ponas collyrium album comuniter laudatum, cuius deſcriptio hæc eſt.

R. ceruſſæ ablutæ drach. j. ſarcocollæ groſſæ gra. xviij. tragacanthi gran. vj. opij gran. iij. fiant ex eis pilulæ lenti ſimiles, de quibus diſſoluantur duæ vel tres pro vice cum aqua roſ. & ſtillentur in oculis, vt ſuprà. Os autem & guttur conſeruantur ſugendo ſuccum granatorum, & gargarizando diamoron cum aquis roſ. ſolatri, & plantag. frigid. Nares verò cuſtodiuntur olfaciendo acetum, & diſſoluendo memite & ſandalos cum aqua roſ. & olfaciēdo ipſa, ac partes narium interiores ex ea miſtione irrorando. pulmo autem & pectus præſeruantur cum lohoc ex lentibus & ſemine papaueris : & aliquando cōfert deglutire cochlear vnum ſyrup. de papauere, aut etiam iulep violati damaſceni. cuſtodiantur inteſtina cum ſtipticis, ſi ſcilicet incipiat vētris ſolutio: in fine verò exhibeantur trochiſci de ſpodio. Hæc de cura variolarum & morbillorum ſufficiant.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

De remouendis vestigiis variolarum.

Remouentur vestigia quæ remanent post variolas cum appositione medicaminis descripti à Rasi xviij. Continentis, cap. de variolis & morbillis, quod est: R. amyli frumenti, amygd. excorticatarum ab vtroque cortice ana drach. ij. costi dulcis tragacanthi ana drach. s. rad. cannarum vnc. s. sem. melonis non excorticati, fabarum excorticatarū siccarum, farinæ ordei ana drach. iij. croci scrup. j. puluerizentur & cribellentur in panno serico, & incorporentur cum succo cort. citrangulorum & aqua rosacea æqualibus portionibus, & ex eis vngatur locus vestigij cum penna, & dimittatur sic per noctem: mane autē abluatur cum aqua decoctionis camomillæ, meliloti & violarum. Aliud R. testæ seu cort. ouorum, ossium vetustorum combustorum vsque ad albedinem perfectam ana drachm. j. rad. cannarum siccarum drach. ij. tegularum nouarum, amyli, lupinorum, semin. melonis cum cortice, rizi abluti, cicerorum al. ana drach. j. granorum been, costi dulcis, aristolochiæ longæ ana drach. s. puluerizentur subtiliter, deinde incorporentur cum aqua decoctionis ordei & melonis, & applicentur, dimittendo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

per diem & noctem: mane verò abluantur cum aqua decoctionis ordei & violarum. Item potest fieri linimentum ex semine melonum excorticato, & amygdalis excorticatis, lithargyrio & ossibus vetustis combustis, addita sufficiente quantitate aquæ ordei, vel melonis & ordei simul. Aliud quod ponitur mirabilius cæteris. R. farinæ cicerorum al. drach. x. farinæ lupinorum drach. iij. costi dulcis, lithargyrij dealbati ana drach. j. lapidis inuenti in pipere drach. s. conficiantur cum aqua ordei, prius ea bene puluerizando, & fiat linimentum, quo liniãtur vestigia prædicta. Et licet aliæ possint medicinæ ordinari, tam simplices quàm compositæ, tam in præsenti cura, quàm etiam in prædictis: his tamen paucis satisfecisse videor, cum in exordio breuitatem promiserim. Omnium sit laus conditori optimo.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

INDEX RERUM IN HOC OPVSCVLO PRÆCIPVARUM.

A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Electuarium

Febris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

O

P

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Q

R

S

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Splenis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

T

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

V

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

T

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

V

Vermium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
639/A/1